OETICA

ræceptis, Commentariis,
bſervationibus, Exemplis,

VETERIBUS ET
ECENTIBUS POETIS,
ſtudiosè conſcripta,

PER

ADEMIÆ GISSENÆ
ONNULLOS PROFESSORES.

TERTIA EDITIO,


enuò Recognita, Aucta &
elimata.



GIESSÆ HASSORUM,
Nicolai Hampelii, Typogr. Academ.

M DC XVII.





NOBILISSIMO,

ET QUA VIRTUTE, QUA PIETATE ATQUE ERUDITIONE eximiis viris,

DN. DANIELI à RANTZOVV, Hæreditario in Neuhoff, &c. Equiti Holsato.

VT ET

DN. VITO-PHILIPPO PFAUDIO, Noribergensi, LL. Candidato dignissimo,

FAVTORIBVS ET AMICIS SVIS PLVRImùm dilectis, Studiorum gratiâ in Academiâ Giessenâ hoc tempore commorantibus, S.P.PP.



N Disciplinâ Poëtica propagandâ jam à multis seculis Doctissimi viri laudabilem operam collocârunt, probè nimirum animadvertêtes, artis hujus scientiam juvenibus nõ modò jucundam & utilem esse, sed etiam necessariam Commendavit eâ de causa hanc facultatem Plato lib. 7. de legibus, jubens, ut Poëmata in civitate decantentur; *& lib. 3. de Repub.* ut carmina de excellentium virorum dictis & factis scripta audiantur; *Et lib de amicitia* Poëtas patres & duces Sapientiæ appellat, *eò quod olim juvenes à Poëtis in moribus & disciplinis informati fuerunt.*

Et Aristoteles ipse hanc artem doctissimo libro ad posteritatem propagare voluit: quod & Horatius peculiari illa ad Pisones Epistola præstitit. Nec B. Augustinus alienus fuit ab hujus artis cognitione, ut videmus in libris ejus de Musica, ubi quasdam præceptiones, futuro Poëtæ utilissimas, inculcat.

Et verò summi Imperatores hanc artem non modò coluerunt ipsi, ut Carolus Magnus, qui fratri suo Rolando carmen Epitaphium scripsit, sed etiam certos honores & dignitatum gradus eis decreverunt, qui studiosè illam excoluissent: uti de Maximiliano constat, qui anno 1551. *Academiæ Viennensi Quintam Facultatem constituit, nempe Collegium Poëticum, in quo* Conradus Celtes *primus in Germania Poëta à Friderico III. Coronatus, hanc artem summa cum laude professus est; quod Collegium, & creandi in eo Poëtas Laureatos privilegium, posteà Ferdinandus I. anno* 1557. *confirmavit, cujus vigore Henricus Eccardus d.* 4. *Iulii & deinde Elias Corvinus, Iohannes Lauterbachius & Vitus Iacobaus die* 15. *Septembr.* post exquisitissimum Collegii Poëtici Examen (*verba sunt Georgii Ederi in annalibus Academicis*) in celeberrima magnorum Principum, Legatorum & totius Academiæ frequentia, per Paulum Fabricium Cæsareum Mathematicum & Facultatis Poëticę Collegam, in aula Universitatis, tanta celebritate creati sunt Poëtæ Laureati, ut infra hominum memoriam nihil ferè magnificentius fuerit visum: *ne de cæteris DD. Impp plura recensendo præfationis leges transsiliamus.*

Iulius certè Scaliger & genere & armis & literis clarus, superiore seculo de hac arte libros scripsit nobilissimos & exquisitissimos fecit idem G. Fabricius, I. Micyllus, & alii, magno cum juventutis bono: Quorum exemplum & nos secuti, ante hoc decennium & sub primum Academiæ hujus initium, unà cum Clariss. D. Caspăro Finckio, amico, & tum tempore Collega nostro, Clarissimo, Poëticam hanc primò concinnavimus & in Scholarum usum publicavimus, deprehendimusque (præfiscinè quod dictum volumus) laborem hunc nostrum juventuti non infrugiferum fuisse Quanti

cùm post primam & secundam illius editionem, omnia exemplaria avidissimè non modò distracta & divendita fuissent, sed etiam alibi eam recoqui & dolo non bono in vulgus emitti intellexissemus, iam denuo eam sub incudem revocavimus, recensuimus, nec parùm auximus, & studiosissimè, quantum per alias occupationes licuit, locupletavimus, minimè dubitantes, maiore cum fructu Poëtices studiosis eam inservire in posterum posse.

Vobis verò, Doctissimi Viri, fautores & amici dilectissimi, laborem hunc nostrum dedicatum & consecratum volumus, quos è lectissima iuventute Academica operi huic nostro Patronos selegimus, rogitantes ut hoc munus ab amica manu profectum, æquo animo & serena fronte acceptare, vestrumque favorem & amorem, quo nos complectimini, ampliorem (Si amplitudo amplitudinem admittere potest) reddere minimè dedignemini. Te enim Nobilissime Dn. RANTZOVI, *non tàm ex aliorum relatu, quàm ex ipsa conversatione, eaque diutina, revera talem esse cognovimus, qui splendidissimam familiam tuam præclara virtutum & eruditionis accessione condecores, ita ut ad nobilem virtutum adoream grassanti non solo inclutæ familiæ splendore gaudere, verùm proprio etiam augmento coruscum illius lumen amplificare, animus sit.*

Est hæc profectò omni laude digna gloria; Est verè (ut Pindarus inquit) ζᾶσις ἀεὶ ζῆλος, φθόνος ἀλλαθρὶν ἀνδρεῖ. Cuius rei publicum hoc monumentum extare voluimus. quandoquidem meritò Pindarus monet, non esse virtutes silentio involvendas, aut defraudandas encomio.

Te verò Doctissime Dn. Pfaudi, *scimus itidem literis egregiè imbutum & inprimis legum scientia aliisque artibus, quæ statem & ordinem tuum decent, eximiè ornatum. Tibi etiam ab omni tempore amplissimus Senatus Patriæ tuæ Poëticum studium maximo in honore & precio habuit, ut etiam Eobanum nostrum, non modò pro Noribergæ carmine illustrata egregio olim donarit munere; quam munificentiam summis ipse deprædicat laudibus: verùm etiam annuum salarium ipsi decreverit, non tam ut solitos in Schola labores suf-*

ferret, quàm ut Poëta ipsorum audiret. Quo etiam in censu Bernhardum nostrum Pratorium eadem Resp. habuerit, & præstantissimum ICtum & Poetam D. Georgium Rhemum, qui te sanguinis propinquitate proximè attingit, hodie habeat, in recenti adhuc est memoria, nec ulla commemoratione indigere videtur.

Quod quidem de Poëtico studio judicium, ut incluta isti Reip. honorificum valdè est, ita te patria vestigiis insistentem optimè de eodem sentire novimus, ac propterea munusculum hoc non ingratum fore confidimus.

Accipite ergò hanc, de novo, & quidem ultimâ curâ, à nobis adornatam Poëticam, amicæ affectionis erga vos certum arrhabonem, & Valete uterq; patriæ suæ bono, quàm diutissimè & prosperrimè, Dabantur Giessæ, Calend. Aprilis, Anno M DC XVII.

N. & V.

studiosissimi & amantissimi

Christophorus Helvicus, D.
Conradus Bachmannus, M.
Professores ibidem.

FRI-

FRIDERICUS

Taubmannus

Professor olim Wittebergensis,

In Epistolâ quadam ad C. Bachmannum,

die IIX. Octobr. Anno M DC XII.
datâ

De Secundâ Poëticæ hujus Editione.

POETICAM vestram, eruditum opus, quod refingitis, operam præclaram sumitis, de bonis literis optimè merituri.

Et paulò pòst:


Vos, ô Mei, quod facitis, facite. Nam vestram Poëticam exquisitâ industriâ, summo judicio, & arte singulari concinnatam deprehendi. Nec in tam pulchro corpore me nævulus aliquis offendit.

AUTORUM MONITIO ad Lectorem, de spuriis Editionibus hujus Libri.

RELATUM ad nos est, prodituram hoc anno alicunde Poëticæ hujus nostræ editionem iteratam: quodsi verum, cavere tibi ab ea memento: Nam hanc Tertiam Editionem Giessenam nos novâ limâ passim emaculavimus, & innumeris locis partim correximus, partim utilibus præceptis auximus, id quod cuivis, qui hanc cum prioribus contulerit, facilimè apparebit. Est hoc improbum lucri aucupium, tùm honestati minimè conveniens tùm verò legibus ipsis admodum contrarium, ita insciis autoribus & Typographo, qui magnis impensis Exemplar jam ante suum fecerat, alienos labores non absq; manifesto furti scelere in suum commodum convertere. Et nos facili negotio, si velimus, falcem illam alienæ messis ita retundere possumus, ut immittentibus exiguo usui futura sit. Quare ipsos quoque Typographos fideliter monemus, ut manum abstineant à non suis, ne præter malum nomen damnum sibi lucrifaciant.



LIBE



LIBER PRIMUS

POETICÆ LATINÆ, DE PRINCIPIIS Carminis:

CAPUT I.

POETICA est facultas benè conficiendi carmina.

[*Iacob. Zabarella secutus Averroëm. Ammonium & alios*, lib. 2. de nat. Log. *Poëticam Logices partem facit; cùm tamen finis Logices; (qui*, teste ipso Zab. lib. 1. de nat. Log. c. 13. *est veri cognitio;) ei non competat*; teste eodem lib. 2 cap. 17. *Vnde fit, ut nec contineatur sub Logices definitione, quam tradit ipse*, lib. 1. de nat. Log. c. 10. *Nobis facultas quadam generalis est, nulli certa materia alligata, nec subjectum proprium habens: itémq; constans non tantùm ex Logicis, Rhetoricis & Grammaticis, sed etiam ex Physicis, Ethicis, Mathematicis, Historicis Geographicis, &c. Vnde & Poëta nonnulli dicuntur Philosophi. Verùm Poëta dicat; se in Epigrammate oportere esse Philosophum*, Scal. lib. 6. Poët. c. 4. *Et Albericus Gent.* in comm. l. 3 Cod. tit. 52. *Poëta sunt Philosophi instituendæ civitati maximè idonei; quapropter; si Philosophis sunt immunitates, cur non & Poëtis? Est enim Poëtica, quemadmodum Rhetorica, instrumentum activa Philosophia civilis. Nam per P[oë]tas & Poëmata mores civium bonos facit. Et sicut Verbis per Oratores hoc præstat Rhetorica, ita P[oë]tica per*

Poëtas

Poëtas factis fictis & fictis actionibus. Atq; sic Aristoteles non quasi ociosam rem docuit Poëticam. Item, in Poëta duo sunt, quasi in homine Anima & Corpus, & illud huius est instrumentum. Anima Poëtæ omnis est Philosophia, per quā hominibus prodesse vult. Corpus autem est repræsentatio, per quam anima illā agit, quod voluit. Hactenus ille. Nonnulli Poëtæ sunt Ethici, Scal. lib. 7 Poët. c. 3. *ut Theognis, Phocylides, Pythagoras, Iuvenalis, &c. Quidam* Physici, *ut Virg. in Georg. Lucretius, Macer, &c. Quidam* Astronomi, *ut, Aratus, Manilius, &c. Quidam* Geographi, *ut Dionysius, &c. Quidam* Historici, *ut Lucanus, Ovidius in Metam. & Fastis, &c. imò omnes Poëtæ Epici pro argumento habent historiam,* Scal lib. 1. Poët c. 2. *Differunt nihilominus Historia & Poesis. Illi enim satis est solus ille tractus dictionis ad explicandum, quæ gesta sunt: Hæc non solum reddit vocibus res ipsas, quæ sunt, verum etiam quæ non sunt, quasi sint, & quomodo esse possunt vel debent; repræsentat aut affingit,* Scal. lib. 1. Poët. cap. 1. *Quare non est verum, quod aiunt, cohærere Sophisticæ Poëticen, ita ut Poëtæ proprium munus sit adornare mendacium: nam hoc surrepsit posteà, sesèq; immiscuit ei simplicitati, quæ cū ipsa Poëtice primùm orta fuerat,* Scal. lib. 7. Poët. cap. 2. *Neq; Ægyptiis assentiēdum est, qui nullam poësin præter suam probabant, omnem autem exoticam Polypi capiti assimilabant; quòd esculentis appositum suavissimi saporis esse perhibetur, sed horrenda & prodigiosa somnia parere deprehensum est.* Pier. in hieroglyph. *Quod si verò de amatoriis illecebris tantùm & inanibus fabulis intelligatur, quæ dicendi lepore & phaleris delectabiles sunt, sed bonis moribus maximè perniciosa, haud refragamur. Ea enim Poëtica, quæ delectat tantùm, Adulatoria non immeritò confertur, imò tanquam pestifera damnatur, quæ fœdis exemplis mores corrumpit. Nam*

Et prodesse volunt & delectare Poëtæ.

Qua ratione conditio Poëtica præstare reliquis videtur.

—veluti pueris absinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circùm
Contingunt mellis dulci flavóq; liquore,

ut Lucret. *lib.* 1. *cecinit. Cætera disciplina docent tantum, Hæc etiam id quod docet, instillat, & cum voluptate persuadet magnum hoc modo Reip. emolumentum præstans in animorum informatione.*

USUS *Poëticæ præter hunc politicum permagnus est, etiam in cæteris disciplinis. A Poëta loqui* Oratores *discunt & alii omnes, inquit Alb. Gentil.* de Poët. pag. 47. *Et Oratoris, cùm res postulat, compositionem mutant in oratione & ad Poëtarum numeros proximè accedere conantur*, Dan. Heins. in diss. Horat. *Ac sine ejus doctrinâ ferè nulla Grammaticæ pars rectè percipi potest. Primò enim ostendit Partes orationis, ut cùm Lucan. canit. lib 4.* glebis exilis Arista, *apparet Exilis esse Nomen, non Verbum; hoc enim corripitur, ut apud Horat.* Utcunq; fortis exilis puerpera, *Iamb. Senar. II. Accidentia partium orationis, ut,* Oblitus decorisque sui, *Virgil. ubi Decoris à Decus. Et:* divini signa decoris: *ubi Decoris à Decor esse cognoscitur. III. docet vocis significationem, ut in eodem vers.* Oblitus decorisque sui— *Et:* Oblitus & musto feriet pede rusticus uvas, *Tibull. prius est ab Obliviscor, posterius ab Oblino. IV. Orthographiam, ut, ex eo quod Martialis canit,* Uxorem potes hanc dicere legitimam, *colligitur scribendum Legitimam unico T, non Leggitimam. V. Ostendit rationem pronunciandi, ut, ex eo quod Virgil. canit:* Compositò rumpit vocem & me destinat aræ, *cognoscitur dicendum esse Déstino, non Destíno. Ex eo quod Horat. habet:* Tu mediastinus tacita prece rura petebas, *intelligitur, pronunciandum esse Mediastinus, penult. productâ. VI. Ostendit inflexionem Verborum, ut,* Advenit, *penult. brevi, in Præsenti; sed* Advénit, *penult. longâ, in Præterito.* Advenimus, *penult. long. in Præsenti,* Advénimus, *penult. brevi in Præterito. VII. Facit etiam ad Etymologiam seu originem vocis indagandam, ut, Ovid.* Suffócent animam dira venena tuam, *Suffoco, id est, strangulo; à Faux, faucis; At apud Propert.* Súffocat & purâ limina tergit aquâ. *Hæc enim est genuina scriptura. Hic Súffoco significat πυρῶσαι, succendere, à Focus.*

Scalig in Propert. *VIII. Syntaxin illustrat, ut, in illo Virgil. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala; ex Poëtica docet* Cana *construi cum* Mala, *&* Tenerâ *cum* Lanugine, *&c.*]

Partes Poëticæ duæ sunt: Prior, quæ principia Carminis tradit: Altera, quæ modum conficiendi ostendit.

[*Prior nominari potest* Elementaria, *hæc* Versificatoria. *Aliis in* Metricam *&* Poëmaticam *dividitur.*]

Principia carminis sunt Quantitas & Pes.

Quantitas est, quâ syllabæ tempus, (id est, mora, quâ profertur) æstimatur.

[*Quantitas à pronunciationis motu est, sive is celer sive tardus, Veteres enim celeri motu breves vocales atque adeò Syllabas efferebant, tardo autè longas. Idq; nos hodiè in quibusdam observemus, & ubi litera est brevis, lingua properet, & raptim efferat, ubi verò longa est, ibi cunctetur & morulam trahat. Sic in prima Syllaba* Populus (*prò Arbore:*) *cunctabantur aliquo modo quasi Populus scriptum sit per duplex oo: Sed Populus pro multitudine, raptim transiliebant, quia brevis.* Lips de pronunc. L L. Fab. l. 1. c. 7.]

Syllaba est Brevis, Longa, & Communis sive Anceps.

Brevis est, quæ constat uno tantùm tempore, sic notata ˘, ut Pĕr, ĭn, ŏb pĭŭs, Vocatur etiam *Correpta:* & Corripi dicitur Syllaba quæ brevis est.

[*Alii Brevem vocant, quæ habeat vocalem brevem, Longam, quæ habeat vocalem longam: Ancipitem, quæ habeat vocalem indifferentem. (Hi enim cum Pantal. Bartolinæo quantitatem à vocali metiuntur) sed hoc perpetuum non est.*]

Longa est, quæ constat duobus temporibus, sic notata ¯, ut, Mōns, rōs, dōs, māgnōs, pārvōs, Vocatur etiam *Producta*; & syllaba hinc dicitur Produci, quæ longa est.

[*Hinc*

[Hinc fit, ut moram trahat paulò longiorem. Vnde est quod anteà dicebamus ex Fabio, duplici vocali olim scriptam fuisse.]

Communis ſeu Anceps eſt, quæ modò brevis modò longa eſt, ut, *Ătlas, pătres, tenĕbræ.*

[Hoc modo syllaba distinguitur ratione Temporis. Iam ut modus cognoscendi tempus cujusvis syllabæ tradi possit, opus est distinctione aliâ syllabæ, ratione Situs, ut jam sequitur.]

Syllaba diſtingui etiam ſolet in Primam (quę in principio cujuslibet dictionis ponitur) Mediam, (quæ inter primam & ultimam interjicitur) & Ultimam, (quæ dictionem claudit.)

[Vt, in Dominorum, *prima est* Do, *media sunt* MINO, *& inter has antepenultima* MI, *penultima* NO, *ultima* RUM.*]*

Ad ultimas ſyllabas referendæ ſunt dictiones monoſyllabæ, ut, *A, ab, de, ex, grex, lex, mos,* &c.

[Accedunt interdum voci dictiones encliticæ, Que, Ne, Ve, *quæ & præcedentis vocis ultimam syllabam in sua quantitate relinquunt, (nisi positio obstet) & ipsa pro ultimis syllabis habentur.]*

Quantitas ſyllabæ eſt vel Naturalis (à natura vocalis deſumpta) ut Rĕ in *rĕsisto:* Vel Accidentalis (à naturali diſcedens per adventitiam cauſſam) ut, Rē in *rēstiti.*

Quantitas cognoſcitur vel Regulis, vel Autoritate.

[Alii modi cognoscendi Quantitatem, quos nonnulli constituunt, ad hos duos commodissimè referuntur, sicut in progressu patebit. Nos enim brevitati & perspicuitati studere maluimus.]

CAPUT II.

DE REGULIS COGNOSCENDÆ QUANTITATIS GENERALIBUS.

REGULÆ cognoſcendi Quantitatem Syllabæ ſunt Generales & Speciales.

Generales, quibus quantitas omninm ſyllabarum (primarum, mediarum, & ultimarum) cognoſcitur.

Eæq; ſunt in Poſitione, Diphthongo, Vocali ante vocalem, & Derivatione.

[*Plures modi ab aliis conſtituuntur: nos de ſingulis ſuo loco, & in regulis ſpecialibus agemus.*]

I. DE POSITIONE.

Poſitio omnis longa eſt.

Poſitio eſt, cùm vocalem ſequuntur duæ conſonantes aut una duplex, (ſive in eâdem voce, ſive in fine præcedentis & initio ſequentis vocis,) ut *CaRMen, reXit, poST, QuiD FaciaT LætaS Segetes.*

[*Ad minimum duæ conſonantes poſitionem conſtituunt, nedum plures Sed ex hac diverſa collocatione, tres Poſitionum modi conſtitui ſolent: 1. cùm po t vocalem ponũtur duæ vel tres conſonantes in e dem dictione, ut,* CaRMen, poST, feRT, DeXTRa iMPRudens *2 cùm poſt vocalem in eadem dictione ſequitur dupla,* X, Z *aut* Jota, *ut,* reX, aXis, gaZa, maJor, peJor, eJus, cuJus. *3 cùm in diverſis dictionibus prior in conſonantem deſinit, & altera à conſonante incipit, ut,* QuiD FaciaT LætaS Segetes, *Poteſt tamen quartus modus addi, ut pag. 9 dicemus.*

Non

Nota ad modum 1. *Veteres Romani diversam à nostra partim scribēdi partim pronunciandi rationem secuti sunt, ut* Fros, mos, pos, *quæ postera ætas insertâ litera* N *scribebat & efferebat. Idq; veteres fecerunt partim discriminis caussâ, ut* Fros *pro fronde;* Frons *pro fronte, partim sine discrimine ullo, ut* Tusus & Prasus *pro* Tuntus & Pransus, Lips. var. lect. 3. 19. *Veteres etiam non geminabant consonantes, ut Festus habet in* Anus, Folium, &c. & *Scalig. ad Fest. in* Topper.

Nota ad secundum modum. Litera J *modò pro simplici modò pro duplici consonante accipitur. Pro simplici, ab initio vocis sequente vocali in eâdem syllaba, ut* Jupiter, Jaculum. *Pro duplici, in medio vocis inter duas vocales. Quo casu antiqui solebant duplex* jj *scribere, ut,* majjor, ejjus. *Atque hæc caussa, cur Positioni annumeretur. In Genitivis verò Nominum secunda Declinationis scribebant tria* iii, *ut* Pompejji Prisc. lib. 1. Giph. collect. Lucret. in Ei.

A secundo modo Excipiuntur hæc composita, Bijugus, Quadrijugus, Multijugus. *Quod ad* Rejecto, Rejicio, *de iis vide infra c. 3. inter Præpositiones.*

Ad secundum modum quidā referunt & V post vocalem I, ut Divus, rivus. *A quo tamen excipitur* Nivis, *cum Derivatis,* Niveus, Nivosus, Nivalis, &c. Trivium *autem* Redivivus & *similia, ex regula compositorum dijudicanda sunt.*

Nota ad Tertium modum. Aspirationem interdum esse pro Consona, ut:

Et tibi Pæonias inter heroidas omnes, *Propert.*
Mercator hodie cras citharœdus erit, *Auson.*
Et quæ præterit hora redire nequit, *Ovid.*

Hæ tamen Casuræ adscribuntur, & tyronibus temerè imitanda non sunt.]

Exceptio, de Muta cum Liquida.

Muta cum Liquidâ conjuncta, vocalem naturâ brevem, facit ancipitem, (& voca-

tur positio debilis,) ut, Tenĕbræ, media brevi, & Tenēbræ, media longa.

Nox tenĕbras profert, Phœbus fugat inde tenēbras.

Observationes, de Muta cum Liquida.

I. Si Muta & Liquida non sint in eâdem, sed diversis syllabis, exceptioni huic locus non est, id quod fit in compositis, velut: *Ab-uno, Ob-ligo, Ob-ruo*, &c. in quibus primæ syllabæ semper producuntur.

II. Si vocalis naturâ longa sit, corripi propter Liquidam non potest, ut, *Simulacrum*, perpetuò A longum habet. Est enim à *Simulāre*.

[Multa modis simulacra videt volitantia nudis, 7. *Æn Ita* Salūbris *mediam longam habet; quia est à* Salūte, *licet Cinna corripiat. Ita quidam primam in Verbo Latro, ubiq; producendam esse vult, quòd sit naturâ longa. Quam tamen Phædrus* lib. 5. Fab. ult. *corripit.*

Canem objurgabat, cui senex contrà latrans. *Iamb. Sen. quem religiosissimè observat, ut decet in ultimo loco. Vixit autem Phædrus in perfectissimo illo seculo Augusti cum Virgilio, ita in Plautinis etiam Iambicus terminat,*

—nec gannio nec latro. *In suppositis Plauti, Act. 4. sc.* Di vostram fidem. *Ita Sidon. Apollin.*

—circumlatrat ingens Turba canum. *Et Güntherus in Ligurin.*—passus bis mille latrantem. *Et Mantuan.*

—multisono cùm silva latratu Insonuit. *Hæc ex Epistolâ quadam Taubmanni amici nostri.*]

III. Syllabæ, quæ propter mutam cum liquida in Poësi producuntur, extra Poësin plerunq; corripiuntur, ut, *Tenĕbra, volŭcris, mediŏcris, pharĕtra, lugŭbris, podăgra.*

IV. Syllaba anceps hic frequentior in L & rarior in M & N, ut: *aplustris, repleo, Atlas, tenebræ, recreo, poples.*

[M &

[*M & N reperitur tãtùm anceps in dictionibus Græcis, ut,* Cy̆cnus, Dăphne, Prŏgne, Tĕchna, Tĕcmessa, *&c.*

In Latinis exemplum non reperies. Nunquàm enim Agmen, cognitus, ignis, *&c. correpta invenies. Apud Græcos etiam vocalis ante M N, G D, P T, &c. corripitur, quod imitatus est Martialis in voce* Smarăgdus:

Sardonychas, Smarăgdos, Adamantas, Jaspidas, uno, *&c.*

Observatio, de SC, SP, SQ. ST, initialibus, qui est Quartus modus Positionis.

Ultima vocalis brevis, si sequatur vox incipiens ab SC, vel SP, vel SQ. vel ST, vel dupla X, aut Z, rectiùs producitur, quàm corripitur.

[*Non enim corripi potest, nisi vocalis brevis pedem finiat; Quia hic interquiescere vox & spiritum ad elationem sequentis cum aliquantilla mora instaurare videtur; In Virgil.* Ponite spes, *& Horat.* fornice stantem. *Aliâs verò in medio pedis, semper producendam esse ultimam dictionis vocalem, eruditorum consensu jamdudum decretum est.* Vide Scalig. in Catull. Taubm. in Culic. Virg. v. 193. & præf. Melodæ Melissum in Salam Fidl. p. 30. Janum Gruterum, in Medeam Senecæ, qui præcipit etiam, ut juventus hoc semper meminerit & imitetur. *Exempla damus è probatis Poëtis.*

Silius: Immanē stridens agitur, crebróque coacta.

Catull. Nulla fugæ ratio, nullā spes, omnia (muta.

Tibull. Pro segetē spicas, pro grege ferre dapem.

Iuvenal. Occultā spolia & plures de pace (triumphi.

Martial. Quid gladium demens Romanā stringis in ora?

Statius: Perceleres agilē ſtudium & tenuiſſima virtus.

Virgil. Ferte citi ferrum, date telā, ſcandite muros.

Idem: Veniſti tandem, tuáquē ſpectata parenti, &c.

Quam lectionem Scaliger aſſerit in Catull. & Taubm. in comment. ſuo Virgiliano pluribus quod ſperamus, probabit. Sunt quidem, qui per Cæſuram hæc exempla excuſare volunt, quia ſyllaba iſta elevatur, ut Corn. Valerius: Sed hoc fruſtra eſſe, oſtendunt exempla Virgilii & Martialis extra Cæſuram. Nec obſtat, quòd pauca contraria exempla reperiuntur apud Horat. Ovid. Propert. Catull. Virgil ut:

Sæpe ſtylum vertas -- Nemorosă Zacynthus,
Conſuluitq; Striges. -- Undă Scamandri, *&c.*

Hæc enim partim ad imitationem licentiæ Græcanicæ facta ſunt, partim ipſa paucitate & raritate regulam plurimis contrariis exemplis inſtructam confirmant. Cujus tamen exempla apud optimos Poëtas non ita frequentata habemus, eaq; leviora quàm ut contraria premere queant, Ideoq; in verſu illo Virgiliani Culicis 193.

Horrida ſquamoſi volventia membra Draconis,
ex ſententiâ Terentiani Mauri prima vox Creticus fieret, ait enim:

Incipe, *ſi dicas &* ſcire *aut* ſcribere *nugas,*
Creticus efficitur, —— Idem ait, ſi Trochæum ſequatur iſtiusmodi dura colliſio, ex eo fieri Spondæum debere.

Si quando *SCutum, SPumas* vel *STamina* dico.
Hæc ſola efficiet, nudo ut remanente trochæo,
Spondæum geminæ poſſint firmare Sonoræ.
Exemplis an prava ſequar vel recta probabo?
Quiſque ſcire cupit, vel *quiſque* ſcribere curat.
Ante STare decet, cum dico & ſeparo verbum.
Ante STeſichorum vatem natura creavit.
Ultima vocalis remanens finisq; trochæi,
Excipitur geminis, queis proximus exoritur pes:

Quæ

Quæ quanquam capite alterius verbi teneantur,
Sufficiant retrò vires & tempus oportet,
Consona quod debet geminata referre priori.

Vide etiam Casparum Barthium ad V. 136. Claudiani de Bello Gildonis, ubi contraria Exempla plusculà collegit, apud Valerium Flaccum verò, Martialem & Tibullum ne semel quidem tale quid observari affirmat: Melius igitur esse, Poëtices studiosum hujusmodi collisionem vitare, quàm admittere: nec sine ratione alios Poëtarum penitus abstinuisse, alios rarissimè sibi indulsisse, concludit.]

Appendix hujus Observationis.

Ultima vocalis brevis, si sequatur vox incipiens à muta cum liquida, tàm produci quàm corripi potest.

Nil opus est mortē pro me---Ovid.
---*Quò nos fatā trahunt, retrahúntque sequamur.* Virg.

[*Exempla productionis rara sunt, nisi annumerare ea velis, in quibus enclitica Que producitur frequentissimè apud Virgilium Poëtarum regem,* (ut Scalig appellat, lib. 3. Poët. c. 16.) *ut:*

Terrásque tractúsque maris *Eclog.* 4.
Lappæq; tribuliq; interq; nitentia culta. *Georg.* 1.
Tribuláque, traheǽq; — *Georg.* 1.

Cas Scalig. lib. 6 Poët. pag 810. *Pontani hunc versum:* Christus cui parent, sidera, terra, fretum, *non potest reprehendere, ut qui Ovidium secutus sit, qui etiam* fretum *pentametri fine posuit: ait tamen, sibi videri duas illas consonantes tantum flatus habere, alteram etiam tantum, cum priori adjungitur, vibrationis, ut antecedentem dactyli Syllabam auribus suis remoretur. Memor hujus sententiæ Scaliger esse debuisset, æquior quoque Catullo fuisset, quem propter tandem hanc causam eodem libro pag. 865. durius tractat.*]

Denique peculiare genus positionis Debilis obser-

observare est apud veteres, qui vocalem brevem ante QU voluêre esse ancipitem, *teste Beda lib. de metris c.18.* è Lucretio, ut:

Quæ calidum faciunt āquæ tactum atque vaporem,

Item: *Fit quoq; ubi in magnas āquæ vastásque lacunas.*

[*Quidam trisyllabon ex iis faciunt, & legunt Áquæ. Ácuæ.*]

Item è Virg. Æn.9. *Rumpe moras omnes, turbatāq; arripe castra,*

Sic & Prudentius:

---vetus illa tamen de crimine avorum

Dicitur illatā quoniam concreta veterno est.

Cùm enim V post Q in W mollescat, duplicem consonam repræsentat, Lipsius de recta pron. L.L. c.12. Et Æg. Schudus de Rhetia Alpinâ c.36. (unde nonnulli QV non QU scribunt.) Hinc fortassis indifferens mansit prima in *Liquo, Liquesco, Liquidus.* Ita O in *Quandoque* producitur, Idem O in *Quandoquidem* corripitur. Quæ adhuc sunt in usu, cætera vetustati relinquuntur.

II. DE DIPHTHONGO.

Diphthongus omnis longa est, ut, *ætas, āurum, cœlum.*

Æolus & clauso ventorum carcere regnet. Virg.

Exceptio.

Præ in compositione, sequente vocali, corripitur.

[ut: *Stipitibus duris agitur, sudibúsque prăustis,* Virg.
Quas ubi viderunt, prăacuta cuspidis hastas,

Et

Et venit stellâ non præeunte dies, Pentam. Pedonis Albinovani, qui vixit ante Christum.

Statius tamen *Prăire* produxit 6. Theb.

Præmia cùm vacuus domino præiret Arion. Et *Prăopto* Martian. Capell.

Prăoptare caret si quod placet atq; necesse est.]

Observationes.

1. Diphthongus quando in unam vocalem coalescit, retinet quantitatem suam, & pertinet ad Crasin.

[*De qua* lib 2. cap. 1. *ut* Occido, *à Cado, &* Inquiro *à Quaro,* Iniquus *ab æquus, quò & referri potest,* τὸ Sempiternus, *quod Scal. de C. L. L. secundâ longâ esse ait, quia sit ab æternus; Sic Diphthongus Græca ει apud Latinos in I, & in E sæpe transit, & manet longa.*

ut Musēum, Ænēas, Argīvus, īdolum.

Interdum tamen illud E vel I mutatum, in Latino corripitur, quod inde fit, quia per Syncopen una vocalis dempta est è diphthongo;

ut, ab ἡρακλεῖος, Herculĕus, ἑλικώνειος, Helicon ĭus, κωνώπειος, Conopĕus, *Vide Scalig. in Catull. Sic à* συρακούσιος, *fit* Syracūsius, *& dempta vocali* Syracŏsius, συρακόσιος.

Virgil. Prima Syracŏsio dignata est ludere versu. *Sic* Chorĕa & Chorēa, Platĕa & Platēa, *reperitur, à* χορεία *&* πλατεῖα.]

2. Diphthongus interdum resolvitur in duas vocales, per Diæresin, *de qua lib. 2. cap. 1.*

[*Sic pro* Gaudet *dissyllaba est* gāŭdet *trisyll. Catull.* Orphĕŭs *pro* Orphēus, *Ovid.* Ahēnĕus, *pro* æneus. *Virgil.*]

3. Diphthongus in fine vocis, si sequatur vox

vox à vocali incipiens, eliditur per Synalœphē, *de qua lib. 2. c. 1.* Si non eliditur, fit per Licentiam Poëticam, quo casu modò corripiuntur, modò producuntur.

III. DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Vocalis ante vocalem corripitur; ut, *delĭcĭe, rĕus, pĭus, mutŭus, ăit, cŏercĕo.*

[*Intelligenda est hac regula potissimùm de Latinis dictionibus. Nam in Græcis respiciendum est ad originem, ut postea dicetur. In Peregrinis quantitas ambigua plerunq; est.*

Exceptiones.

1. Excipiuntur Genitivi Pronominum secundæ declinationis, & quæ illorum formam sequuntur, ut:

Illīus, Istīus, Ipsīus; Unīus, Ullīus, Totīus, Nullīus, Solīus, Neutrīus, Utrīus, Alterutrīus, Alius. Præter *Alterĭus*, quod penultimam brevem retinet.

Observ. Iidem Genitivi (exceptis, *Alius, Neutrīus, Utrīus, Alterutrīus, Solīus*) penultimam quoq; indifferentem habent; licèt in prosa extra Poësin semper productè legantur.

[*ut:* Unĭus ob noxam & furias, *Virgilius.*

---Unīus ob iram Prodimur, *Id.* Musa loqui præter laudem nullīus avari, *Horat.* Nullĭus addictus jurare in verba magistri; *Idem.* De Alterius *nota, reperiri etiam productum.* Nec alterīus indigens opis veni, *Iambus Scalig. in catalect. pag.* 226.

226. *è Terentiano Mauro. Imitatus hoc est Melissus libr. 1. Melet. Oda 6.* Nec concupisces alterius conjugium, *&c. causam vide apud Scalig. de C. L.L.43.*]

2. Excipiuntur Genitivi & Dativi quintæ declinationis, in iēi, ut, *Diēi, aciēi, progeniēi.*

[*Si verò desinant in EI impurum, retinent ĕ correptum, ut,* Rĕi, Fidĕi, Spĕi. *Nota, Lucretium produxisse primam in* Rēi, *sicut & primam in Dat.* ēi, *& Paulinum in* Fidēi, *ideóque hæc per geminum ji scribebant.* reji, eji, fideji, *qua de re sup. ad 2. modum Positionis.*

Ipsius reji rationem reddere possis, *Lucr. l. 6.*
Nec facilè in venas cibus omnis diditur eij. *Idem l. 2.*
Vide Giph. Collectan. in Lucret.]

III. Excipitur *Fīo,* quod longum est, *Fiebam, Fiam*, At quandocunq; R inseritur, fit breve, ut *Fĭerem, Fĭeri.*

[Fiet enim subitò sus horridus—*Virg.*
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis, *Idem.*
Non imitandum est, quod Arator Fient *corripuit.* Credite, verâ fient, nec spe frustrabor inani. *Apud Comicos* Fierem *&* Fieri *interdum producitur. Exempla vide apud Muret.* in Heautont. act. 3. sc. 3. *Taubman.* Amphitruon. act. 2 sc. 2. & Trinum. act. 2. sc. 4.]

IV. Interjectio *Ehcu:* sed *Ŏhe* utroque modo ponitur.

[Eheu quid volui misero mihi, *Virg.*
Ohe jam satis est ohe libelle, *Idem*
—satur est cum dicit Horatius ohe, *Juvenal.*
Nam H interdum pro consona habetur, ut pag. 7. dictum.]

V. No-

V. Nomina Græca in *ia* (Jonicè *ιη*:) penultimam corripiunt regulariter, Plurima tamen apud Poëtas Græcos etiam producta reperiuntur, ut:

Πλείει χρήματ' ὀλέσασα ἀπιστίηδ' ἐσώσα. Theogn.
Σύριγξ οὔνομ' ἔχεις, ἅδει δὲ σὲ μέτρα σοφίης,
Simm. in Syringe, &c.

VI. Græca, quæ per ε aut ο scribuntur, vocalem ante vocalem corripiunt: Quæ verò per η aut ω, aut diphthongum scribuntur, producunt.

Producunt etiam hæc: *Aēr, Lāus, Thāus, Nāus, Lycāon, Chāonia Āërope, Aonides, Archelāus, Menelāus, Nicolāus.* Item Patronymica fœminina in *Ais, Eis.* Et quæ vocalem circumflexo notatam habent, ut, *dius* à δῖος, *Dia* insula, δῖα. Hebræa ambiguam quantitatem habent, ut *Abraham, Cain.*

[*Ex hac regula, plerăq; omnia Græca dijudicari possunt, ut è. Longa sunt:* Herōis, Musēum, Elegīa, Thalīa, Dēiphobus, Andrēas (*quod etiam corripi potest, quia in N. Test.* ἀνδρέας) Ænēas, Ptolemāis, Thebāis, (*quod etiam correptum legitur*) Thesēis, Brisēis. *Et possessiva in eius, eia, eium, ut* Priamēia, *virgo*, Ænēia nutrix. *Brevia:* Antinŏus, Thĕatrum, &c. *Respicienda enim hic est origo,* ἀντίνοος, θέατρον, *Sic:*

Tertia phœbēæ lauri domus, Antiochia;
Auson.

A φοίβειος & ἀντιόχεια. *Sic* ἡρῷος, μουσεῖον, ἐλεγεία θάλεια, δηΐφοβος, ἀνδρείας, αἰνείας πριαμήϊος, αἰνεῖος. *Est tamen ubi ex Græca Diphthongo Latina vocalis corripitur, ut suprà de Diphthongo annotavimus.*

Extat

Extat jocus de nomine Andreas.

Andreа vis dici, ne sis pede longior uno,
Cum tamen Andreas sesquipedalis erat.

Sed scriptura Græca N.T. ostendit, rectè corripi.

Luc. Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris.

Ovid. Thebaides jussis sua tempora frondibus ornant.

Dia Camilla, *Virg.* Dia Mosella, *Auson.*

Ovid. Quà brevis æquoreis Dia feretur aquis.

Sidon. Abraham sanctis merito sociande patronis.

Paulin. Pauper in Abrahæ modò, dives in igne jacet.

Prud. Quò te præcipitat rabies tua, perfide Cain.

Victor. Si modò pœniteat facti, quod fecit Caino.]

VII. Genitivi antiqui in AI producuntur, *Aulai, aquai, terrai.*

VIII. Item Vocativi in AI, EI: à Nominativis in Ajus, & Ejus, ut: *Cai, Pompei.*

[Aulai in medio — *Virg.* — terrai frugiferai, *Mart.*

Quod peto, da Cai, non peto consilium, *Martial.*

Videtur hoc è Nominativo oriri, qui per Diæresin in plures syllabas solvitur, ut,

Caïus, Pompeïus,

Pervigil in plumis Caïus ecce jacet *Martial.*]

IX. Indifferenter usurpantur: *Diana, Orion, Geryon.*

[Exercet Diana choros; *Virg.* Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ, *Ovid.* Cùm subitò assurgens fluctu nimbosus Orion. *Virg.* Debilis Orionis dextram minitatur inermem, *Claud.* Tergemini nece Geryonis, *Virg.* Hoc atque Geryon triplex; *Claud.*]

Observationes.

I. Vocalis ante vocalem in diversis dictionibus eliditur per Synalœpham. Si verò non eliditur, licentiæ Poeticæ ascribitur, & vocalis

alioquin longa, vi hujus generalis Regulæ de Vocali ante vocalem, corripitur, ut,

Credimus an qui amant. --Virg. *Si mĕ amas, inquit,* Horat. Vide infrà *lib. 2. cap. 1.* De Synalœpha.

Interdum duæ vocales per Synætesin seu Crasin in unam syllabam longam coalescunt. Unde orta est regula: *Crasis omnis longa est*, ut: cûi, monosyll. pro cuï dissyllabo. Phæthon, dissyllabon, per crasin pro *Phaëthon* trisyllabo.

[*De Crasi infrà* lib. 2. cap. 1. *Est enim anomalia versus. Ibidem agetur de* Diæresi *seu* Dialysi, *figurâ contrariâ, quando ex una syllaba fiunt duæ, & sic duæ vocales, concurrunt, ut: pro* sylvæ *dissillabo*, syluæ *trisyllabum.*]

In dictionibus peregrinis à Jota incipientibus, quamvis Jota usitatiùs in poësi retineatur, tamen nonnunquam in I vocalem mutatur, & pertinet ad Diæresin.

[*ut, Jacobus. Iacobus: Jaspis, iaspis.*

Ne laceres versus dux Iacobe meos, Claud.

Et precium majus fecit ïaspidibus, Martial.

Huc pertinet annotatio Scalig. lib. 1. de causs. L. L. cap. 12. Indifferens est, nunc consona nunc vocalis, apud Comicos in Adverbio Iam.]

IV. DE DERIVATIONE.

Derivatum sequitur naturam originis seu thematis sui, ut: *Lĕgo, lĕgerem, lĕgam. Lēgi lēgeram, lēgissem, lēgero. Stābam, Stābo, Stārem. Stĕti Stĕtissem, Stĕtero.* Sic & *Dŏminus Dŏmina, Dŏminor; Pŏtis, pŏtior, pŏtestas, pŏtiri.*

[*Deri-*

[*Derivatorum quantitas rectiùs cognosci non potest, quam ex Primitivis: Tanta enim semper est syllaba in Derivatis quanta est in Primitivis, Ideò enim secunda in* Virgineus *corripitur quia eadem brevis effertur in Genitivo* Virginis. *Sic secunda in* Verecundus *longa est, quia & producitur in* Vereri. *Et* Temulentus *primam habet longam quia* Temetum *eam producit.* Inscitia *secundam habet longam, quia τὸ* Scitum *Supinum dissyllabon primam habet longam, ut & compositum* Inscitus: *sic &* Plebis scitum: *frequens autem est hodie in voce illa* Inscitia *alucinatio, quam quidam in sui temporis versificatoribus corrigere volens scripsit:* Inscius & rudis est cui vox Inscitia curta est. *Lambinus tamen* in Pseud. Plauti A. 2. sc. ultim. *primam in* Scitus *brevem esse ait, ubi Exemplum desideramus. Sed* Servitus *&* Servitium *non ideo secundam habent productam, quasi deriventur à supino* servio, servivi servitum, *sed corripiunt eam quod à nomine* servus *derivantur. ita* Aratrum, Ambulacrum, Lavacrum, Simulacrum, Involucrum, &c. *penultimam ubiq; producunt, quia descendunt à Supinis longis,* Aratum, Ambulatum, Lavatum, Simulatum, Involutum, *ita* Stabilis *&* Stabulum *primam habent brevem: quia Supin.* Statum *eandem corripit. Et* Propitius *primam habet brevem à* propè. *Intelligenda autem est illa regula non tantùm de manifestè & verè Derivatis, sed etiam de omnibus dictionibus, quæ etiam quacunque ratione à sese mutuò derivantur. Semper itaque adolescens ante oculos habeat Derivativorum illam regulam, nam Cynosura est certissima Quantitatis in omnibus Derivatis, præterquam quæ pauca excipiuntur: de quibus, pag. seq. A* Tempus, *Tempŏris, secundam in* Tempĕstivus *Comici corripere possunt; alii non item.* Scal. Poët. 816.]

Observationes.

I. Nomina verbalia plerunq; à Supinis derivantur, quapropter etiam Supinorum quanti-

titatem retinent: ut *Iūmentum* à *Iūtum*, *Fōmes* & *fōmentum* à *fōtum*, *Nōtus,a,um*, à *Nōtum*.

[*Hinc Ant. Muretus* in Heaut. a. 3. sc. 1. v 65. *suspicatur veteres, cum vellent secundam in* Adolescens, *producere, scripsisse* Adulescens *quasi à supino* Adultum *derivetur: Sed* Adolescens *à præsente* Adolesco *secundam habere correptam. Sic* valitudo *à sup.* valitum, *unde &* validus, *secundam habet brevem. Sed* Valetudo *secundâ longâ à* Valere, *quo referri videtur* Senecio, *secundâ productâ, à* Senere.]

II. Quæ verborum tempora à Præsente derivantur præsentis, Quæ à Perfecto, perfecti quantitatem & naturam retinent.

Perfectum primum de se dat tempora quinque:
Ram, ssem, rim, ro, sse: formabit cætera Præsens.

[*Ideoq;* legeram, legissem, legerim, legero & legisse à legi *derivantur, sed* legebam, legam, lege, *&c.* à Lego *veniunt*.]

III. Cum Derivatis quandam cognationis speciem habet Analogia, de qua suo loco.

Exceptio.

Quædam vocabula contra naturam Primitivorum suorum aut corripiuntur aut producuntur.

[*Servius ad* 1. *Æn.* Connubio jungam, &c. *Plerumq; in Compositione vel Derivatione principalitatis natura corrumpitur. Sed Grammatici derivatorum horum quædam versibus comprehenderunt, sed deprehensum est.* 1. *aliqua primitivi sui quantitatem retinere, ut* pedor *à pedo*, lotium *à lotum*, motor & mobilis *à motum, ut* sutor & sutilis *à sutum.* 2. *aliqua verò per Diphthongum ex illorum numero eximi, ut* Cæpa. 3 *aliqua primitivi modulum retinent, ut* vitupero q. vitium paro, *nam qui produci scribunt, exemplum è vetustate vix ullum habent, illud enim Terentii quod adducunt:*

Isti

Isti vituperant factum atq; in eo disputant.
magis correptionem probat, producitur autem, si unquam, per Diastolen propter multarum brevium concursum, quod Lipsius fecit hoc Senario. Quos placitum est laudant, quos placitum est vituperant: *vide Antesign. ad Terent. Andr. Quoniam tamen animadvertimus & numerum eorum majorem esse quàm quem versus isti continebant, operæpretium facturos esse duximus, si plura è probatis auctoribus M. Varrone, Pomp. Festo, Iul. Cæs. Scaligero & aurea hujus stirpis aureo ramo Iosepho Iusto Scaligero & aliis colligeremus, & Scena huic inservientes memoriæ gratia versibus aliis includeremus.*]

BREVIA A PRIMITIVIS LONGIS.

Sunt Brevia à Longis deducta: Mamilla, Curulis.
Perfidus *atque* Fides, Fidius, Ditio *atq;* Butyrum,
Dux ducis, Agnitus, *atq;* Rudis, Nato, Arundo, Ducatus,
Et Sopor & Jubeo, Noto, Semisopitus, Aruspex,
Atque Varix, Varicosus, Arista, Mitella, Quasillus,
Causidicusq; Dicax, Odium, Pugil, *atque* Pugillus,
Et Fragor & Fragilis, Siquidémq; Paciscor, Ofella,
Dic etiam, Quatio, Fatuusque, Sigilla, Tigillum,
Deiero, Cognitio, Vir, Peiero, Apella. Quirites,
Innubus *atque* Farina, Dicare, Bubulcus, Acerbus.

Et Scutulatus, Arena, Sagax, Saga, *itemque* Molestus,
Pronubus *atque* Anus, & Folium, Posuiq; & Omasum,
Quintilianus, Atrox, & Agrippa, Pusillus, Amarus,
Sic Ligula & Lituus, Manus, *adde* Lucerna, Disertus.
Cum Strigibus, Strigilis, Vitium, Titulusq;, Vadumq;.

[Mamilla à *Mamma, quod Græcis μαζὸς, unde & Amazones dictæ, quas Tatianus Vnimammas appellavit.* Curulis, à *Curru auctore Gellio.* Perfidus, Fides Fidius *dei astri nomen, ut Medius fidius,* & Fidelis à *verbo Fido, is.* Ditio à *Dis pro Dives* Butyrum à *Βούτυρον, ubi utraq; syllaba naturâ longa est, & tamen utrinq; in Latinis etiam brevis reperitur. Valg. Lac niveum butyrumq; novum cum melle comedit.* Dux Ducis & Ducatus à *verbo Duco, cis.* Agnitus *ut* & Agnitio, *item* Cognitus & Cognitio, *itemque* Nota *nomen* & Noto *Verbum à Supino Notum.* Rudis à *Rus, ruris, Scal. de Causis Ling. Lat. cap.* 29 Nato & Natrix, *à No, nas, nare.* Arundo, Arista, & Arena *ab Areo & Aridus.* Sopor & Semisopitus *à Sopio.* Jubeo à *Ius habeo, Scal.* Aruspex *Βωμοσκόπος ab Ara, Ios. Scalig. in conjectaneis, Ara autem veteribus Asa pro Ansa, nam foculus erat, qui manu portabatur.* Varix & Varicosus, *à Varus, Varico.* Mitella à *mitra.* Quasillus à *Qualus,* Dicax, Causidicus, Magoidicus & similia à *Dico, dicis,* 3. *conj.* Odium *ab Odi, quidam tamen ab inusitato præsente Odio volunt deducere* Pugil & Pugillus *à Pugnus, unde* & Pugillares, *quod Iuven. prima longâ, Prudentius primâ brevi usurpavit.* Fragor, Fragilis, & Fragosus, *à Frango, quod veteribus fuit Frago, & sicut* Pago, *pro Pango,* & Tago *pro Tango* Siquidem *à particulâ si semper longâ, posset tamen inter composita referri.* Pacifcor *à Pax pacis.* Ofella *ab offa.*

Quatio & Concutio, &c. à *Cudo. Scalig.* Fatuus à *fari, fatum: unde &* fatim, *id est, abundè, à multiloquentia &* affatim *media brevi, &* fatisco, *q. fatim hisco Becman. de Orig. L. L.* Sigillum à *Signum*, Tigillum à *Tignum*, *quod tamen aliis à Tego placet.* Dejero & Pejero à *Iuro*, Vir, viri à *Vi.* Apella *ab A præpos. & pelle; quanquam Villiomarus, an Scaliger is est? nomen proprium noti Iudæi fuisse ait tempore Horatii, Ἀπελλᾶς ut Ἀντιπᾶς, ut & Capella apud Iuvenalem non appellativum sed proprium nomen asserit, in quo tamen Lipsium habet dissentientem*, Cent. 1. Ep. 31. Quirites à *Cures, tis. Scalig. de C. L. L. cap.* 29. Innubus & Pronubus à *Nubo, is. Sed* Connubium *secundam semper producit, quando verò* 1. *Æneid. legitur:*

Connubjo jungam stabili, propriamq; dicabo,

Trisyllabum ibi esse volunt, ut Arjete Parjete *apud eundem: quod & Erythræus agnoscit, ideoq; cum Servio per Systolen excusat.* Farina à *Far, ris.* Dicare à *Dicere. Scalig.* Bubulcus à *Bubus, nam Bobus per Syncopen pro Bovibus primam corripit.* Acerbus *ab adj. Acer, aliis tamen placere à subst. Acer.* Scutulatus à *Scutum, Scal.* Sagax & Saga à *Sagio, Præsagio. Martialis tamen produxit:*

Exoret noctes dum mihi saga tuas,

Molestus à *Moles. Scalig. de L. L. c.* 29. (*quanquam in libro de Plantis Moles à Molâ farinariâ deducat, quæ nunquam Pusilla est, in acu enim nulla moles, resipit ortum Molestus quod primum corripit, &c.*) Anus *ab Annis, quia annorum multorum est, Festus.* (*Antiquitatum rudiores ab ἀ & νοῦς*) Folium *à Græco venit quod illi φύλλον dicunt, sed ideò per unum L. quia antiqui non geminabant consonantes, Festus.* Posui à *Pono & quæ inde descendunt, ut* Composui, Apposui, *à Compono Appono, &c.* Omasum *ab ὠμός, id est, crudum.* Quintilius & Quintilianus à *Quintilis.* Atrox *prima communi ab ater, quia irâ fuscescunt feroces. Scalig.* Agrippa *ab ægris pedibus. Agell. l. 16. cap.* 16. Pusillus, à *Pusio, nis.* Amarus, *quod à mari, Scal. de C. L. L. pag.* 112. *veluti* Avidus à *non videndo, propter nimiam*

cupiditatem appellatur, Festus. Ligula *à lingua. Veteres Grammatici lingulam dixerunt, ideoq; à Martiali reprehensi sunt. lib.14. Epigr.120.* Lituus *à lite, virga regales quasi lites disterminans* Manus *à Manare,* Lucerna *à Luceo, ces.* Disertus *à Dissero.* Strix, strigis *à Strideo, des. Ovid. 6. Fast. dist. 70.* Strigilis *à Stringo, gis.* Vitium *à Vito, tas.* Titulus *à Tutor, aris. q. Tutulus.* Vadum *à Vado, dis, quanquam à remotiore βαδίζω quoq; deducunt. His adde* Comæ *à Como, &* Conscribillo *à Scribo, quod versum Heroic. Hexam. non ingreditur, Scal. in Carm. 11. Catull.*]

PRODUCUNTUR A PRIMITIVIS Brevibus.

Sunt Longa à Brevibus; Vires, Humanus & Humor,
Sedes, Ceritus, Jucundus; Remigo, Remus,
Saturnus, Renes, *&* Rivus *&* Imbecillus,
Jugera, Priamides, Nitela & Tragula, Jugis,
Lex legis, Cubus, Rex, regis Regula, Petus,
Staturus, Statim, Vox vocis, Pusio, Vomer,
Viginti, Bisus, Triginta, Secula, Trinus,
Junior, *&* Nonus, Vitis, Stipendia, Denus,
Vociferor, Chius, Feralis, Feriæ, *&* Heres,
Sicelides, Rapum, Vena *&* Suspicio, Numus,
Tegula, Vocalis, Laterna, *&* Secius, Udus,
Caseus *&* Prelum, Legare, & Macero, Cune,

[Vires, *à Vireo, res. Unde & Viresco primâ brevi, quod, si primam producit, est à Vires. Scalig.* Humanus *&* Humor *ab Humus, unde & Homo teste Varrone & Lactantio, Scaliger autem, ab ὁμῶς derivat, suis rationibus, quæ tamen magis sunt Politicæ quàm Grammaticæ.* Sedes, *à Sedeo, dere: Sedile autem & Solium originis quantitatem possident.* Ceritus *à Ceres. Lambinus mavult per duplex R R scribi, & ita in vetustioribus membranis inveniri ait, pro Cereritus.*

tum quod & Taubmanno probatur, Atticis Δημητεριανὸς, & Δημήτηρ ἡ αὐτὴ τῇ Ἐριννύϊ.

Callimach. Τὴν μὲν ὅγε σπέρμηνεν Ἐριννύϊ Τιλφωσαίῃ.

Id est, Cereri. Scalig. in Conjectaneis. Jucundus *à Iuvo, ut Grammaticis placet.* Remigo, Remus, *item* Rivus *à ῥέω. Unde &* Renes. *Lactant. de Opif. Dei, cap. 13. ex Varrone, quasi rivi ab his obsceni humoris oriantur, vel quòd madescant perpetuò fluore serosi humoris. Sic* Rivalis *à Rivo communi Amoris, A. Gellius.* Saturnus *à Satu, Varro de L.L. Sed Scalig. in Varronem pag. 30 lingua Syriaca Latentem significare, rectè monet (ut & Hebraicâ) & proinde Tuscum esse vocabulum, quorum lingua Aramæa fuit. Idem tamen pag. 175. à Σάτυρος, Σατυρῖνος Saturnus, ut à Λιγυρὸς, Λιγυρῖνος.* Imbecillus & Imbecillis, *à Baculus, producitur à Lucretio & Horatio, qui sequendi. Corripitur autem ratione originis à Prudentio:*

Vas appetendis imbecillum gaudiis, &

Quem lex corporis imbecilla poscit, *quem sequitur I. C. Scalig.* Jugerum *& antiquum* Jugus, *eris, unde remãserunt Iugere & Iugera, à Iugum. Obiter hîc notandum:* Jumentum *q. Iugamentum veteres nostri, inquit A. Gellius lib. 20. cap. 1. à Iungendo dixerunt, Iungo autem à Iugo, interposito N, ut Cumbo à Cubo: Becman. Recentiores cum Lactantio à Iuvo vel Iutum, Iugis & Iugiter διηνεκὴς & διηνεκές, continuum, & perpetuum à continuo tractu seu jugo boum.* Priamides *à Priamus.* Nitela *à Niteo, es.* Tragula *à Traho, Micyll. & Grammatici,* Lex legis, *à Ligo, are.* Cubus *quod Ausonius in Gripho Ternarii numeri primâ produxit, ut & Fannius, à κύβος prima brevi.* Rex, regis & Regulæ, *à Rego, gere:* Petus, *à petendo, Bartelon, quod tamen alii per Æ scribunt.* Staturus & Statim *à Supino Statum, verùm Statim ἱσταμένως fixè, perseveranter, primam communem habet, Catullus corripuit, apud Festum & Plautum producitur. Vide Taubm. in Amphitr. Act. 1. sc. 1. v. 84. & 120.* Vox vocis, Vociferor, & vocalis *à Voco, vocare.* Pusio *à Puer, Scalig. de C. L. L.* Vomer *à Vomo, is. Scal.*

de C.LL.ex Varrone. Virginti *à vicissim.* Binus *à bis.* Triginta *&* Tr nus, *à Tribus, unde & Strenam vocamus, inquit Festus, quæ datur die religioso boni ominis gratia, à numero, quo significatur, alterum tertiumq; venturum similis commodi, veluti Trenam præpositâ S literâ ut in Loco, Lite & Lata solebant, Sloco, Stlite, & Stlata.* Seculum *Spacium annorum centum vocarunt, ait Varro, dictum à Sene: quòd longissimum spacium senescendorum hominum id putarunt Sed Scal. de L. L. à Sequor esse inquit:* Junior *à Iuvenis, quasi Iuvenior contractè, ut* unix *quasi Iuvenis Vacca.* Nonus *contractè pro Novenus, à Novem.* Vitis *à Vieo, quia lenta. Scalig. in Conject.* Stipendium *à Stipe.* Denus *à Decem.* Chius *adj. à subst. Chios quod primam corripit.* Feralis, *adj. à Feralia, orum, quæ ab Inferis & ferendo dicta sunt Varroni, quòd ferunt tunc Epulas ad Sepulchrum, quibus ius ibi parentare, Ovid 2. Fast.*

Hanc, quia justa ferunt, dixêre Feralia lucem.

Sic & Feronia *Dea nomen à ferendo dicunt.* Feriæ *à Feriendis hostiis in diebus festis, unde &* Ferior feriaris. Heres *ex ICtorum sententia ab herus, frequentius tamen Hæres ab Hæreo.* Sicelis, *Patronym. à Siculus.*

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ *Virg.*

Rapum, *Vulgò à Rapiendo. Scal. in Conj. pag.* 47 *&* 174. *Rapum Græcum est, ῥάπυς, unde & ῥάφανος, quod Suidas παρὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι, tertio enim die à satione prosilit, sed ita quantitas mutaret.* Vena *à Venio, venire.* Suspicio *antepenult. productâ à suspicor, vide tamen quæ de verbalibus ad hanc vocem diximus.* Numus *per simplex M. (veteres enim Consonantes non geminabant, nisi differentiæ causâ) à νόμος, νοῦμος; sicut pro ὄνομα οὔνομα, pro μόνος μοῦνος, sic & νόμισμα. Numisma prima brevi. Suetonius à Numa appellari ait, quod Scalig. in Conject. displicet pag.* 69. Tegula *à Tego, Tegere.* Laterna *à Lateo, es.* Secius *à Secus, ut* Sequior, *id est, deterior, peior, scelestior à Sequor. Vide Taubman. ad Amphitr. 2. 1. vers. 1.* Udor *&* Udus *ab ὕδωρ, quod primam habet indifferentem.* Caseus *à Casa, Scal. de L.L.c. 34.* Prelum *à premo: sed* Prælum *à præluo, ut*

Micyllo

Micyllo & Grammaticis placet. Legare, παρὰ τὸ λέγειν, *quoniam ad legendum, hoc est, dicendum mittebantur, Scalig. de L. L.* Macero *à Macer seu Macies.* Cunæ *à κύειν, prægnantem esse, vel κινεῖν movere. Addi posset &* Adorea, *verùm de hac voce vide infrà in Genitivis Nominum 3. Declinationis. Caterùm causæ possunt aliqua assignari,* quare Derivativa quædam à quantitate primitivorum suorum desciscant: *Nam variant quadam 1. aut Compositione, ut Semisopitus à Sopitus, Ignipotens, &c. 2. aut Additione literæ per Epenthesin ut Relligio pro Religio. 3. aut Detractione literæ, ut Cognitus, Agnitus, Deiero, Peiero, &c. 5. aut Mutatione sensus, ut Basis & Basium. 6. aut Variatione casuum, ut Propago, in Ablativo prima semper est longa ex Probi sententia. 7. aut Mutatione speciei, ut Tribulus & Tribula: vide* Becm. de Orig. L. L. *in voce* Lucubro.

IV. Quædam etiam pro diversâ significatione diversam quantitatem in eadem syllaba sortiuntur; qua de re vulgò hi versus feruntur:

Est Ácer *in sylvis, equus* Acer *Olympia vincit.*
Improba cantat Anus, *in scamno sessitat* Anus.
Devorat Os oris *quicquid lucratur* os ossis.
Dum finit hora canes, *effœto tempore* canes.
Grandævique canis *candescunt tergora* canis.
Vin tibi dicamus, *cui carmina nostra* dicamus.
Levis *adhuc puer est,* levis *autem sermo puellæ.*
Deceptura viros pingit mala *fœmina* malas.
Malo *tamen pulchrum* malo *decerpere* malum.
Populus *in sylvis,* populus *reperitur in urbe.*
Pluribus ille refert, *quæ non cognoscere* refert.
Sylva vetus cecidit, *ferro quam nemo* cecidit.
In sylvis lepores, *in verbis quære* lepores.
Et parere *uxorem decet, &* parere *marito.*
Oblitus *est vino, sed non* oblitus *amoris, &c.*

Huc quoque pertinent, Advenit, Invenit, Convenit, Subvenit,

venit, *quæ secundam corripiunt in Præsente, producunt verò in Perfecto tempore. Item* incido, óccido a cado, incîdo *&* occîdo à cædo. Pérmanet *secunda brevi à* Permaneo, *secunda verò longâ à* permáno. *Item* misere *Adverb. &* misêre *verb.*]

CAPUT III.

DE REGULIS SPECIALIBUS *primarum syllabarum.*

REGULÆ speciales sunt, ex quibus quantitas peculiarium tantum syllabarum cognoscitur, videlicet vel Primarum, vel Mediarum, vel Ultimarum.

Primarum syllabarum regulæ sunt, 1. de Compositione vel intellectâ vel additâ particulâ aliquâ, 2. de Præteritis, 3. & Supinis.

I. *De Compositione intellectâ.*

Compositio particula intellecta est, qua quantitas syllabæ cognoscitur ex Compositi accentu, ut primæ syllabæ in, *A˘mo* & *Sěco*, intelliguntur breves ex *Adămo* & *Resěco*, *Lěgo* ex *Intellĭgo* aut *Neglĭgo*, *Spiro* & *Clāmo* cognoscuntur longæ ex *Aspīro*, *Acclāmo*, *Pŏtens* & *Prŏbus* breves ex *impotens* & *improbus*, *Sanus* & *Clarus* longæ ex *Insânus* & *Præclarus*. *Quidem* prima brevi, ex *Siquidem*, & *Quandoquidem*.

[*Videatur alicui Compositio intellecta conjungi posse cum Derivatione, eò quòd ea quæ composita sunt, derivata quoque judicentur. Sed secus est. Nam licèt Composita Derivativa judicari possint, non tamen contrà Derivativa judicari possunt Composita. Nec alienum est ab hoc loco, aliquid*

quid etiam monere de particulis illis nominum numeralium, Bi, Tri, Tre, Di, Du, *quæ in compositione corripiuntur, 1.* Bi, *ut* biceps, bicornis, bicolor, bicorpor, bicubita, bicubitalis, bidental, biferus, bifidus, biforis, biformis, bifrons, bifurcus, bijugus, bilanx, bilibris, bilinguis, bilix, bilustris, bimaris, bimestris, bimembris, binominis, bipatens, bipedalis, bipennis, bipes, biremis, bisulcus, bivium. (*Excipe Biduum quod in Eunuch. producitur, A.1.sc.2.*) *II.* Tri, *ut:* Triceps, tricornis, tricorpor, tricuspis, tridens, trifaux, trifidus, triformis, trifurcus, trilinguis, trilix, trimestris, trinodis, triplex, triquetrus, triremis, trisulcus, trisyllabus, tritavus, trivium. *Excipitur Triduum.* Si totus tibi *triduo* legatur, *Martial. III.* Tre, *ut:* trecenti, treceni, tredecim. *Excipe* Trevir, *quod primam habet longam apud Lucan.* *IV.* Di, *ut:* didymus, digamma, dijambus, dilemma, disyllabus, ditonus. *Excipe* Dithyrambus, prima longâ (fortè per diastolen) *Horat. At* Di *Latina præpositio longa, ut pòst dicetur. V.* Du, *ut:* ducenti, duplex, duplico, dupondius.]

Observatio.

Compositum polysyllabum redigatur ad tres syllabas, quantitatem syllabæ quæsitæ ostendet: ut, *Dērīdēbimus* cur secundam producit? quia *Derides* eandem habet longam; ergo & primam *Rideo.* Ita *Definio* secundam producere probat *Definis,* & primam *Finio, finis.* Sic *Invideo* si ad tres syllabas (*Invides*) redigam; deprehendo *Video* primam corripere, &c.] Vide etiam infrà. *De Diminutione.*]

II. De Compositione cum Præpositione expressa.

Præpositio in compositione tanta est, quanta est

ta est extra compositionem, nisi interveniat vel Pŏsitio, ut *Addico, Adduco, Injicio. Advolo, Respondeo, Percurro, &c.* vel vocalis ante vocalem, ut: *Dĕamo, Dĕhisco, Prŏhibeo. Prŏinde, Sĕorsum, &c.*

Estq; vel brevis, vel longa, vel communis.

Semper sunto breves. *Ab, Ad, In, Re, Per, Ob, Super, & Sub.*

Ut in *Abeo, Adigo, Inhabito, Repeto, Pereo, Obeo, Super-addo.* Ob amittit B in *Omitto*, ut A D perdit suum D in *Aperio*; sed quantitatem unumquodq; suam retinet. Excipe *Rejicio* & *Refert*, in quibus *re* producitur, quia hoc derivatur à *res* & *fero*, illud per Positionem longum fit.

[*Quòd alii addunt produci etiam* R E *in verbis*, Retuli, Repperi, Relligio, *& similibus, id ex accidenti est, & fit per Epenthesin, quia illi litera adjicitur. Et ista consonantium geminatio à recentioribus est, veteres enim non geminabant, quia ipsis Præpositio* R E *producebatur, ut* Retulit, Reficit, *Scal in l. 2. Eleg. 24. Propert. & l 2. cap. 21. Auson. & Barthius in vers. 256. Ciris, ambigui moduli fuisse pronunciat.*]

Produc. A, E, D E, Di, Se, Præ, Próq; Latina.

A, ut in verbis *āmāndo, āverto,* Amarus tamen à mari, corripitur, vide suprà de Derivatis. A, *ut ēligo, ēmitto.* De, ut, *dēpono, dēficio,* Di, ut, *dīluo, dīduco,* vulgo excipiuntur *Dirimo* & *Disertus*, quorum hoc à Differo est, illud sui juris putatur. Se, ut *Sēduco,* Præ, ut *præpono,* Pro, ut *prōpono.* Co, sequente consona, ut *cōgo.* His adjicitur, *Tra* Pro *Trans*, ut *trāduco.*

[Omnium incertissima est P R O, licet in plurimis sit longa, non pauca tamen reperiuntur, in quibus tantùm BREVIS est: qualia sunt: *Profugus, Procella, Profano,*

Profa-

Profanus, Proficiscor, Profect ,Profundus, Protervus, Pronepos, Proneptis, Profestus, Profari, Procello,is,& *Procio,id est*, peto, unde *Procus* & *Procax*. Quamvis verò nihil nisi ex auctoritate poëtarum & virorum fide dignorum positum à nobis sit, omne tamen dubium exemplis tollere manifestis & sententiam nostram confirmare voluimus. Exempla igitur Brevium sunt ista:

Ovid. *Et Scyticum* profugâ *scindere puppe fretum.*
Stat.—*Subita saliunt in vela* procellæ.
Ovid. *Scilicet omne sacrum mors importuna* profanat.
Idem *Mistaq; erat flamma flamma* profana *pia.*
Horat. *Vt* proficiscentem *docui te sapè diuq;.*
Idem. *Partes in bellum missi ducis, ille* profectò.
Virgil. *Contremuit nemus & sylvæ intonuere* profundæ.
Ovid. *Damnaret nati facta* proterva *pater.*
Idem. *Est Neptunus avus*, pronepos *ego regis aquarum.*
Pers. *Iam reliqua ex amitis,patruelis nulla*, proneptis.
Horat: *Campanâ solitus trullâ, vappamq;* profestis.
Virg. *Tum breviter Dido, vultum demissa,* profatur.
Lucret. *Turbinis immanem vim provomit atq;* procellit.

In sequentibus autem PRO *est indifferens:* Procreo, Procuro, Propino, Propago, as, Propello, Propulso, Procumbo, Professus, Profusus, Profugio, Profundus.

Lucret. *Continet amplexu terram, quod* procreat *ex se.*
Tertull. *Et sibi cumgenere* procreavit *funera toto.*
Sil.——*Stabulis* procurans *otia pastor.*
Tibull. *Ipse* Procuravi, *ne possent sæva nocere.*
Mart. *Hac* propinavit *Bitia pulcherrima Dido.*
Idem. *Nemo* propinabit *Calliodore tibi.*
Lucret. *Vt* propagando *possit producere secla.*
Idem. *Nec potuisse* propagando *producere prolem.*
Prop. Nunc agite ô socii propellite *in æquora navem.*

Lucr.



Lucr. *Est proculà tergo qua provehat atq;* propellat,
Lucan. —*cernit* propulsa *cruore, Flumina.*
Lucret *Verba* propulsantes *iterabant dicta referri.*
Virgil *Sternitur, exanimisq; tremens* procumbit *humi bos.*
Lucr. *Brachia palpebraq; cadunt, poplitesq;* procumbunt.
Juven. Professi *rapiunt alieno nomine prædam.*
Horat *Scrutantis speciem præbere* professus *amicum.*
Idem *At Græcus postquam est . talo* profusus *aceto.*
Ovid. —— *Fletus super ora* profusus.
Juven. profugite *è tectis quæ vos sectabitur urbis.*
Valer. *Contingat mihi deinde mori sic fata* profugit.
Damas Profundum *penetrare maris noctemq; diemq;.*
Virg. *Contremuit nemus & sylva intonuere* profundæ.

Hujus generis vulgus etiam esse putat primam in Propola, *cujus opinionem eleganter & nervosè refutat* Scal. in Culic. Virgil. *his verbis: Multi putant* Elogium *Græcum esse. Ego verò contrà putem: quemadmodum plerisq; nominibus Græcis Latini præpositiones suas anteponebant; ita etiam Elogium ex Græca voce & Latina præpositione conflatum: ut in* Prologo & Prologio, & Antilogio *videmus factum: quæ qui merè Græca dixerit, ut magnas nugas egerit.* Sic etiam PROPOLA ex Græco πωλεῖν. Sed præpositio Latina est ut Prologus: producitur enim. (Andriâ Terent.) quod non esset, si Græca. *Si enim esset* προπώλης, hoc est, προξενητὴς & Pararius Senecæ, ut nonnulli annotant ex Polluce: *neq; primam produceret, neq; eam significationem haberet, quam nunc. Dictus enim quòd primus vendat merces: quas in portu primus anticipat:* & ut Pers. ait, primus tollit piper à sitiente camelo, Ut prior vendat: *quod manifesto innuit* Lucil.

Sicuti cùm ficus primus propola *recentes.*
Attulit, & pretio ingenti dat primitùs paucos.

Nam quò minus credam doctissimo viro, qui censet *propola* dicendum, facit, quòd ea non est scriptura etymologiæ, sed pravæ librariorum consuetudinis. Si enim,

enim, quòd unus aut alter *propala* scripserit, verum esset, eam rectam esse scripturam: quidni & ego quoque contenderem *Propula* dicendum esse, qui in optimo Glossario scriptum invenerim. *Propula*, πωλεῦς? Deinde, quare multis partibus plures libri habent *propola* quam *propala*? Quid causæ est, cur, quæ usitatior scriptura, ea ut verior non sit? Quare ego puto *Propolam* esse Græcum cum Latina Præpositione: quæ tamen idem valet, quod Græca πρὸ. *Nam eadem est in* πρόλογος, *quæ in Prologus. Sic Græci Latina vocabula cum Græca præpositione Latio abstulerunt, & sua fecerunt, ut* ἐπιτόγιον. *Sic Arabes addito articulo suo* al *pleraq; Græca ad morem suum interpolarunt: ut liber Ptolomæi est Almageste. Est enim* ἡ μεγίστη πραγματεία. *Sic Alchymia*, Χυμεία, *& Alchymista*, Χυμιστής. *Sic Almanac, Kalendarium* μανακὸς *à Luna & mensibus, unde circulus lunaris apud Vitruv.* μανακός. *Sic Alembic. à Græco* ἄμβιξ, *apud Dioscoridem. Itaq; ut dixi, eo modo* propola. *Ita & de* elogio, *&c. Hactenus Scaliger: Probatur & Taubman. in Aulular. Plauti, Act. 3. scen. 5. v. 38. Quòd verò à nonnullis dicitur, nomen* Propago *cum significatione mutare etiam quantitatem, & pro* Vite *produci, ut*

Georg. 2. —— Flexos propaginis arcus;

Pro Posteritate *autem sive* Progenie *corripi, ut:*

Æneid. 1. Sit Romana potens Italâ virtute propago:

id vix est è republica veritatis. Nam in utroq; exemplo Virgilii una est significatio, prior quidem propria, posterior verò Metaphorica. Habeat igitur Propago; *sive Nomen sit, sive Verbum, primam communem & indifferentem. Contrà Probus statuit Nominativum* Propago *esse brevem, at Ablativum longum, ut:* Melius propagine vites Respondent, *Vide & Erythr. in Indic. Virgil. Verùm & Ablativus* propago *à Victore & Aus. corripitur.*

Porrò prima in Proficio, Proluo, Profluus, Prosequor, *&c. à probatæ fidei & antiqui seculi Poëtis semper producitur; Symphonius autem, Tertullianus, Drepanius, Helpidius, & alii recentioris ætatis Poëtæ Sacri, corripuerunt: ut:*

Symph. Exedi Musas, nec adhuc tamen inde profeci.
Tertull. Et concreta diu proluatur pectore culpa.
Drep. Solvo patet profluas hilari de pectore grates.
Help. Lumine monstratumq; polis prosecuta nitorem.

Verùm ab antiquis auctoritas petita longè tutior & probabilior est.]

In Græcis autem Pro tantummodò brevis est, ut *Prŏpheta, Prŏmetheus, Prŏlogus, Prŏcyon, Prŏcustes, Prŏchyta, Prŏculejus, Prŏpŏlis,* &c.

[Ita pro mero Græco, non misto, *Prŏpolam* habuit Euricius Cordus Poëta Hassus, dum lib 3. Epigram. corripuit:

Si te, diva parens, factam juvat esse Propolam.

Nec ideò erroris damnandus, quamvis à Lucilio, Prudentio & aliis, producatur.]

III. *De Præteritis dissyllabis.*

Præterita dissyllaba habent priores longas, ut:

Līqui, fūgi, cūdi, ēmi, cum compositis, *&c.*

Excipiuntur sex:

Dĕdi, Tŭli, Stĕti, Bĭbi, Fĭdi, Scĭdi.

Cum compositis, ut

Addĭdi, Attŭli, Restĭti, Ebĭbi, Diffĭdi, Conscĭdi.

[*Excipiunt etiam ab hac regula:* Rui, plui, lui, *&c. Sed ea non sunt hujus loci, & pertinent ad Regulam* De Vocali ante vocalem. *Sic* Juvi *primam habet brevem apud Catullum.*

Non ita me divi, vera gemunt, juverint.

Vbi Grammatici, per Syncopen, V *ejiciunt, Scaliger autem putat, brevem esse* ἀρχαϊκῶς. *In quibusdam enim verbis literam præsentis retinebant, & dicebant* Vellerunt *pro Vulserant,* Scinderunt *à Scindo,* Atterui *ab Attero,* Discedi *à Discedo,*

Discedo, Relinqui *à Relinquo. Et Terentius in Heauton.* Impellerim *pro impulerim: Sic præteritum* Juvi *nihil mutat à præsente* Juvo, *quare nõ sequimur eos, qui legunt* Juerint· *Hæc Scalig. Quòd verò apud Martial. legitur.* Abscidit vultus ensis uterq; sacros, *est ab* abs *&* cædo. *Catullus enim dixit:* Abscidit ô misero frater adempte mihi; *ab* ab *&* scindo]

Observatio.

Præteritum geminans initialem Syllabam, primam semper habet brevem, itemque secundam, ut *Cĕcĭdi* à Cado, *Pŭpŭgi, Tŭtŭdi,* (unde Tŭdes, id est, malleus) *Pĕpŭli, Pĕpĭgi*, *Tĕtĭgi* à Tago, (unde Tăgax Laverna.)

Excipe, Cecīdi à cædo, & quæ Positionem patiuntur, ut Pependi, Totondi, Fefelli, Cucurri.

[*Lucan.* ---donec verterunt castra cĕcīdit. *Compositum* Tutūdi *secundâ longâ* Ennius *usurpavit. Alia autem Præterita sequuntur quantitatem sui præsentis quæ si longa sit, etiam præteritum erit longum, ut,* Clamo. Clamavi, *si brevis, & ipsum breve fuerit, ut :* Amo, amavi.]

IV. De Supinis dissyllabis.

Supina dissyllaba habent priores longas, ut: *Lūsum, cūsum, fūsum, crētum, vīsum, lūtum,* cum compositis, *elūtum, pollūtum, dilūtum*, &c.

Excipe Decem:

Dătŭm, Sătŭm, Stătŭm, Rătŭm, Sĭtŭm, Lĭtŭm, Cĭtŭm, Quĭtŭm, Ĭtŭm, Rŭtŭm, *cum compositis.*

[*His annumerant alii etiam* fŭtum *ab antiquo* fuo *cum derivatis, quæ primam habent brevem, ut*, *Fŭtūrus.*]

Sic Stătus *quartæ Declinationis*, *&* Stătio *à Supino* stătum, *primam habent brevem*; *ut & illud* stătum *quod est à* sisto, *de quo adjectivum*, stătus, stăta, statum:

His adscripsit aquis, quarum stata *tempora flatus.* Lucan. *Sic &* Ovid.

Statim *Adverb. primam habet communem, pro ratione significationis.*

De compositis à Statum hoc notandum, quòd primam A *semper producant; si verò* A *mutetur in* I, (*ut* Stĭtum) *corripiant. Unde* stāturus, constāturus, præstātum, constātum, *producuntur, quasi Supinum* Statum *veteribus fuerit ancipitis quantitatis.*

Lucan. *Hinc acies stātura ducum.*

Prosp. *Non præstāta sibi præstat natura sed unum.*

Martial. *Constātura fuit Megalensis purpura centum, &c.*

Sed Præstĭtum *&* Constĭtum *corripiuntur.*

Composita ab *Itum* omnia corripiuntur, Excipe *Ambītus*, quod penultimam habet longam.

Iussit & ambita circumdare littora terræ. Ovid.

Alia autem ratio est Nominis Verbalis *Ambĭtus*, quod verbi quantitatem retinet.

A *Quitum* legitur *Quĭta est*, apud Terent.

De Supinis plurium syllabarum (quamvis ea aliunde cognosci possint, tamen) duo annotamus.

I. Supina plurium syllabarum, desinentia in *utum*, penultimam producunt, ut *solūtum, volūtum.*

II Supina plurium syllabarum in itum, quorum præterita desinunt in Ui dissyllabum, vel etiam in D geminatum, penultimam corripiunt, ut; *Posui, pósĭtum, Genui, gĕnĭtum, Credĭdi, crédĭtum, Vendĭdi, vendĭtum, &c.*]

CAPUT

CAPUT IV.

DE MEDIARUM SYLLABARUM *quantitate cognoscenda.*

MEDIÆ syllabæ cognoscuntur,

1. Vel ex *Declinationibus.*
2. vel *Speciebus Nominum.*
3. vel *Conjugationibus* & *Formis Verborum.*
4. vel *Compositione.*
5. vel *Diminutione.*
6. vel *Pronunciatione.*
7. vel *Analogia.*

PRIMUS MODUS.

EX DECLINATIONIBUS.

[N. Regulas de Declinationibus omnes intelligi de Penultimis syllabis obliquorum casuum. Atq; hæ jam è Grammaticis nota esse debent, ubi eâdem operâ quantitas casuum in singulis Declinationibus traditur]

PRIMA DECLINATIO.

Genitivi pluralis, penultima producitur, ut *Musārum, Mensārum, Aquārum, sic* Dativi & Ablativi in *ābus*, ut *Deābus, Equābus, Libertābus, Filiābus.*

[Genitivus singularis in Ai*, antiquioribus usurpatus; & diphthongi Æ diaresin patitur, & ratione quantitatis Græcismum sapit, ut, Virg.* Dives equûm, dives pictai vestis & auri. *Sic etiam Animai, Sylvai, Aquai, Aulai,*

 Aurai,

Aurai, *& talia plura apud Lucretium*, *penultimâ productâ*, Vide Agell. l. 13. c. 14.]

SECUNDA DECLINATIO.

I, E & U ante R, perpetuo corripiuntur, ut *Vir, Vĭri, Miser, Misĕri, Satur, Satŭri.*

Unicum illud *Ibêri*, cum composito *Celtiberi* excipitur: ab *Iber*, Nominativo Apocopen passo pro *Ibêrus*: è Græco Ἴβηρος, Ἴβηρε.]

Genitivus pluralis penultimam in *ōrum* producit, ut: *Dominōrum*: Sic & Dativi & Ablativi *Duōbus, Ambōbus*; Quibus addi possunt duo illa Pronomina, *Nōbis & Vōbis*.

Vocativi Propriorum desinentium in *ius*, quantitatem penultimæ, quæ in Nominativo est, non mutant; ut *Mercŭri, Virgĭli, Ovĭdi*, in carmine:

ut Mercuri facunde nepos Atlantis. *Horat.*
Nulli flebilior quam tibi Virgili. *Idem.*
O nullis Ovidi tacende linguis. *Martial.*

Quantumvis in prosa pronuncietur *Mercúri, Virgíli, Ovídi*, cum accentu acuto in penultima.

[*ita quoq; scribit Scal. de C. L. L. in fine cap. 63. item Lipsius de recta pron. L. L. cap 21. & Corn. Valerius de versib. faciendis. Et Membrana nostra: Si penultima fuerit brevis, antepenultima acuetur, ut Tullius. Excipiuntur* utráque pleráq; *quæ servant accentum suorum Masculinorum & Neutrorum. Excipiuntur* & Facio *&* Fio, *quando componuntur, ut* Calefacio calefácis, Tepefacio tepefácis, *& excipiuntur Vocativi, qui de tetrasyllabis trisyllabisve fiunt, ut* Mercúri, Virgíli, *ita nostra.*]

TERTIA DECLINATIO.

In Tertia Declinatione varietas maxima est, ideóq;

ideóq; singulas vocales per singularum terminationum consonantes ducemus:

GENITIVI NOMINVM TERTIAE *Declinationis*.

In A corripiuntur, ut *Poëma poëmătis*.

In O corripiuntur, quæ O in I mutant, ut *Virgo, virgĭnis, Cardo Cardĭnis*.

Producuntur, quæ O retinent, ut *regio, regiōnis*. *Præco, ōnis*. Excipe Gentilia correpta: *Macedŏnis, Vangĭonis, Teutŏnis, Senŏnis, (præter Burgundiōnis, Vectōnis.)*

[*Et* Senonum *furias Latia sensêre cohortes*. Stat.
Teutonico *ritu soliti*. Virgil.
Vangiones *Batavią; truces*. Lucan.
Non longinqua docent, domito quod Saxone Tethys. Claud.
Vectonesq; *leves profugiq; à gente vetusta*. Lucan.]

Unum est quod O mutat in E longum, *Anio, Aniēnis*, fluvii Tiburtini nomen.

In C producitur, *Halec, halēcis*.

[*Halēcem sed quam protinus ipsa voret*. Mart.]

In A L Latina producuntur, ut *animal, animālis, Cervĭcal, Tribûnal, ālis*.

Excipe: I. *Sal, Sălis*, correptum.

II. Propria penultimam corripiunt, ut: *Annibal, Annibălis. Hasdrubal, Hasdrubălis*.

[*Non est in toto corpore mica salis*. Catull.
Annibalemq; lares Romana sede fugantes. Propert. Vide tamen Agell. 4. 7.]

In E L peregrina solent produci, ut: *Daniel, Daniēlis, Michaël, Michaēlis*.

 In



In IL corripiuntur, ut: *mugil, mugĭlis, Pugil, Pugĭlis, Vigil, Vigĭlis, Tánaquil, Tanaquĭlis.*

In OL producitur, *Sol, Sōlis.*

[*Nitidissima solis imago.* Ovid.]

In UL corripiuntur, *exul, exŭlis.*

In AN producit, *Pæan, Pæānis, Titan, Titānis.*

[*Latumq; choro Pæana canentes.* Virg.

In EN Latina corripiuntur, ut: *Numen, numĭnis, Flumen, Flumĭnis. Córnicen, Tibĭcen, Fídicen, Pecten.*

Excipe I. *ren, rēnis; lien, liēnis; splen, splēnis.*

Træzen, Lichen: Saben & Damen, (*propria Nomina,*) *ēnis* penult. longâ.

[*—Morbo renes tentantur acuto.* Horat.
—Sed sum petulanti splene cachinno Perf.
De Liene exemplum est apud Plaut. Curcul.
Nam quasi Zonâ liéne cinctus ambulo. Jamb. Sèn.

II. Græca ex scriptura sua cognoscuntur: quæ per η scribuntur, longa sunt; quæ per ε brevia, ut: *Sirēnis* σειρῆνος, *Hymĕnis*, ὑμένος.

Sirênum voces & Circes pocula nosti. Horat.

IN & YN producuntur: *Delphin, Delphīnis: Phorcyn, Phorcȳnis: Telchin, Telchīnis: Trachin, Trachīnis.*

Orpheus in silvis, inter delphinas Orion.]

In ON quia Græca sunt, ex sua scriptura cognoscuntur: Quæ enim per ω scribuntur, producuntur, quæ per ο corripiuntur.

Sic corripiuntur: *Actaŏnis, Agamemnŏnis, Alcyŏnis. Amazŏnis, Amphyŏnis, Ariŏnis, Canŏnis, Dæmŏnis.* Et à χθὼν composita, ut. *Erisichthŏnis, Gnomŏnis. Gorgŏnis, Iasŏnis. Icŏnis, Ixiŏnis, Lycaŏnis, Machaŏnis, Mnemŏnis, Pandiŏnis, Palæmŏnis, Pepŏnis,* & in Don,

quorum

quorum penultima est, longa, ut: *Sidōnis, Sarpedōnis, Strymōnis, Telegōnis.*

Producuntur: *Ægōnis, Agōnis, Amydōnis, Arbōnis, Atirōnis, Calydōnis, Capniōnis, Cicerōnis, Catulōnis, Citharōnis, Colophōnis, Corydōnis, Crotōnis, Cydōnis, Damōnis, Daphnōnis, Deucaliōnis, Diōnis, Elaōnis, Endymiōnis, Gideōnis, Heliconis, Hephæstiōnis, Hierōnis, Lacōnis, Moriōnis, Nasamōnis, Peliōnis, Phlegōnis, Plutōnis, Pythōnis, Platōnis, Salomōnis, Sidōnis, Sinōnis, Solōnis, Theōnis, Tritōnis, Vraniōnis, Vectōnis, Zenōnis.*

Indifferens est: *Orion, Oriō̆nis.*

[Homerus, Hesiodus, Aratus ὠρίων semper producunt, & *Virgil.* 3. *Æneid* itemque *Lucan. lib.* 1. *Ovidius* autem & *Claudianus* corripiunt.

—— Strictumq; Orionis ensem. Ovid.

Debilis Orionis dextram minitatur inermem. Claud.

De prima & media in Orion vide infrà Autoritates.]

Britonis *à Iuvenali corripitur, à Martiali producitur. Ita Samsonis à quibusdam producitur à quibusdam corripitur.*

In YN producitur, ut: *Phorcyn* (*seu Phorcys,*) *Phorcȳnis.*

In AR masculina corripiuntur, ut; *Cæsăris, păris, compăris, impăris, dispăris, Lăris, Atăris, Hamilcăris, & Căris* à *Car* gentile nomen apud Virgil.

Excipe *Nāris* productum ab *Ennio*, à *Nar,* quod nomen fluvii.

Propria frequentiùs corripiuntur, ut *Balthasăris* ab Alcimo corripitur, *& Amilcăris.*

[*Sed* Caspāris *producitur tutiùs.*]

At neutra producuntur, ut *calcar, calcāris, sic laqueāris, lacunāris, torculāris, lupanāris, lucāris.*

Excipe *nectăris, jubăris*, correpta. Et Græca: *Hepar, hepătis.* Ἧπαρ, Ἥπατος.

[*Et spumantis equi foderet calcaribus armos.* Virgil.
It portis jŭbare exerto delecta juventus. Id.
Quanta parte sui nectăris imbuit. Choriambicus apud Horat.]

In ER Latina corripiuntur, ut *carcĕris, aggĕris, ubĕris.* Excipe *Vēris* product.

Græca declinata per η producuntur, ut *cratēris, charactēris, panthēris, clystēris, statēris, Sotēris, Haltēris.* Per ε corripiuntur, ut *aer, aĕris, æther, æthĕris.*

[*Vere novo gelidus canis cùm montib. humor.* Virg.]

Mulier, muliĕris ex *Terent. Plaut. Martiale, &c. penultimam corripit, quamvis propter metrum perperam producatur à* Fortunato, Mantuano *& aliis.*

[Amethystinasque mulierum vocat vestes. *Mart.* 1. 97. (*in Truo.*
Tres unam petunt adolescentes mulierem: *Plaut.*
Totus dactylicus præter ultimum Iambum, inquit Ioach. Camer. de Carm. Comicis.]

In IR & YR corripiuntur pleraq;: *Marty̆ris, Gadĭris, Abadĭris*, lapis quem Saturnus pro Jove deglutiit.

[*Homerus* μάρτυρας *corripit.* Odyss. π. & Prudent.]

In OR producuntur: 1. Masculina. 2. Comparativi. 3. Composita à color, ut: *discolōris, amōris, meliōris, sapōris.* 4. *Soror, sorōris.*

Corripiuntur 1. Neutra, ut: *æquŏris.* 2. Composita

posita à Corpus, & Decus, ut: *bicorpŏris, indecŏris.* 3. Græca, ut: *Rhetŏris, Bianŏris, Antenŏris, Actŏris, Hectŏris, Nestŏris.* 4. *Arbŏris* & *Memŏris.*

[NOTA. Ador, adōris & Adŏris *penultimâ communi, sed hodiè non est in usu. Priscianus citat veterem Poëtam Gannium.*

Illam sponte satos Adoris stravisse maniplos. *Et*
Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Sed veteres dicebant Adus, Adŏris, *ut corpus corporis; unde Genitivi hujus correptio diminavit, licet Nominativus exoleverit jam olim:* Ador *verò* Adōris *superat, unde* Adōrea *secundâ longâ apud Horatium:* Qui primus almâ risit adorea, *in Alcaico.* Et Virgil.

Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas.]

In UR corripiuntur omnia, *Furfŭris*, *Sulphŭris*, *Murmŭris*, *Tibŭris*, *Ligŭris*, præter *fur, fūris.*

[*Et Dominum fallunt & prosunt furibus ergo.* Hor.]

IN AS producunt Genitivum, ut *ætātis, Mæcenātis, Pietātis, Sanctitātis. Sic vas, vāsis.*

Excipe *anas*, *anătis.*

[*Latipedémq; ănatem cernas excedere ponto.* Avien]

Corripiunt verò 1. formata per ADIS, ut: *Pallas*, *Palladis*, *Vas*, *vădis*, *Ilias*, *Iliădis*, 2. *Mas*, *măris.*

[*Ille datis vadibus qui rure extractus in urbem est.* Hor.
Solve mares, mitte in Venerem pecuaria.—Virgil.
Abbatis vocabulum novum non legitur apud probatos autores, ideóque ex analogia judicandum. Vide Micyll]

In ES producunt: 1. *Herēdis*, *mercēdis*, *quiētis, inquiētis, locuplētis, tapētis, lebētis, magnētis, celētis.*

2. Et



2. Et propria, ut: *Lachētis, Chremētis, Darētis, Rhamnētis.*

Reliqua omnia corripiunt, ut: *Segĕtis, tegĕtis, terĕtis, obsĭdis, præsĭdis, hebĕtis, milĭtis, tramĭtis, pĕdis, ita præpes, perpes.*

In IS Genitivi crescentes habent penultimam brevem, *lapĭdis, cucumĕris, sanguĭnis. Cuspis, Pyxis, Paropsis. Epidipnis, Phyllis, Daphnis, Paris, Thetis.*

Præter: lītis, glīris, dītis, Samnītis, Quirītis, Salamītis sic à vis, vīres.

In OS producuntur, ut: *Mos, mōris, Os, ōris, Nepōtis, Cōtis, Ægocerōtis, Rhinocerōtis, Flos, flōris, Glos, glōris, Ros, rōris, Dos, dōtis, Sacerdōtis, Custōdis, &c.*

Excipe, *compŏtis, impŏtis, arbŏris, bŏvis, Iŏvis.* Græca etiam producuntur, quamvis sequatur vocalis, ut *minōis, herōis,* quia est ω; quòd si ο μικρὸν habent, corripienda sunt.

Subigunt in Cōte *secures,* Virgil. *Corripiuntur autem Impŏtis & Compŏtis: quia est à pŏtis. Bŏvis à Græco βοὸς. Cur serus versare boves & plaustra Bootes.* Prop. *Carminis heroi tangere jussit opus.* Propert.]

In US producunt, 1. Comparativi. 2. quæ U in obliquis retinent, ut: *doctius, doctiōris, majus, majōris, mus, mūris, Crus, crūris, jūris, thūris, salus, salūtis, tellūris, palūdis.*

Præter *pecŭdis, Ligŭris, intercŭtis,* correpta.

[*O pecudes, ô Panes & ô gratissima tempe.* Virgil. *Assuetumq; malo Ligurem* Id. *Nunc nova materies solidata intercute flatu.* Prudent. *Suis & Gruis corripiuntur ob vocalem.*]

Reliqua omnia corripiuntur, quæ U in obliquis

quis mutant, ut: *corpŏris, acĕris, pignŏris.*

In YS corripiuntur, *Chlămys, chlamȳdis, pelamys, pelamȳdis.*

S. impurum corripiunt, ut: *Arabs, Arăbis. Trabs, trăbis, Cecrŏpis, Chalȳbis, Æthiŏpis, Hyĕmis, Daps, Dăpis, Lelăpis, Calibis, Municĭpis, Adĭpis, Forcĭpis, Bicipitis, Ancipitis, Scrŏbis, Scŏbis, Ops, ŏpis, Inŏpis, Merăpis, Dolŏpis, Cinyphis, Aucŭpis.*

Excipe *plēbis, sēpis, cyclōpis, hydrōpis, conōpis, grȳphis*, producta.

[*Antiphatæ mores immansuetiq; cyclopis.* Ovid.
Si nolis sanus curres hydropicus & ni. Horat.
Fædaq; Tarpeio Conōpea tendere saxo. Propert.
Iungantur jam gryphes equis. Virgil.
Fortunam & mores antiquæ plebis & idem. Hor.]

In T corripit, *caput, capĭtis*, cum compositis.

In AX Latina producunt, ut *pax, pācis, limax, limācis, audācis, fornācis, loquācis.*

[*Limacem pariter nunc sibi tracta petat.* Eucher.]

Excipe *Fax, făcis* correptum.

[*Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat.* Virg.]

Peregrina corripiuntur, ut *Climăcis* apud Homer. Odyss. α. κ. & Φ. *Colăcis, Corăcis, Dropăcis, Smilăcis, Styrăcis, Harpăgis.*

Sed producuntur: *Phaācis, Thorācis, Ajācis, Thrācis*, & anceps est *Siphā̆cis.*

[*Phaācis.* Odyss. ζ. ν. *Ajācis.* Virg. *Thrācis* apud Horat. & *Samothrācis.* Virgil. *Imam inter galeam summi thorācis & oras.* Virgil. *Syphăcis* Claudianus corripuit, Prop. *produxit.*]

In EX corripiunt *icis, ut pumĭcis.*

Corri-

Corripiuntur *& něcis*, *grěgis*, *prěcis*, (ab inusit. prex.)

[*Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.* Virgil.
De grege non ausim quicquam deponere tecum. Id.]

Senex olim *Seněcis*, faciebat, sed hodie *Sěnis*, penultima brevi. *Lelex, lelěgis*, gentile nomen apud Virgil. *Sic & Suppellectĭlis*, anomalon.

Producuntur, *vervēcis, vibīcis, exlēgis*, *Halēcis* ab *halex*.

[*Sutor & elixi vervēcis labra comedit.* Juvenal.
Si puteal multa cautus vibice flagellas. Pers.]

In IX producunt, *icis*, ut *radīcis, cervīcis, lodīcis, felīcis, nutrīcis, pistrīcis, struīcis, perdīcis*, Sic & *mastigis*.

[Cic. in Arat. *Inter pistrices fusa sparsaq; videntur.* Mastigis *frequentiùs apud Græcos producitur. Est tamen, quando corripitur, ut Iliad.* ψ. *vers.* 500. Struices, *Plaut. in Menæchm.* Tantas struices concinnat patinarias.]

Excipe correpta Fœminina: *pĭcis, nĭvis, filĭcis, larĭcis, salĭcis, histrĭcis, appendĭcis, coxendĭcis.*

[*Arta massam picis urbe reportat* Virgil.
Et strigis inventa per busta jacentia pluma. Propert.
Consuluitq; striges nostro de sanguine & in me. Idem.
Perq; nives alium, perq; horrida castra secuta est. Virg.
Et Filicem curvis invisam pascit aratris. Idem.
Et Larices fumoq; gravem serpentibus urunt. Luc.
Et fugit ad Salices, & se cupit antè videri. Virgil.
Venit ab hirsuta spinosior histrice barba, Calphurn.
Clausa aries inter geminas coxendicis umbras. Ser.]

Masculina, & Communia, ut: *fornĭcis, calĭcis, natrĭcis, cilĭcis, varĭcis, elĭcis.*

[*Lenonum pueri quocunq; in fornice nati.* Juvenal.
Thermarum calices inscriptaq; lintea vadit. Idem.

Si

Sinatibus natricem impressit magnum & capitatum, Lucil.
Sit pugnas Cilicis ——— Juvenal.
Várice succiso —— Horat.
Ab Elix non extat exemplum, analogia tamen dictae corripiendum esse, cùm sit ab Eliciendo. Micyll.
Phœnicum & magno mi,era dilectus amore. Virgil. *Sic &* Avienus. *Quanquam ab* Homer. φοίνιξ *Iliad.* ι. ψ. *&c. & Phœniceus ab* Ovidio *corripiatur.*
Spadices glaucíq; color deterrimus albis. Virgil.]

In OX producuntur, ut: *Celōcis, ferōcis, vōcis, velōcis.*

Excipe tria: *Præcŏcis, Cappadŏcis, Allobrŏgis.*

[*Nauta remivagam movent celōcem.* Nonius.
Insita præcocibus subrepere persica prunis. Calph.
Cappadocum montana cohors. Lucan.
Rufum quem toties Ciceronem Allobroga dixit. Juven.]

In UX producuntur tria: *Lūcis, frūgis, Pollūcis.*

Reliqua corripiuntur, ut: *nŭcis, crŭcis, trŭcis, & conjŭgis.*


In YX producuntur tria: *Sandȳcis, combȳcis, Erȳcis.*

Reliqua corripiuntur, ut: *Erycis: Narycis. Onychis, Sardonychis, Phrygis, Lapygis, Orygis, Lazygis.* Unum est anceps, *Bebry cis.*

Dativi & Ablativi plurales in Ibus corripiuntur, ut: *nucĭbus, finĭbus, militĭbus, equitĭbus, divitĭbus, pauperĭbus, locupletĭbus.*

Bŏbus corripitur, & syncopen habet pro *Bovibus.* At *Būbus* habet Crasin & producitur.

Auson.



Auson. *Æs veluti spirans cum Bobus exagitat.*
Ovid. *Non profecturis littora Bubus aras.*

QUARTA DECLINATIO.

Genitivum veteres in UIS faciebant, ut Fructus, *fructuis*, Anus, *anuis*, &c. Sed hodie geminæ eæ syllabæ in unam US per Crasin coaluerunt, quæ propterea producitur, ut *Fructûs, Anûs.*

Dativi & Ablativi plurales in Ibus vel Ubus corripiuntur, ut *fructĭbus, verŭbus, quæstŭbus.*

QUINTA DECLINATIO.

Genitivi & Dativi singulares *diēi, speciēi* producuntur, de quibus suprà pag. 15.

Genitivi, Dativi & Ablativi plurales E producunt, *diērum, diēbus.*

SECUNDUS MODUS.

EX SPECIEBUS NOMINUM, UT Possessivorum, Gentilium, Diminutivorum, Denominativorum & Verbalium.

PATRONYMICORUM.

Patronymica metri & ornatûs gratia tantùm excogitata videntur. Poëtæ enim frequentiùs iis utuntur, cùm apud Oratores & Historicos rarissimè legantur.

Patronymica in DES, corripiunt penultimam, ut:

Ænĕades, Priamĭdes, Hippotădes, Atlantădes, Scipiădes, Æolĭdes.

Excipe formata à nominibus in EUS, & CLES

CLES, ut *Pelides, Oenides, Neoclides*, quæ penultimam producunt, quia ex contractione facta est, à nominibus in ευς & ης.

Sic *Ænides*, irregulare producitur à *Virgilio*.

[*Sit satis Ænide* ———

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto. Virgil.

Pelides utinam vitasset Apollinis arcus. Ovid.]

Pelion, *Atrion*, *Vranion* ab ουρανὸς, ita Homerus Cœlites suos appellat, & cætera hujus terminationis, à Græcis Poëtis petantur. *Cronion*, id est, Jupiter à κρόνου Saturno, apud Homerum variat, nam ιλ. ξ. producitur, sed ιλ. φ. corripitur.

Fœminina in Eis, Ais, Ine, Ione, penultimam producunt, ut: *Theseïs, Æneïs, Ptolemaïs, Nerine, Acrisione, Neptunine, Nonacrine.*

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor. Ovid.

Qui idem tamen corripuit: *Æneidos summo grande fuisset opus*, (*nisi per crasin legas*, *Æneidos trisyllabum*.)

Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hybla. Virg.

Regia non Semele non Inachis Acrisione. Idem.

Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. Lucan.

Thebais *tamen Ovidius & Statius corripiunt, ut:*


Thebaides *jussis sua tempora frondibus ornant.* Ovid.]

POSSESSIVORUM ET GENTILIUM.

Desinentia in Anus, Inus, Ivus, Ata, Atis, Ita, Ota, omnia penultimam producunt, ut: *Romanus, Alexandrinus, Argivus, Spartiata, Arpinatis, Sybarita, Epirota.* Reliqua corripiunt, ut: *Rusticus.*

Observatio.

Eus interdum corripitur in Latinis, ut *Cæsareus*, interdum producitur, nempe in Græcis terminationibus, quæ per ειος fiunt, ut *Pythagoreus.*



[*Græca tamen multa corripiuntur, ut:* Herculĕus. *Plura de his vide cap. 2. pag. 13.*

DEMINUTIVORUM.

De Penultima Deminutivorum.

Deminutivorum penultima potissimùm ad Positionis & Vocalis ante vocalem regulas spectat, ejusq; inde Quantitas cognosci debet, ut: *Agĕllus, Pagĕlla, flagĕllum, Homuncĭo, Senecĭo, Pusĭo, Equulĕus, Aculĕus, Hinnulĕus.*

Quæ verò in OLUS, a, um, & ULUS, a, um, desinunt, penultimam citra omnem exceptionem corripiunt, ut *Tuguriŏlum, Vrceŏlus, Regŭlus, Ratiuncŭla, Corcŭlum*, cujusmodi exempla cuivis obvia sunt.

De Antepenultima Deminutivorum.

Quę in *Culus, a, um* exeunt, eorum antepenultima ex primitivo cognosci potest, ut: *Audācŭlus, cornīcula, rēcula, vōcula, būcula, lectūcula.* Sic omnia in *ēcula*, E longam habent, quia ab ES lōgo orta.

[*Sed pœnitendi dum datur* diecula. Prudent.
Fortè per angustam tenuis vulpecula *rimam.* Horat.
Ergo ubi commota fervet plebecula *bile.* Pers.]

Contrà Ĭ breve habent desinentia in *iculus* (*quia ab* IS *brevi orta*, ut: *mollĭculus, follĭculus, pellĭcula*

[*Nunc in pellicula cerdo, tenere tua*, Mart.]

Attamen reperiuntur producta hæc sequentia: Cŭtīcŭlă, Cănīcŭlă, Crātīcŭlă, Clāvīcŭlă, *Vitīcŭlă, Fēbrīcŭlă, Sĭtīcŭlă, pĕdīcŭlŭs, quibus annumerant nonnulli ŏvīcŭlă*, Item, *Somnīculus, Tegetīcula.*

—*Et assiduo curata* cuticula *sole.* Pers. (*messes.* Pers.
Sic & Iuvén. sat. 12. *En quid agis siccas in sana* canicu-
Parva tibi curva craticula *sudet ovella.* Mart.

Quant

Qualis ferratos subjicit clavicula *dentes.* German.
Dulci namq; tumet nondum viticula *Bacho.* Virg.
Sed Tertullianus corripuit: Viticulæ *in gracili latet ingens corpore botrus.*

Siticulosus *in secundâ productâ legitur:* Aut cervus bibit siticulosus, *& Horat. epod. 3. in Iambo:* Siticulosæ Apuliæ. *Sic* febrīcito & febrīculosus *apud Martial. & Catull.* Pedīculosus & Somnīculosus *apud Martialem producuntur, unde primitivum etiam produci necesse est* Ovicula *exemplo caret, sed à quibusdam additur, haud dubiè ideò, quia aliàs versum heroicum non ingrederetur.*

DENOMINATIVORUM ET VERBALIUM.

[*In his sequemur ordinem Alphabeticum, ita ut ab extremis literis fiat progressus, præmissa vocalium terminatione. Fœminina & Neutra adjectiva ad terminationem Masculinam referimus, quod diligenter volumus observari, ne omisisse necessaria multa videamur, vicissim propter utilitatem tyronum multa primitiva addidimus.*]

Penultimam producunt in *Aca, Ica, Vca,* desinentia, ut: *Portulāca, Cloāca, Vrtīca, Lactūca, Lorīca, Vesīca, Myrīca, Festūca, Sambūca, Nasīca, & Vmbilīcus.*

Excipe, *Brassĭca, Fabrĭca, Pertĭca, Scutĭca, Mantĭca, Lanĭca, Vomĭca, Fulĭca, Pedĭca, Alĭca, Tunĭca, Vetonĭca, ...ĭca, Phalarĭca, Carĭca, Vtĭca,* propria. Et à Græcis ...ta, ut: *Logĭca, Musĭca.*


F A penultimam producunt, ut: *Scrōfa.*

G A producunt, ut: *Aurīga, Collēga.*

Excipe *Calĭga* penultima brevi.

Cæsar cognomen Caliga cui castra dedêre. Auson.

IA antepenultimam corripiunt, quæ duabus syllabis genitivum primitivi excedunt, ut: *...justĭtia, tristis, tristĭtia.* Sic *Stultĭtia, Pudĭcitia. ...ĭtia.* Quæ verò ad casum primitivi in ... A, retinent quantitatem



primitivi, ut: *audăci, audăcia, inſciti, inſcitia, invĭdi, invĭdia. Sic & Germānia, Hiſpānia, Ignāvia, Perĭtia, Contumācia, Ecclēſia, Asōtia.*

IMONIA I prius corripiunt, & O antepenultimæ producunt, ut: *quĕrĭmōnĭă, Acrĭmōnĭă, Cĕrĭmōnĭă, Sanctĭmōnĭă.*

Cōntŭmēlĭă antepenultimam itidem producit. *Ervĭlia* antepen. corripit.

In ſpeciem ervilia parvos glomerabis in orbes. Ser.
Nec contumelia graves, Dimet. Jamb. Horat.

Penūria, injūria, cūria, antepen. producunt. *Lŭxŭrĭă* verò, *centŭria, decŭria,* antepenultimam corripiunt.

Luxuriam premeret cùm craſtina ſemper egeſtas. Mart.
Eucolpus Domini centurionis amor. Martial.
Adduce, exigam hercle ego te ex hac decuria, Jamb. Sen. Plautin.

ALA denominativa Latina non extant.

[*Meſſāla producitur, Phiăla corripitur.*]

ELA & OLA penultimam producunt, ut: *Tutēla, Candēla, Sutēla, Querēla, Bibliopōla, Oenopōla, Propōla, Creapōla, à πωλεῖν.*

[*Deminutiva autem in* ola *corripiuntur, ut ſuprà diximus.*]

ULA penultimam corripiunt, ut: *fabŭla, tabŭla, merŭla, matŭla, aſſŭla.*

MA Græca penultimam producunt, ut: *drāma, ſchēma, axiōma, Thymiāma.*

Excipe *Thĕma* correptum, θέμα.

[NOTA. *Compoſitum* Anathema *pro diverſa ſignificatione vel corripitur vel producitur: quia ſcribitur* ἀνάθεμα *&* ἀνάθημα, *utroq; modo. Pro excommunicatione corripitur,*

pitur, pro donario sacro bis producitur apud Prud. & in sacerrimo carmine legitur: Hinc Damnatores anathemata tristia cudunt. Quin Arator Thēma *simplex produxit: Sicut & autor argumentorum in Statium. Respexerunt enim ad Græcam originem* τίθημι.]

NA penultimam producunt, ut: *Membrāna, Campāna, Crumēna, Catēna, Laniēna, Regīna, Culīna, Sagīna, Farīna, Tonstrīna, Medicīna, Resīna, Hemīna, Camarīna, Vrīna, Pomōna, Annōna, Matrōna, Lacūna.*

Excipe fœminina à *Cano, Tibicĭna, Buccĭna.* Sic *Patĭna, Fœmĭna, Lamĭna, Trutĭna, Machĭna, Sarcĭna, Pagĭna, Proserpĭna, Asĭna,* Propr. & Appellativum, *Catĭna, Gausapĭna, Mutĭna, Ruspĭna, Sarcĭna, Statĭna, Sibĭna, Fuscĭna, Fiscĭna,* Item *Nundĭna, Apĭna.*

[*Iam liber & bicolor positi* membrana *capillis.* Pers.
Et Capys, hinc nomen Campanæ *ducitur urbi.* Virg.
Et mundus victus non deficiente crumena. *Horat.*
——— *Stridor ferri tractaq;* catenæ. *Virg.*
Nam quæ pulverea fuerint confusa farinæ. *Ovid.*
——— *Nostri* medicina *furoris.* Virg.
Fregerit heminas *Areti ædilis iniquas.* Pers.
——— *Propera Stomachum laxare* saginis. Juven.
Apparet Camarina *procul.* ——— Virg.

Resina vulgò breve usurpatur & a Viris aliâs doctissimis pronunciatur, contra veterum exempla & usum. *Martial. l. 3. Epigr. 74.*

Quid faciant ungues? nam certè non potes illos
Resinâ, Veneto nec resecare luto.
Resinata bibis vina, falerna fugis. Idem. Vide plura in Dissertat. de Latina lingua Viri & Poetæ optimi Taubmanni, pag. 119.

Castiges trutina, *nec te quæsiveris extra.* Pers.
Si memor es, de quo mihi sit Proserpina *nata,* Ovid.
Quas Asinæ *cautes & quas Chios asperat undis.* Lucan.
Sunt Apinæ *tricæq; & si quid vilius istis.* Martial.

 Tum



Tùm Catinæ *nimiùm ardenti vicina Typheo*, Sil.
Mense vel Augusto sumere Gausapinas, Mart.
Victa petent Mut næ, —— Ovid.
Quaq; procul cernunt non aquos Ruspina *fluctus*, Sil.
Vel rastris laudande Camers, hinc sarsina *dives*, Sil.
Ænariaq; lacus medicos, statináſq; *renatas*, Stat.
Illyrici restant sicis, sibinísq; *fodentes*, Enn. *alii legunt Sabina, & est genus teli.*
Pressaq; flammeola rumpatur fiscina *caltha*, Colum.
Quondam etiam nimio praceps urina *fluento*, Seren.
Contra regulam S ginatus *à Calphurnio corripitur.*
Vt quoq; turba bono plaudat sag nata *magistro.*
Corripitur & Mátrona *fluvii nomen apud Gallos à Sidonio.*]

PA penultimam producunt, *cōpa, cūpa, stūpa, pūpa, Iōpa, Siōpe.*

Excipe: *upŭpa, pŏpa, nĕpa, lŭpa, alăpa.* Sic *Rhodŏpe, & Cleŏphas.*

QUA penultimam corripiunt, *ăqua, silĭqua.*

[*De adjectivis fœmininis vide masculinam terminationem.*]

IRA, ORA, URA, penultimam producunt, ut: *Deianīra, Ilaīra, Polydōra, Theodōra, Pictūra, Figūra, Cynosūra, censūra, natūra.*

Excipe Mandragŏra: *correptum à Columella, & Amphŏra.*

ABRA verbalia producunt, EBRA corripiunt penult. *dolābra, latĕbra.* Sic *pharĕtra* penult. brevi.

[*Suprà dictum est, propter muta & liquida conjunctionem hac corripi posse, modò brevis vocalis præcesserit.*]

In YRA peregrina corripiuntur, ut; *Anticyra, Ephўra.*

Excipe, *Corcўra.*

USA

USA penultimam producunt & sunt ferè Græca: *Mūsa, Creūsa, Syracūsa, Arethūsa.*

TA producunt penultimam: *Pirāta, Monēta, Comēta, Planēta, Prophēta, Poēta, Metrēta, Rubēta, Vīta, Cassita, Galerīta, Idiōta, Matūta, Alūta, Cicūta.*

Excipe: *Andabăta, Hypocrĭta, orbĭta, semĭta, navĭta, amĭta.*

IVA producunt penult. *convīva, gingīva, salīva, stīva.*

CE denominativorum penultima corripiuntur: *Rhetorĭce, Grammatĭce, Poëtĭce.*

ALE & ILE Substantiva, penult. producunt: *Dentāle, Focāle, Novāle, cubīle, Ovīle, Monīle, Sedīle.*

NE Græca penult. corripiunt, ut: *Melpomĕne, Mnemosy̆ne, Euphrosy̆ne, Clymĕne, Neriŏne, Arsiŏne.*

ARE penultimam producunt, ut: *altāre.*

Do & Go penultimam producunt, ut: *dulcēdo, Acrēdo, Crepīdo, Libīdo, Testūdo, Farrāgo, Sartāgo, Vertīgo, Calīgo, Ferrūgo, ærūgo.*

Excipe *Macĕdo, unĕdo, comĕdo, lĭgo.*

Antepenultimam corripiunt desinentia in ITUDO, ut: *Sōlĭtūdō, Habĭtūdo, Longĭtūdo, Fortĭtūdo.*

Antepenultimam producunt desinentia in ITUDO, si à verbis veniant, ut: *Vălētūdō, Consuētūdo:* Si à nomine, primitivi quantitas respicienda, ut: *hebĕtis, hĕbĕtūdō, inquiĕtis, inquiĕtūdō.*

Io Antepenultimam Supinorum & Præsentium sequuntur, ut; *Munītio, Ambĭtio.*

At Centurio, Decurio *antepenultimam corripiunt.* *Sed* Interneccio *syncopen habet pro* Internectio, *quanquam & à Nex, necis deduci possit. In* Senecio *qui antepenultimā producunt à* Seneo, senes, senére *derivant, qui verò corripiunt à* Senex, sénecis *deducunt; quanquam sunt qui Genitivum* Sénicis *fuisse contendant, unde* Sénica *pro fœminâ sene. Suspicio habet antep. longam.*

Mart. *Oblinitur, minimæ si qua est suspicio rimæ.*]

So penult. producunt, *agāso, equīso.*

Al penultimam primitivi retinent, ut: *cervīcal à cervīce, anĭmal ab anĭma, vectīgal à vectu, Tribūnal à tribu, Sic & Bacchānal.*

Propria corripiuntur: *Annĭbal, Asdrŭbal.*

Il penultimam corripiunt: *vĭgil, pŭgil.*

Excipe *Mūgil.*

[*At mugil caudâ pendentem everberat escam.* Ovid.]

Icum antepenult. producunt, penultimam corripiunt, ut: *Viātĭcum.*

Ulum penultimam semper corripiunt, ut: *secŭlum, epŭlum.*

Abulum & Aculum antepenultimam producunt; penultimam corripiunt, ut: *pābŭlum, mirācŭlum.*

Excipe *stăbŭlum,* quia *stătum* breve est.

[*Triste lupus stabulis.* Virgil]

Ibulum & Iculum si à quarta conjugatione veniant, antepenultimam lōgam habent, penultimam brevem, ut: *perīcŭlum, redimīcŭlum;* Sic & *trībŭlum.*

[Virg *Tribulaq; trabeaq; & iniquo pondere rastra.*

Clajus addit *Amiculum* ab Amico, quod tamen prius I. corripit. *Amiculus* autem ab Amicus producitur. Exemplis res magis fit manifestior:

Et

Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Persius.
Et tunica manicas & habent redimicula mitra. Virgil.
Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus, & si, Hor.]

Sin aliunde oriantur, utramq; corripiunt, ut: *thūrĭbŭlŭm, lātĭbŭlŭm, vēstĭbŭlŭm,* (à Vesta.)

[*Vestibulum ante ipsum, primuq; in faucibus Orci.* Virg.]

Cætera è primitivis cognoscenda sunt, ut: *spĕcŭlŭm, à spĕcie* brevi, *ut & spĕcŭla.* Sed *Spīcŭlŭm,* id est, cuspis qualis in *spica*, unde & derivatur, primam producit.

INUM & ONUM penultimam producunt, ut: *Salīnum, dōnum.*

[*Primitiva variant, & exemplis sunt cognoscenda, ut* Succīnum, *nisi hoc à Succo derivare velis*, Pastīnum, *quanquam de hoc nondum reperiamus exemplum apud quenquam.*]

ABRUM, UBRUM, ATRUM, ACRUM, & UCRUM, penultimam producunt, ut: *Candelābrum, Delūbrum, Arātrum, Lavācrum, Involūcrum, Verātrum.*

[*Præterea nobis veratrum est acre venenum,* Lucil.]

Excipe *lăbrum, barăthrum, lŭcrum, rŭtrum,* penult. brevi, quæ tamen per positionem etiam produci potest.

[Clajus & alii *candelabrum* inter communia referunt & derivant à labro, sed nondum inveniri potuit Poëtæ antiqui exemplum. Apud Martialem producitur: *De candelabro magna lucerna tibi.*

Rutrum autem corripiendum esse ex Lucilio patet, qui diminutivum *rutellum* corripuit. *Frumentarius est modium hic secum atq; rutellum.*]

EBRUM, ETRUM, ICRUM, corripiuntur, ut: *cerĕbrum, ferĕtrum, ludĭcrum.*

Corripiuntur & *nĕcis, grĕgis, prĕcis*, (ab inusit. prex.)

[*Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.* Virgil.
De grege non ausim quicquam deponere tecum. Id.]

Senex olim *Senĕcis*, faciebat, sed hodie *Sĕnis*, penultima brevi. *Lelex, lelĕgis*, gentile nomen apud Virgil. *Sic & Suppellectĭlis.* anomalon.

Producuntur, *vervēcis, vibīcis, exlēgis*, *Halēcis ab halex.*

[*Sutor & elixi vervēcis labra comedit.* Juvenal.
Si puteal multa cautus vibice flagellas. Pers.]

In IX producunt, *icis*, ut *radīcis, cervīcis, lodīcis, felīcis, nutrīcis, pistrīcis, struīcis, perdīcis.* *Sic & mastīgis.*

[Cic. in Arat. *Inter pistrices fusæ sparsæque videntur.* Mastigis *frequentius apud Græcos producitur. Est tamen, quando corripitur, ut Iliad.* ψ. *vers.* 500. Struices, *Plaut. in Menæchm.* Tantas struices concinnat patinarias.]

Excipe correpta Fœminina: *pĭcis, nĭvis, filĭcis, larĭcis. salĭcis, histrĭcis, appendĭcis, coxendĭcis.*

[*Arta massam picis urbe reportat.* Virgil.
Et strigis inventa per busta jacentia pluma. Propert.
Consuluitque striges nostro de sanguine & in me. Idem.
Perque nives alium, perque horrida castra secuta est. Virg.
Et Filicem curvis invisam pascit aratris. Idem.
Et Larices fumoque gravem serpentibus urunt. Luc.
Et fugit ad Salices, & se cupit antè videri. Virgil.
Venit ab hirsuta spinosior histrice barba, Calphurn.
Clausa aries inter geminas coxendicis umbras. Ser.]

Masculina, & Communia, ut: *fornĭcis, calĭcis, natrĭcis, cilĭcis, varĭcis, elĭcis.*

[*Lenonum pueri quocunque in fornice nati.* Juvenal.
Thermarum calices inscriptaque lintea vadit. Idem.

Si

Si natibus natricem impressit magnum & capitatum, Lucil.
Sic pugnas Cilicis —— —— Juvenal.
Varice fuccifo —— Horat.
Ab Elix non extat exemplum, analogia tamen dictat corripiendum esse, cùm sit ab Eliciendo. Micyil.
Phœnicum & magno misera dilectus amore. Virgil.
Sic & Avienus. Quanquam ab Homer. φοῖνιξ Iliad. ι.ψ. *&c. & Phœniceus ab* Ovidio *corripiatur.*
Spadices glaucique, color deterrimus albis. Virgil.]

In OX producuntur, ut: *Celōcis, ferōcis, vōcis, velōcis.*

Excipe tria: *Precŏcis, Cappadŏcis, Allobrŏgis.*

[*Nautæ remivagam movent celŏcem.* Nonius.
Insita præcŏcibus subrepere persica prunis. Calph.
Cappadocum montana cohors. Lucan.
Rufum quem toties Ciceronem Allobroga dixit. Juven.]

In UX producuntur tria; *Lūcis, frūgis, Pollūcis.*

Reliqua corripiuntur, ut: *nŭcis, crŭcis, trŭcis, & conjŭgis.*

In YX producuntur tria: *Sandȳcis, combȳcis, Cēȳcis.*

Reliqua corripiuntur, ut: *Erўcis: Narўcis, Onўchis, Sardonўchis, Phrўgis, Lapўgis, Orўgis, Lazўgis.* Unum est anceps, *Bebrȳ̆cis.*

Dativi & Ablativi plurales in Ibus corripiuntur, ut: *nucĭbus, finĭbus, militĭbus, equitĭbus, divitĭbus, pauperibus, locupletĭbus.*

Bŏbus corripitur, & syncopen habet pro Bovibus. At *Būbus* habet Crasin & producitur.

Auson.

Auson. *Æs veluti spirans cum Bobus exagitat.*
Ovid. *Non profecturis littora Bubus aras.*

QUARTA DECLINATIO.

Genitivum veteres in UIS faciebant, ut Fructus, *fructuis*, Anus, *anuis*, &c. Sed hodie geminæ eæ syllabæ in unam US per Crasin coaluerunt, quæ propterea producitur, ut *Fructûs, Anûs.*

Dativi & Ablativi plurales in Ibus vel Ubus corripiuntur, ut *fructĭbus, verŭbus, quæstŭbus.*

QUINTA DECLINATIO.

Genitivi & Dativi singulares *diēi, speciēi* producuntur, de quibus suprà pag. 15.

Genitivi, Dativi & Ablativi plurales E producunt, *diērum, diēbus.*

SECUNDUS MODUS.

EX SPECIEBUS NOMINUM, UT Possessivorum, Gentilium, Diminutivorum, Denominativorum & Verbalium.

PATRONYMICORUM.

Patronymica metri & ornatûs gratia tantùm excogitata videntur. Poëtæ enim frequentiùs iis utuntur, cùm apud Oratores & Historicos rarissimè legantur.

Patronymica in DES, corripiunt penultimam, ut:

Æneădes, Priamĭdes, Hippotădes, Atlantădes, Scipiădes, Æolĭdes.

Excipe formata à nominibus in EUS, & CLES,

CLES, ut *Pelides, Oenides, Neoclides*, quæ penultimam producunt, quia ex contractione facta est, à nominibus in ευς & ης.

Sic *Ænides*, irregulare producitur à *Virgilio*.

[*Sit satis Ænide* ——

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto. Virgil.

Pelides utinam vitasset Apollinis arcus. Ovid.]

Pelion, Atrion, Vranion ab οὐρανὸς, ita Homerus Cœlites suos appellat, & cætera hujus terminationis, à Græcis Poëtis petantur. *Cronion*, id est, Jupiter à κρόνου Saturno, apud Homerum variat, nam ιλ. ξ. producitur; sed ιλ. φ. corripitur.

Fœminina in Eis, Ais, Ine, Ione, penultimam producunt, ut: *Theseïs, Æneïs, Ptolemaïs, Nerine, Acrisione, Neptunine, Nonacrine.*

Et tamen ille tuæ felix Æneidos auctor. Ovid.

Qui idem tamen corripuit: *Æneidos summo grande fuisset opus, (nisi per crasin legas, Æneidos trisyllabum.)*

Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hybla. Virg.

Regia non Semele non Inachis Acrisione. Idem.

Miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris. Lucan.

Thebais *tamen Ovidius & Statius corripiunt, ut:*

Thebaides *jussis sua tempora frondibus ornant.* Ovid.]

POSSESSIVORUM ET GENTILIUM.

Desinentia in Anus, Inus, Ivus, Ata, Atis, Ita, Ota, omnia penultimam producunt, ut: *Romanus, Alexandrinus, Argivus, Spartiata, Arpinatis, Sybarita, Epirota.* Reliqua corripiunt, ut: *Rusticus.*

Observatio.

Eus interdum corripitur in Latinis, ut *Cæsareus*, interdum producitur, nempe in Græcis terminationibus, quæ per ειος fiunt, ut *Pythagoreus.*

[*Graeca tamen multa corripiuntur, ut:* Herculĕus. *Plura de his vide cap. 2. pag. 13.*

DEMINUTIVORUM.

De Penultima Deminutivorum.

Deminutivorum penultima potissimùm ad Positionis & Vocalis ante vocalem regulas spectat, ejusq; inde Quantitas cognosci debet, ut: *Agĕllus, Pagĕlla, flagĕllum, Homuncĭo, Senecĭo, Pusĭo, Equulĕus, Aculĕus, Hinnulĕus.*

Quæ verò in OLUS, a, um, & ULUS, a, um, desinunt, penultimam citra omnem exceptionem corripiunt, ut *Tuguriŏlum, Vrceŏlus, Regŭlus, Ratiuncŭla, Corcŭlum*, cujusmodi exempla cuivis obvia sunt.

De Antepenultima Deminutivorum.

Quę in *Culus, a, um* exeunt, eorum antepenultima ex primitivo cognosci potest, ut: *Audācŭlus, cornīcula, rēcula, vō cula, būcula, lectūcula.* Sic omnia in *ēcula*, E longam habent, quia ab ES lōgo orta.

[*Sed pœnitendi dum datur* diecula. Prudent.
Fortè per angustam tenuis vulpecula *rimam.* Horat.
Ergo ubi commota fervet plebecula *bile.* Perf.]

Contrà Ĭ breve habent desinentia in *ĭculus*, (*quia ab* IS *brevi orta*, ut: *mollĭculus, follĭculus, pellĭcula.*

[*Nunc in pellicula cerdo, tenere tua*, Mart.]

Attamen reperiuntur producta hæc sequentia: *Cŭtīcŭlă, Cānīcŭlă, Crātīcŭlă, Clāvīcŭlă, Vitīcŭlă, Fēbrīcŭlă, Sitīcŭlă, pĕdīcŭlŭs, quibus annumerant nonnulli ŏvīcŭlă*, Item, *Somnīculus, Tegetīcula.*

—*Et assiduo curata* cuticula *sole.* Perf. (*messes.* Perf.
Sic & Iuvēn. sat. 12. *En quid agis siccas in sana* canicula
Parva tibi curva craticula *sudet ovella.* Mart.

Qualis

Qualis ferratos subjicit clavicula *dentes.* German.
Dulci namq; tumet nondum viticula *Bacho.* Virg.
Sed Tertullianus corripuit: Viticulæ *in gracili latet ingens corpore botrus.*

Siticulosus *in secundâ productâ legitur:* Aut cervus docuit siticulosus, *& Horat. epod. 3 in Iambo:* Siticulosæ Apuliæ. *Sic* febrīcito & febrīculosus *apud Martial. & Catull.* Pedīculosus *&* Somnīculosus *apud Martialem producuntur, unde primitivum etiam produci incessere est* Ovicula *exemplo caret, sed à quibusdam additur, haud dubiè ideò, quia aliàs versum heroicum non ingrederetur.*

DENOMINATIVORUM ET VERBALIUM.

[*In his sequemur ordinem Alphabeticum, ita ut ab extremis literis fiat progressus, præmissa vocalium terminatione. Fœminina & Neutra adjectiva ad terminationem Masculinam referimus, quod diligenter volumus observari, ne omisisse necessaria multa videamur, vicissim propter utilitatem tyronum multa primitiva addidimus.*]

Penultimam producunt in *Aca, Ica, Vca,* desinentia, ut: *Portulāca, Cloāca, Vrtīca, Lactūca, Lorīca, Vesīca, Myrīca, Festūca, Sambūca, Nasīca, & Vmbilīcus.*

Excipe, *Braßĭca, Fabrĭca, Pertĭca, Scutĭca, Mantĭca, Manĭca, Vomĭca, Fulĭca, Pedĭca, Alĭca, Tunĭca, Vetonĭca, Serĭca, Phalarĭca, Carĭca, Vtĭca,* propria. Et à Græcis orta, ut: *Logĭca, Musĭca.*

F A penultimam producunt, ut: *Scrōfa.*

G A producunt, ut: *Aurīga, Collēga.*

Excipe *Calĭga* penultima brevi.

Cæsar cognomen Caligæ cui castra dedēre. Auson.

I A antepenultimam corripiunt, quæ duabus syllabis genitivum primitivi excedunt, ut: *justi, justĭtia, tristis, tristĭtia.* Sic *Stultĭtia, Pudicĭtia, Nequĭtia.* Quæ verò ad casum primitivi in I assumunt tantùm A, retinent quantitatem



primitivi, ut: *audāci, audācia, insciti, inscitia, invĭdi, invĭdia. Sic & Germānia, Hispānia, Ignāvia, Perītia, Contumācia, Ecclēsia, Asōtia.*

IMONIA I prius corripiunt, & O antepenultimæ producunt, ut: *quĕrĭmōnĭă, Acrĭmōnĭă, Cĕrĭmōnĭă, Sanctĭmōnĭă.*

Cōntŭmēlĭă antepenultimam itidem producit. *Ervĭlia* antepen. corripit.

In speciem ervilia parvos glomerabis in orbes. Ser.
Nec contumelia graves, Dimet. Jamb. Horat.

Penūria, injūria, cūria, antepen. producunt. *Luxŭrĭă* verò, *centŭria, decŭria,* antepenultimam corripiunt.

Luxuriam premeret cùm crastina semper egestas. Mart.
Eucolpus Domini centurionis amor. Martial.
Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria, Jamb. Sen. Plautus.

ALA denominativa Latina non extant.

[*Messāla producitur, Phiăla corripitur.*]

ELA & OLA penultimam producunt, ut: *Tutēla, Candēla, Sutēla, Querēla, Bibliopōla, Oenopōla, Propōla, Creapōla,* à πωλεῖν.

[*Deminutiva autem in ola corripiuntur, ut suprà diximus.*]

ULA penultimam corripiunt, ut: *fabŭla, tabŭla, merŭla, matŭla, assŭla.*

MA Græca penultimam producunt, ut: *drāma, schēma, axiōma, Thymiāma.*

Excipe *Thĕma* correptum, θέμα.

[NOTA. *Compositum* Anathema *pro diversa significatione vel corripitur vel producitur: quia scribitur* ἀνάθεμα *&* ἀνάθημα, *utroq; modo. Pro excommunicatione corripitur,*

pitur, pro donario ſacro bis producitur apud Prud. & in ſacerrimo carmine legitur; Hinc Damnatores anathemata triſtia cudunt. Quin Arator Thēma *ſimplex produxit: Sicut & autor argumentorum in Statium. Reſpexerunt enim ad Græcam originem τίθεμαι.*]

NA penultimam producunt, ut: *Membrāna, Campāna, Crumēna, Catēna, Laniēna, Regīna, Culīna, Sagīna, Farīna, Tonſtrīna, Medicīna, Resīna, Hemīna, Camarīna, Vrīna, Pomōna, Annōna, Matrōna, Lacūna.*

Excipe fœminina à *Cano, Tibicĭna, Buccĭna.* Sic *Patĭna, Fœmĭna, Lamĭna, Trutĭna, Machĭna, Sarcĭna, Pagĭna, Proſerpĭna, Asĭna,* Propr. & Appellativum, *Catĭna, Gauſapĭna, Mutĭna, Ruſpĭna, Sarcĭna, Statĭna, Sibĭna, Fuſcĭna, Fiſcĭna,* Item *Nundĭnæ, Apĭnæ.*

[*Iam liber & bicolor poſitū* membrana *capillis.* Perſ.
Et Capys, hinc nomen Campanæ *ducitur urbi.* Virg.
Et mundus victus non deficiente crumenā. *Horat.*
——— *Stridor ferri tractaq;* catenæ. *Virg.*
Nam quæ pulverea fuerint confuſa farinæ. *Ovid.*
——— *Noſtri* medicina *furoris.* Virg.
Fregerit heminas *Areti ædilis iniquas.* Perſ.
——— *Propera Stomachum laxare* saginis. Juven.
Apparet Camarina *procul.* ——— Virg.

RESINA vulgò breve uſurpatur & a Viris aliâs doctiſſimis pronunciatur, contra veterum exempla & uſum. *Martial. l. 3. Epigr. 74.*

Quid faciant ungues? nam certè non potes illos
Reſinâ, Veneto nec reſecare luto.
Reſinata bibis vina, falerna fugis. Idem. Vide plura in Diſſertat. de Latina lingua Viri & Poëtæ optimi Taubmanni, pag. 119.

Caſtiges trutina, *nec te quæſiveris extra,* Perſ.
Si memor es, de quo mihi ſit Proſerpina *nata,* Ovid.
Quas Aſinæ *cautes & quas Chios aſperat undis,* Lucan.
Sunt Apinæ *tricæq; & ſi quid vilius iſtis,* Martial.



Tùm Catinæ *nimiùm ardenti vicina Typhæo*, Sil.
Mense vel Augusto sumere Gausapinas, Mart.
Victa petent Mut næ, ——— Ovid.
Quaq; procul cernunt non æquos Ruspina *fluctus*, Sil.
Vel rastris laudande Camers, hinc Sarsina *dives*, Sil.
Ænariaq; lacus medicos, statináſq; *renatas*, Stat.
Illyrici restant sicis, sibiníſq; *fodentes*, Enn. *alii legunt* Sabina, *& est genus teli.*
Pressaq; flammeola rumpatur fiſcina *caltha*, Colum.
Quondam etiam nimio præceps urina *fluento*, Seren.
Contra regulam S gināus *à Calphurnio corripitur.*
Ut quoq; turba bono plaudat sag nata *magistro.*
Corripitur & Mátrona *fluvii nomen apud Gallos à Sidonio.*]

PA penultimam producunt, *cōpa, cūpa, stūpa, pūpa, lōpa, Siōpe.*

Excipe: *upŭpa, pŏpa, nĕpa, lŭpa, alăpa.* Sic *Rhodŏpe, & Cleŏphas.*

QUA penultimam corripiunt, *ăqua, silĭqua.*
[*De adjectivis fœmininis vide masculinam terminationem.*]

IRA, ORA, URA, penultimam producunt, ut: *Deianīra, Ilaīra, Polydōra, Theodōra, Pictūra, Figūra, Cynosūra, censūra, natūra.*

Excipe Mandragŏra; *correptum à Columella, & Amphŏra.*

ABRA verbalia producunt, EBRA corripiunt penult. *dolābra, latĕbra.* Sic *pharĕtra* penult brevi.

[*Suprà dictum est, propter mutæ & liquidæ conjunctionem hæc corripi posse, modò brevis vocalis præcesserit.*]

In YRA peregrina corripiuntur, ut; *Anticўra, Ephўra.*

Excipe, *Corcȳra.*

USA

USA penultimam producunt & sunt ferè Græca: *Mūsa, Creūsa, Syracūsa, Arethūsa.*

TA producunt penultimam: *Pirāta, Monēta, Comēta, Planēta, Prophēta, Poēta, Metrēta, Rubēta, Vīta, Cassita, Galerita, Idiōta, Matūta, Alūta, Cicūta.*

Excipe: *Andabăta, Hypocrĭta, orbĭta, semĭta, navĭta, amĭta.*

IVA producunt penult. *convīva, gingīva, salīva, stīva.*

CE denominativorum penultima corripiuntur: *Rhetorĭce, Grammatĭce, Poëtĭce.*

ALE & ILE Substantiva, penult. producunt: *Dentāle, Focāle, Novāle, cubīle, Ovīle, Monīle, Sedīle.*

NE Græca penult. corripiunt, ut: *Melpomĕne, Mnemosy̆ne, Euphrosy̆ne, Clymĕne, Neriŏne, Arsiŏne.*

ARE penultimam producunt, ut: *altāre.*

Do & Go penultimam producunt, ut: *dulcēdo, Acrēdo, Crepīdo, Libīdo, Testūdo, Farrāgo, Sartāgo, Vertīgo, Calīgo, Ferrūgo, ærūgo.*

Excipe *Macĕdo, unĕdo, comĕdo, lĭgo.*

Antepenultimam corripiunt desinentia in ITUDO, ut: *Sōlĭtūdō, Habĭtūdo, Longĭtūdo, Fortĭtūdo.*

Antepenultimam producunt desinentia in ITUDO, si à verbis veniant, ut: *Vălētūdō, Consuētūdo*: Si à nomine, primitivi quantitas respicienda, ut: *hebĕtis, hĕbĕtūdō, inquiĕtis, inquiĕtūdō.*

IO Antepenultimam Supinorum & Præsentium sequuntur, ut; *Munītio, Ambĭtio.*

At Centurio, Decurio *antepenultimam corripiunt.* *Sed* Internecio *syncopen habet pro* Internectio, *quãquam & à Nex, necis deduci possit. In* Senecio *qui antepenultimã producunt à* Seneo, senes, senére *derivant, qui verò corripiunt à* Senex, sénecis *deducunt; quanquam sunt qui Genitivum* Sénicis *fuisse contendant, unde* Sénica *pro fœminâ sene. Suspicio habet antep. longam.*

Mart. *Oblinitur, minima si qua est suspicio rima.*]

So penult. producunt, *agāso, equīso.*

Al penultimam primitivi retinent, ut: *cervīcal à cervīce, anĭmal ab anĭma, vectīgal à vectu, Tribūnal à tribu. Sic & Bacchānal.*

Propria corripiuntur: *Annĭbal, Asdrŭbal.*

Il penultimam corripiunt: *vĭgil, pŭgil.*

Excipe *Mūgil.*

[*At mugil caudâ pendentem everberat escam.* Ovid.]

Icum antepenult. producunt, penultimam corripiunt, ut: *Viātĭcum.*

Ulum penultimam semper corripiunt, ut: *secŭlum, epŭlum.*

Abulum & Aculum antepenultimam producunt; penultimam corripiunt, ut: *pābŭlum, mirācŭlum.*

Excipe *stăbŭlum*, quia *stătum* breve est.

[*Triste lupus stabulis.* Virgil]

Ibulum & Ioulum si à quarta conjugatione veniant, antepenultimam lõgam habent, penultimam brevem, ut: *perīcŭlum, redimīcŭlum;* Sic & *trībŭlum.*

[Virg *Tribulaq; traheaq; & iniquo pondere rastra.*

Clajus addit *Amiculum* ab Amico, quod tamen prius I. corripit. *Amiculus* autem ab Amīcus producitur. Exemplis res magis fit manifestior:

Et

Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis. Persius.
Et tunica manicas & habent redimicula mitra. Virgil.
Disce docendus adhuc, quæ censet amiculus, & si, Hor.]

Sin aliunde oriantur, utramq; corripiunt, ut: *thūrĭbŭlŭm, lātĭbŭlŭm, vēstĭbŭlŭm,* (à Vesta.)

[*Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci.* Virg.]

Cætera è primitivis cognoscenda sunt, ut: *spĕcŭlŭm, à spĕcie* brevi, *ut & spĕcŭla.* Sed *Spīcŭlŭm,* id est, cuspis qualis in *spīca,* unde & derivatur, primam producit.

INUM & ONUM penultimam producunt, ut: *Salīnum, dōnum.*

[*Primitiva variant, & exemplis sunt cognoscenda, ut* Succīnum, *nisi hoc à Succo derivare velis,* Pastīnum, *quanquam de hoc nondum reperiamus exemplum apud quenquam.*]

ABRUM, UBRUM, ATRUM, ACRUM, & UCRUM, penultimam producunt, ut: *Candelābrum, Delūbrum, Arātrum, Lavācrum, Involūcrum, Verātrum.*

[*Præterea nobis veratrum est acre venenum,* Lucil.]

Excipe *lăbrum, barăthrum, lŭcrum, rŭtrum,* penult. brevi, quæ tamen per positionem etiam produci potest.

[Clajus & alii *candelabrum* inter communia referunt & derivant à labro, sed nondum inveniri potuit Poëtæ antiqui exemplum. Apud Martialem producitur: *De candelabro magna lucerna tibi.*

Rutrum autem corripiendum esse ex Lucilio patet, qui diminutivum *rutellum* corripuit. *Frumentarius est modium hic secum atq; rutellum.*]

EBRUM, ETRUM, ICRUM, corripiuntur, ut: *cerĕbrum, ferĕtrum, ludĭcrum.*



[Quæ & ipsa, positione produci possunt. *ut:*
—neq; enim levia aut ludicra petuntur
Præmia, —— ——Virg.

TUM penult. producunt, ut: *lupātum, rosētum, temētum, aconītum, verūtum, myrtētum, veprētum; carīcētum (pro quo Virgil. carectum dixit.)*

Excipe *Defrŭtum.*

[*Dulci defruta vel lutosa cœno.* Phalcucus Statii.
De corcyræa temētum duxerat uva, Juvenal.
Pullos, ova, cadum temēti, nempe modo isto, Horat. 2. Epist. 2. (Jamb Senar.]
Quisquia temēti nihil allatum intelligo, Plaut. Aulul.

Græca ex scriptura cognoscenda, ut: *deltŏton,* δέλτωτον, *antidŏtum,* ἀντίδοτον, *epithĕton,* ἐπίθετον, *&c.*

MENTUM antepenultimam producunt, quę à supinis longis derivantur, ut: *fundāmentum, rāmentum, incrēmentum, detrīmentum, rudīmentum, fōmentum, mōmentum, jūmentum, argūmentum.* Sic & hæc *āmentum, paludāmentum, ōmentum, tōmentum, lōmentum, instrūmentum, experīmentum, pavīmentum.*

[A fundatum, rasum, cretum, tritum, eruditum, fotum, motum, jutum, argūtum. *Hæc alii referunt ad anomaliam derivationis, sed perperam, cùm à supinis productis derivata regulariter producantur. Non enim à Præsenti hæc derivantur, sed à supino.*]

Antepenultimam verò corripiunt, quæ aliunde quàm longis Supinis oriuntur, (id est, quæ oriuntur vel à Supinis brevibus vel Præsenti,) ut: *monĭmentum vel monŭmentum, alĭmentum, nocŭmentum, emolŭmentum, tegŭmentum, docŭmentum. A monĭtum, alĭtum, nocĭtum, emolĭtum, tego, doceo.*

IVUM

IVUM penultimam producunt, ut: *olīvum, archīvum.*

BIUM penult. corripiunt, ut: *Marrŭbium. De Connŭbium.* Vide suprà de Derivatis, p. 23.

[*Inter singultus labiisq; trementibus Anna.* Sil.
Quin & Marrubia venit de gente sacerdos. Virg.
Per connubia nostra, per inceptos hymenaeos. Idem.
Connubio jungam stabili, propriamq; dicabo. Idem.]

CIUM & PIUM penultimam sequuntur primitivi, ut, *Indĭcium, offĭcium, judĭcium* breve à judĭce, *convicium, negōcium*, à vico & ōcium productum. Sic *fastīdium, praelūdium, elegīdium*, à fastIdis, praelūdo, elegi. Contrà *propŭdium, subsidium, Pallădium, Stădium, exŏdium*, à Pŭdet, Sĕdet, Pallădis, Stătum, Exŏdus, corripiuntur.

GIUM penultimam retinent primitivi, ut:

Longa: *Suffrāgium, praesāgium, contāgium, collēgium, vestīgium.* Sic *fastīgium*,

Brevia: *Naufrăgium, adăgium, litĭgium, navĭgium, remĭgiū, profŭgium, conjŭgium, prodĭgium, sacrilĕgium, spicilĕgium, elŏgium, &c. Adde Praestigia, & Praestigiator.*

OLIUM & ULIUM, producuntur, ut: *Capitōlium, pecūlium, edūlium.*

[*Primitiva, Lolium, Solium, Polium, brevia sunt.*]

Graeca per ω scripta producuntur, ut; *Oenopōlium*, per ο corripiuntur, ut: *Epistŏlium.*

Cordŏlium à Doleo seu Dolor, breve est.

ILIUM antepenultimam corripiunt, ut: *auxĭlium, consĭlium, domicĭlium.*

ALIUM: Naturâ brevia sunt, sed inveniuntur etiam longa, *Corāalium, sandālium.* At *condālium.* antepenult. producit. [Mer-

[*Mergit se subito vellitq;* coralia *Clotho.* Claud.
Sic & coralium quamprimùm contigit auras. Ovid,
Argentata tuos etiam sandalia *talos.* Virgil.
Vtinam tibi commitigari videam sandalio *caput.* Ter, Jamb. octonar.
Ovid. 4. Met. *Nunc quoq; Coralius eadem natura remansit.*]

Ylium, antepenult. producit, *Conchȳlium.*

Monium & Unium antepenultimam producunt, ut: *patrimōnium, vadimōnium, testimōnium, matrimōnium, iejūnium, mūnia, novilūnium.*

Græca ex Scriptura cognoscuntur; quæ enim scribuntur per η & ω longa sunt, quæ per ε & ο, brevia, ut: σπλήνιον, ἐφώνιον, δαιμόνιον, ἐλένιον.

Cinium antepenultimam corripiunt, sed quæ hanc antecedit producunt, ut: *Latrōc̆inium, Lenōc̆inium, Tyrōc̆inium, Patrōc̆inium. At Lav̄inium & Tricl̄inium* antepenultimam habent communem.

[*Furta latrociniis & magnis parva mineris.* Horat.]

I ante Monium & Cinium corripitur, ut: *pătrĭmōnium, vātĭc̆inium.*

[*Non propter vitam faciunt* patrimonia *quidam.* Ju-
Ergò ubi vaticinos *concepit mente furores.* Ovid. (ven.
Nec prolem Ausoniam & Lavinia *respicit arva.* Virgil,
Et populus Laurens Laviniumq; *meum.* Ovid.
Triclinia *umbrosis frigida arundinibus.* Mart.
Nunc iam luxuria pars & triclinia *templis.* Virg.

Pium: antepenultima ex primitivo indaganda. Sic brevia sunt *princĭpium, aucŭpium, &c.*

Duo producuntur: Marsūpium, Coliphium.

[*Materiem tineis etiam* Marsupia *crebris Exesa.* Prud. & Plaut. in Menech. 2. 1. v. 29. *Audi, Menachme, quũ inspicio* Marsupium. *Luctantur pauca, comedunt* coliphia *pauca.*]

Græca

Græca ex vocalibus suis metienda sunt; *Sināpium, conōpium, σινήπιον, κωνωπεῖον.*

QUIUM antepenultimam corripiunt, *delĭquium, collŏquium.*

ARIUM, IRIUM, ORIUM, antepenultimam producunt, ut: *pomārium, suspīrium, equīria,* (plur. Ovid.) *tentōrium.*

BRIUM antepenultimam naturâ corripiunt, propter liquidam cum muta etiam producunt, ut: *ludibrium.*

ERIUM, URIUM antepenultimam corripiunt, ut: *ministĕrium, augŭrium.*

[*Omnibus arrides,* dicter *a dicis in omnes.* Martial.
Ritus erat veteris noctura lemuria *sacri* Ovid.]

YRIUM, à Græcis petenda, ut: *Martyrium* à μάρτυρος brevi.

SIUM, itidem Græca sunt, & ex vocali vel autoritate cognoscenda, ut: *Sympŏsion* breve, συμπόσιον, *Carchēsium* longum, καρχήσιον, *Gymnăsium, Brundŭsium.*

ATIUM, antepenultimam habent longam. Excipe, *Lătium* à *Lătendo.* Sic *Multĭtia,* plur. & *præpŭtium* producuntur.

[*Dicta quoq; est* Latium *terra latente Deo.* Ovid.
Non facient alii, cùm tu multitia *sumas.* Juvenal.
Qua pater abstinuit, mox & preputia ponunt. Juven.]

Reliqua ex primitivis indaganda sunt.

UVIUM antepenultimam habent brevem, ut: *dilŭvium.*

Cætera ex primitivis cognosci possunt.

ICEN penultimam corripiunt, præter *tibīcen,*

cen, quod Crasin patitur, (*pro tibiicen.*)

AMEN, EMEN, OMEN, UMEN, producunt penultimam, ut: *Strāmen, sēmen, ōmen, nōmen, nūmen, legūmen.*

[*Vnde prius latum siliqua quassare legûmen*, Virg.

Excipe, *Colŭmen.*

[*Emathiæ* cólumen *Peleu cui Iupiter ipse.* Catul.]

IMEN à supino, penultimam producunt, ut: *lenīmen*, (*à lenitum*)

Hoc quoq; lenímen, *quo solo flexit amantem.* Ovid.

IMEN à præsenti, penultimam corripiunt, ut *regĭmen*, (*à rego*,) *specĭmen*, (*à specio.*)

[*His régimen natura dedit.* —— Manil.]

AR penultimam producunt, ut: *lacūnar*, *Torcŭlar* ex Fortunato penultimâ produci volunt.

Calcaturus erat qui torcularia *solus.*

Ubi tamen alii ex mss. ita legendum docent: *Calcaturus erat qui solus tórcular altum:* Vide Taubmannum in Dissertat. de L.L. & Becmannum in manuductione ad L.L.

Excipe *specŭlar*. Peregrina ferè corripiuntur, ut: *Balthasar*, *Isaschar.*

[*Quæ vehitur clauso latis* specularibus *antro.* Juven.]

ER penultimam hæc corripiunt, *colŭber*, *celĕber*, *alăcer*, *volŭcer*, *cĕler*, *degĕner.*

Producunt: *Salūber*, *cadāver*, *papāver.*

[Quamvis *Saluber* à Cinna corripiatur. Qui vixit ante Christum natum.

Hostica quod salubrem cuspis haberet opem: Est à *salus*, *ûtis.*]

Reliqua è primitivis petantur, & Græca è sua origine.

OR penultimam habent talem, qualem primitiva.

mitiva, ut: *Amātor, orātor, suāsor, rāsor, auditor*, penult. longâ: Contrà *ămor, condĭtor, genĭtor, Imbricitor* (Aquilo sc.) ut & *Vinĭtor, janĭtor, portĭtor* penult. brevem habent.

[*Iam canit extremos effœtos vinitor antes.* Virgil.]
Te Stygii tremuêre lacus, te iánitor orci. Idem.
Portitor has horrendus aquas & flumina servat. Idem.]

TAS penultimam habent brevem, antepenultimam ex primitivo servāt, ut: *fidēlitas, utĭlitas.*

GES penultimam producunt, ut: *contāges, ambāges.*

IES antepenultimam ferè brevem habent, ut: *pernĭcies, mollĭties, ăcies, făcies.* Excipe *Mērīdiēs.*

De quo in compositione & infrà sect. 4.

TES penultimam producunt, *Sorītes, hæmatites.*

[Soritas *cumuli accessibus aggerās.* Choriamb. Capell.]

ALIS, ELIS, ULIS, penultimam producunt, ut: *æquālis, fidēlis, edūlis.*

ILIS si à Nomine veniant, in penultima producuntur, ut: *virīlis, puerīlis, senīlis, servīlis, civīlis.* Sic *subtīlis.* Excipe quatuor *humĭlis, parĭlis, dapsĭlis, pestĭlis*, à quo *pestĭlitas.*

Hac igitur subitò clades nova pestilitásque, Lucret.
Hinc intelligitur Infantilis *esse dicendum, ab Infans.*]

Sin à Verbis descendant, corripiuntur, ut: *utĭlis, facĭlis, agĭlis, altĭlis, fictĭlis, fertĭlis.*

ABILIS, EBILIS, OBILIS, UBILIS, omnia antepenultimam producūt, penultimam corripiunt, ut: *amābĭlis, flēbĭlis, mōbĭlis, volūbĭlis.*

[*Impubesq; manus mirata volubile buxum.* Virg.]

Excipe unum breve *stăbĭlis*, quod originis jus tuetur. *Quæ*

[*Quæ maneat* ſtabili, *cum fugit illa, pede.* Ovid.]

IBILIS corripiuntur, quæ 1. à Supinis brevibus, aut 2. Præſenti formantur, aut 3. ultra Supini characteriſticam terminationem BILIS aſſumunt, ut: *credĭbilis, terrĭbilis, horrĭbilis, visĭbilis. conducĭbilis.*

Quæ verò à Supinis longis deſcendunt, longa ſunt, ut: *ſcībilis* à ſcitum, *audībilis* ab auditum, *petībilis* à petitum.

ATILIS omnia antepenultimam producunt, penultimam corripiunt, ut: *aquātĭlis, versātĭlis, umbrātĭlis.*

YLIS, ut: *Theſtȳlis*, corripitur.

MIS & NIS è primitivis cognoſcuntur.

ARIS penultimam producunt, ut: *ſolāris.*

Excipe *bimăris*, *hilăris.*

[—*Aut Epheſum*, bimariſve *Corinthi.* Horat.
Oderunt hilarem *triſtes, triſtemq́; jocoſi.* Idem.]

BRIS & CRIS penultimam naturâ corripiunt, ex accidente tamen propter liquidam producere poſſunt, ut: *celĕbris, lugŭbris, alăcris, volŭcris.*

[*De* ſalubris *vide ſupra pag.* 8.]

SIS Græca ſunt, & ex vocalibus cognoſcuntur. Si penultima ſit η, ω, producitur, ut: *poēſis, metamorphōſis.* Sed α, ε, ι, ο, υ, corripitur, ut: *emphăſis, herĕſis, hypocriſis, apodŏſis, analȳſis.*

Excipe *crāſis* longum.

ACUS penultimam corripiunt, ut: *Ægyptiăcus, maniăcus, amaracus.*

Excipe *opācus*, *merācus.*

[—*Lucis*

[— *Lucis habitamus* opacis. *Virgil.*
Expulit helleboro bilem morbumq; meraco. *Horat.*

Icus penultimam corripiunt, ut: *rustĭcus, vitrĭcus, maledĭcus, malefĭcus.*

Excipe *amīcus, aprīcus, postīcus, fīcus, caprifīcus, mendīcus, lumbrīcus, pudīcus, umbilīcus.* Et propria, ut: *Alberīcus, Amerīcus, Andronīcus, Henrīcus, Theodorīcus, Vaīcus, Caȳcus,*

[*Qui tulit* aprico *frigida castra lare.* Propert.
Occipiti cæco, posticæ *occurrite sannæ.* Pers.
Cùm me ficus *alat, cùm pascar dulcibus uvis.* Mart.
Dicemus ficos *Caciliane tuos.* Idem.
Marmora Messala findit caprificus. *& audax.* Id.
Lumbricus *terra mixto inducetu: olivo.* Seren.
Iam pervenimus usq; ad umbilicos. *Phal. Mart.*
—— *— Motantem membra* Vaīcum. Sil.
Quaq; bibunt undas Myse Cayce *tuas* Ovid.

Aticus, Iticus, antepenultimam producunt, penultimam corripiunt, ut: *aquātĭcus, Levītĭcus.*

Idus penultimam corripiunt omnia, ut: *sordĭdus, splendĭdus.*

[*Fidus primitivum producitur.*]

Propria in Adus & Idus solent produci, ut: *Conrādus, Godefrīdus.*

Abundus, Acundus & Ecundus, antepenultimam producunt, ut: *jactābundus, irācundus, verēcundus.*

Excipe *sĕcundus* antepenultimâ brevi.

Ebundus, Ibundus & Icundus eandē corripiūt, ut: *fremĕbundus, morĭbundus, rubĭcŭdus.*

Excipe unicum productum *Sitībundus* à sitire,

 [Quod

[Quod tamen recentiores corripuerunt:
Et sitibundo *ori salientem denegat undam.* Mantuan.
Nescia lingua loqui sitibundis *faucibus hæsit.* Eobanus Psal. 22.
— *Quærit aquas* sitibundus *in undis.* Bersm.]

ILUS & ULUS penultimam corripiunt, ut: *rutilus garrŭlus, Apulus* & *Aquilia* variant: *Cucŭlus* penult. producit.

[*Addiderant rutili tres ignis & alitis Austri.* Virg.
Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est. Horat.
Apulus Hadriacas exit Garganus in undas. Lucan.
Altricis extra limen Apuliæ. Horat.
Incipit ex illo montes Apulia notos. Idem.
Cessisset magna compellans voce cucūlum. Idem.
Quid fles Cucūle? vives. Quid ego ni fleam? Plaut. Pseudol. A. & Sc. 1. vers 94. Vide Taubman. ibidem, qui ipse ad hoc exemplum produxit, lib. 1. Epigram. Melodesiç:
Nunc Cereris coctam bibo, quod VViteberga Cucūlum Nominat.
Ruricolas agreste genus plerumq; Cucūlos. Alciatus in Emblemat.
Suffenus ancipitē esse tradit ex hoc Martialis versu:
Quamvis permultos Cuculus cantaverit annos: aut ubiubi habetur. Syncopa ibi est & legitur Cuclus, pro Cuculus, ut periclum, poclum, pro periculum, poculum.
Sed ubi quæso hunc versum habet Martialis? In Philomela Pseud Ovidii quoq; correptè legitur, sed fides ejus perexigua est.]

Propria hæc Jūlus, Getūlus, itemque Græca per *u* scripta producuntur, ut: *Trasybūlus, Aristobūlus*: per *o* verò corripiuntur, ut: *ătăbŭlus.*
Ostentare mihi quos terret Atabulus, *& quos.* Horat.
Argentum, vestes Getulo murice tinctas. Horat.
Arma superveheris quod Thrasybule tua. Auson.

Corripitur etiam *Troĭlus, Zoĭlus, AEschўlus, Sipylus.*

pilus. Sed *crocodilus*, *Pompilus*, *Massylus*, *Mnasylus*, producuntur.

ACULUS antepenultimam producunt, penultimam, ut jam dictum est, corripiunt; ut: *vernăculus*, *grăculus*, *Băculus* primitivum corripitur.

Hæc quicunq; tibi posui vernacula poma. Virg.

Graculus & tenui cum strident gutture corvi. Rufus Avienus.

ICULUS antepenultimam corripiunt, ut: *aniculus*, *ridiculus & cubiculum*. Excipe producenda *pediculus*, & *cuniculus*.

Hinc menti dominus pediculosi *Phal*. *Martial*.

Gaudet in effossis habitare cuniculus *antris*. Idem.

Sed à cubiculo *lectuloq; jactatam*. Idem.

Amiculus diminutivum ab amicus apud *Horat*. Et reliqua hujusmodi, non huc pertinent. Vide suprà Deminutiva, Hîc enim consideramus propriè Denominativorum & Verbalium terminationes.

ALUS peregrina corripiuntur ut plurimùm, ut: *Attălus*, *Harpălus*, *Eurylăus*, *Thessălus*, *Manalus*, *Dedălus*. Excipe longa, *Pharsālus*, *Sardanapālus*, *Stymphālus*.

Emathis æquorei regnum Pharsalus *Achillis*. Lucan.

Et Venere & cœnis & pluma Sardanapali. *Iuven*.

Vnguibus Arcadiæ volucres Stimphala *colentes*. Lucr.

ELUS & OLUS peregrina per ε & ο scripta brevia sunt, ut: *Cypsĕlus*, *Sthenĕlus*, *Aeŏlus*, per η & ω longa sunt, ut: *Phasēlus*, *Camēlus*, *Mausōlus*, *Pactōlus*, *Crobōlus*. Producuntur & *Abēlus*, *Gabriēlis*, &c.

AMUS & EMUS penultimam producunt, ut: *Alamus*, *Bohēmus*. Item Superlativa illa, *postrēmus*, *supremus*, *extrēmus*. Sic Græca in *Damus*, ut:

ut: *Archidămus*, quia à δῆμος Doricè veniunt; producuntur: illa tamen corripienda sunt, quæ à δαμάζω descendunt, ut: *Hippodămus, unde Hippodăme.*

Duxerat Hippodamen *audaci Ixione natus.* Ovid.

IMUS penultimam corripiunt, ut: *septĭmus, decĭmus.* Quò & Superlativa referuntur, *Doctissĭmus, Tenerrĭmus, Plurĭmus, Minĭmus, Infĭmus.*

Excipe *bīmus, trīmus, quadrīmus, patrīmus, matrīmus, opīmus.* Et Superlativa duo, *prīmus, īmus.*

In ESIMUS antepenultimam præterea producunt, ut: *centēsimus, vigēsimus.* ITIMUS autem antepenultimam corripiunt, ut: *finĭtimus.*

[*Angelus Politianus Patrimus & Matrimus corripuit forte quia patrimonium inde derivatum breve est. Nos Catulli Phaleuco rectè producimus,* Qualecunq; sit ô patrima, virgo: *pro quo tamen alii perperam legunt* patrona

Hic ego finitimus quamvis circum sonor armis. Ovid.

Hic poscit quintam partem centesima summa. Manil.

ANUS, ENUS, ONUS, UNUS, penultimam producunt, ut: *Vrbānus, decānus, AEliānus, Claudiānus, Iuliānus, Adriānus, Triboniānus, Calpurniānus, Oppiānus, Numānus, Serēnus, Septēnus, Centēnus, Silēnus, Misēnus, Octōnus, Patrōnus, Colōnus, Gelōnus, Trigōnus. Tribūnus, Iejūnus, Importūnus, Neptūnus*

Excipe composita à Manus, ut: *Longimănus, centimănus*

[*Nec si resurgat centimanus Gigas.* Horat.]

Græca è sua lingua petenda sunt, ut brevia *Stephănus, Helĕnus, Philoxĕnus, Antigŏnus, Dardănus, Rhodănus, Eridănus, Libănus.*

[NOTA Græci in Anus propria, solent metri cau

cor

corripere, ut χρεισιᾰνὸς, σεβασιᾰνὸς, κλαυδιᾰνὸς, Ὀκτιᾰνὸς, Αἰλιᾰνὸς, Τεϐωνᾰνιὸς, &c, quos Latini veteres imitati sunt; *ut*:

Vnanimi Calpurniano *sociata marito.*
Nomina Juliano *menses excedere septem.*
Adriano *potuit qui judice vasta profundi.*

De possessivis supra diximus. De *Trigono, Tetragone,* vide infrà plura in sexto Modo de pronunciatione.]

Inus producunt penultimam: 1. Deducta à nominibus rerum animatarum, ut: *vitulīnus, anserīnus, canīnus.* 2. *Clandestīnus, intestīnus, mediastīnus, festīnus, morticīnus, marīnus, vicīnus, peregrīnus, inquilīnus, libertīnus, matutīnus, vespertīnus, diutīnus, serotīnus, hornotīnus, pulvīnus, supīnus, lupīnus, opīnus, inopīnus, camīnus, catīnus, echīnus, gelasīnus, covīnus. Collīnus* à colle, 3. Distributiva numeralia; *bīnus, trīnus, quīnus.* 4. Cognationum nomina, ut: *Sobrīnus & consobrīnus, amitīnus.* 5. Deniq; propria, ut: *Augustīnus, Iustīnus, Aventīnus, Fescennīnus, Ticīnus, Fucīnus.*

[*Ceu* clandestino *traheretur fœdere bellum.* Sil.
Et clandestinis *surgentia fraudibus arma.* Manil.
Tu mediastinus *tacita prece rura petebas.* Horat.
Vrnas reorum morticinas *lambere.* Jamb. Prud.
—— *Ruptis flammam expirare* caminis. *Virgil.*
—— *Augusto pisces urgere* catino. *Horat.*
Ponebant igitur Thusco ferrata catino. *Iuvenal.*
Maturis nucibus virides rumpentur echini. *Calph.*
Nec grata est facies cui gelasinus *abest.* Martial.
Et docilis rector monstrari Belga covini. *Lucan.*
Quippe & collinas *ad fossam moveris herbas.* Propert.
Quĕ video? estné hic Crito sobrin⁹ *Chrysidis.* Jamb. Ter.
Diutinus corripuit Prudentius, in Jamb. *Postquàm vapor diutinus.* Sed docti negant ejus authoritatem prævalere rationi & analogiæ. Jul. Scalig. c. 98. de C. L. L.

Seretinus ab Hilario corripitur. Verùm & hîc præferunt analogian. Quòd verò *pristinus* & *crastinus* corripitur, caussam assignant, 1. quia à monosyllabis, 2. & quia utrumq; Virgilius habet breve.

Corripiuntur reliqua omnia, quæ 1. materiam significant, seu quæ à rebus inanimatis deducuntur, ut: *fagĭnus, crystallĭnus, adamantĭnus, coccĭnus, acĭnus.* 2. Item hæc *Crastĭnus, pristĭnus, pampĭnus, fraxĭnus, cophĭnus.*

[*Frangere dum metuis, franges* crystállina, *peccant.* Mart.
Colchis flagrantes adamántina *subjugat auros.* Prop.
Cùm dedit ille locum cóphino, *fœnoq; relicto.* Juven.]

PUS. Græca è sua lingua depromuntur; 1. ωπὸς & αποὸς ηποὸς, ἶπος, penultimam producunt, ut: *Priāpus, AEsōpus, pyrōpus, Meſsāpus, hyſsōpus, AEsēpus, Eurīpus.* 2. Corripiunt composita à πȣ̃ς, ut: *Oedĭpus, Dasўpus, polўpus.*

QUUS penultimam producunt: *Oblīquus, antīquus, inīquus, de quo pag. 13. diximus.*

Excipe composita à Sequor, Loquor, Linquo: *pedisĕquus, vanilŏquus, relĭquus.*

RUS penultimam producunt, ut: *amārus, sevērus, dīrus, canōrus, secūrus, lectūrus.* Sic Græca *Magīrus, Epīrus, gȳrus, papȳrus.* Et quæ ex ηρος vel ωρος descendunt, ut: *Homerus, Pelōrus.*

Excipe 1. *Camŭrus.* 2. Græca in Arus: *Pandărus, Pindărus,* 3. Græca in Erus & Orus ex ε & ο, ut: *Cerbĕrus, Piĕrus, Dicŏrus.*

[*Et cámuris hirta sub cornibus aures.* Virg.
Pándarus *& Bitias Idæo Alcanore creti.* Virg.
Pindarum *quisquis studet æmulari.* Horat.

—tenuit

——*tenuitq; inhians tria* Cerberus *ora*, Virg.
Pierus *has genuit Pellais dives in agris*. Ovid.
——*quandoq; bonus dormitat* Homerus, *Horat*.
——*angusti claustra* Pelori. *Virg.*

Isus, Usus à Supinis formata, sequuntur originem, ut: *rīsus*, *lūsus*.

Osus penultimam producunt, ut: *vinōsus*.

Græca in Sus producunt, ut: *Amphrȳsus*, *Valēsus*, &c. *Vogĕsus* penultimam corripit.

Tus penultimam producunt, *barbātus*, *magistrātus*: *facētus*, *fictus*, *aurītus*, *devōtus*, *mōtus*, *cornūtus*, *verūtus*, *pollūtus*.

[*Sic etiam à Supinis deducta ferè omnia vocabula animantium vocem exprimentia, ut*: Lattatus, Balatus, Rugitus, hinnitus, mugitus: gannitus, ruditus *ab obsoleto* Rudio, *cujus præteritum extat apud Apul*: Rudivi fortiter, & *compositum est in usu*, Erudio, erudivi, eruditus.]

Excipe à Supinis brevibus derivata: *exĭtus*, *exercĭtus*, *habĭtus*, *sonĭtus*, &c. *subĭtus*. *Vĭctus* est anceps. *Tŏtus* & *Quŏtus* à *Tot* & *Quot*, brevia sunt.

[*Quis sudor* victis & *quàm malus undiq; membris*.
Nec supra caput ejusdem cecidisse victam. *Lucr*.] (Hor.

Fortuitus vulgò censetur anceps, tutior autem productio. Vide & Taubm. in Plaut. Sic & *Pituita*, tertia semper longâ.

[*Nam quod apud Persium videtur corripi, in hoc versu*:
Somnia pituitæ qui purgatissima mittunt:
Secus est. Est enim ibi trisyllabum, pitvita. Sicut & apud Horat.

——nisi cùm pitvita molesta est.
Catullus autem in Phaleuco legitimè usurpavit:
Mucusq; & mala pituita nasi (*quadrisyllab*.

Fortuitus Horatius produxit & Buchananus, Manilius corripuisse videtur, hoc versu:

Nam neq; fortuitos ortus surgentibus astris.

Verùm & hìc trisyllabum legi potest, fortvitos. Sic & *Gratuitus*, quod Statius corripit, Janus Dousa produci posse existimat. *in Pracidan. Horat.*

Totus, *id est*, *universus*, primam producit, & est primitivum. *Sed* Totus *numerale distributivum* à Tot, breve est; sicut Toties, & Quotus ut Quoties. *ut:*

Detrahitur summa tota *pars*, quota *demit utrinque*, Manil

Ne populum extrema toties *exoret arena*, Horat.

— ô quoties *& qua nobis Galatea locuta est*. Virgil.]

Græca ex fonte suo censenda sunt, ut: brevia sunt: *Theocrĭtus, Herodŏtus, Iapĕtus*. Longa: *Heraclītus paraclētus.*

[*Status ex supino notum est*, *Paracletus* cur à Prudent. corripiatur, vide sect. 6. de Pronunciatione.]

ILENTUS, OLENTUS, ULENTUS, fere corripiunt antepenult. ut: *viŏlentus, fraudŭlentus, escŭlentus, gracilentus, lutŭlentus, lucŭlentus, vinŏlentus, pulverŭlentus, purŭlentus, rosŭlentus, sanguinŏlentus, somnŏlentus, trucŭlentus.*

[*Qua exempla omnia apud probatos poëtas reperiuntur, excepto uno* somnolentus, *quod Ambrosius correptum habet. Caterùm Mantuan eclog.* 3. *Somnolentus producit.* Macilentus *etiam videtur apud Plaut. produci*, *Macilento ore, naso acuto, corpore albo, oculis nigris.* Octon. Jamb.]

Vus penultimam producunt, ut: *octāvus, furtīvus, satīvus*. Excipe 1. *ăvus* cum compositis. 2. *Batāvus* ambiguum est.

[*Turnus* avis atavisq; *potens* Virgil.

Iam puer auricoma performidate Batavo. *Sil.*

Vangiones Bataviq; *truces*. Lucan.

IN SEQUENTIBUS ANTE-penultima syllaba consideratur.

Aceus, Aneus, Oneus, antepenultimam producunt, penultimam corripiunt, ut: *mācĕus, subitānĕus, ultrōnĕus, idōnĕus.*

Reliqua, sicut & Uleus, Ureus, sequuntur antepenultimam primitivi, ut: *Rōmŭlĕus, cœrŭlĕus, cērĕus.*

[*Hæc ex diminutione nota sunt: dicimus enim* Rómulus, Cærulus, Cera. *Sunt & qui* Aculeus *antepenultimâ longâ, ex hoc Martialis lib.* 8. *Epigr.* 71 *probare conantur:*

Nonus aculeolos in cochleare tulit.

Sed hic versus laborat, sanitatem verò debet Grutero, qui eum ita restituit:

Nonus acu levius vix cochleare tulit.

Quæ lectio & nobis probatur & sententiæ magis congrua est.]

Icius vel Itius quæ I in antepenultimâ ex primitivo habent, ejusdem quantitatis illud retinent, *ut. Maurīcius*, à Maurīcus, i longa, *Domītius* à Domītus, *Nutrīcius*, vel *Nutrītius* à nutricis vel nutrītus, *Potītius* à potītus, *Castrīcius* à Castrīcus, Sic *Bebrȳcius* à Bebrȳcis.

Notatur hic *Numīcius* à Numīcus. *Anītus* & *Anitia* ab Anītus, ut videtur.

Quę verò I ex enclisi seu afformatione vel terminatione habent; si sint ex Nomine seu Denominativa; illud corripiunt, (excepto uno *Novitius*) ut: *Fabrĭcius, Patrĭcius, Tribunĭtius, Natalĭtius, Saturnalĭtius, Floralĭtius.*

Sin ex Verbis, seu Verbalia; illud producunt.

excepto uno *Septitius*) ut: *Suppositītius, Projectītius, Surreptītius, Emissītius, Adoptatītius, Compellatītius.*

[*Quo pie* Maurici, *ductor legionis opimæ*, Fortun.
Probitate Marcos, æquitate Mauricos, *Scazon.* Mart.
Tecta tenet pugnax Domiti, *tua classica servat*, Lucan.
Iamq; sacerdotes, primusq; Potitius *ibant*, Virg.
Dum tibi felices indulgent Castrice *Baiæ*, Mart.

Petrarcham tamen I in *Castricius* produxisse, Despauterius auctor est.

In freta fumineis vicina Numicius *undis*, Ovid.
Brundusium Numici *meliùs via ducat an Appi*, Hor.
Fertur enim ante alios generosus Anitius *urbis*, Prud.
Ante quater plenum consumsit Anitia *lustrum*, Auson.
Pythagoran, Antiq; *reum doctumq; Platona*, Horat.
Iam sedet in ripâ tetrumq; novitius *horret*, Juv. Sat. 3.
Fabricium, *vel te sulco Serrane serentem*, Virg.
Vos ô patricius *sanguis, quos vivere fas est*. Pers.
Arma Tribunitium *cingere digna latus*. Martial.
Cum Cathedralitios *portet tibi rheda ministros*. Idem.
Ad natalitias *dapes vocabar*. Idem.
Iungaturq; pari Brutum tibi Septitiumq; , *Horat.*
Hermes supposititius *sibiipse est*, Martial.

Reliqua exempla verbalium sunt apud Plautum, quæ ex scansione longa esse deprehenduntur.]

NOTA. Sunt quædam, quæ utrum primitiva sint an denominativa, incertum est: Quorum derivatio est obscurior, ut *Sulpĭcius*, Mart. *Cedītius*, unde Cedītianus, Idem. *Misītius*. Idem. *Pampicius* Sidon. teste Despaut. *Apicius*, Mart. *Naryciius*. Virg. *Narītia pix*. Auson.

[Cæterùm de orthographia horum nominum quæritur, quæ nam per CIUS quæ nam per TIUS rectius scribantur? Placet cuiq; sua sententia, nec facilè aliquid certi statui potest. Micylius *Denominativa per* CIUS, *Verbalia per* TIUS scribit, Fatetur tamen multa

ex

ex Denominativis per T frequentiùs scripta legi. Primitiva ex origine æstimantur, ut *Potitius*, non *Poticius*. In peregrinis scriptura variat.]

Dius antepenultimam corripiunt, ut: *dimidius, Helvĭdius, Ovidĭus, Arcădius, Pallădius.*

Gius antepenultimam è primitivo obtinent, &: Brevia sunt; *Remĭgius, Pelăgius, egrĕgius.* Longum, *rēgius.*

Alius antepenultimam corripiunt, ut: (*Mænălius.*

Elius producunt, ut: *Cornēlius, Aurēlius.*

Ilius corripiunt, *Virgĭlius, Cæcĭlius.* Excipe longa: *Acīlius, Lucīlius, Manīlius.* Ambigua sunt: *Rutilius, Servilius.*

Olius, Ulius, è primitivis judicanda, ut longa: *Cimōlius, Amūlius*; brevia, *AEŏlius, Sedŭlius.*

Mius antepenultimam desumunt à primitivo. Sic brevia sunt: *nĭmius, septĭmius eximius, Brŏmius, Crustŭmius, posthŭmius*, Longa, *abstēmius, Opīmius.*

[*Vina fugit, gaudetq; meris* abstemius *undis*, Ovid.


Anius, Enius antepenultimam producunt, ut: *Afrānius, Mēnius, Cyllēnius, Frobēnius.* Excipe Græca per ε scripta, *Parthĕnius.*

[*Quæ enim per η scribuntur, producuntur, ut:* Ismēnius, Trœzēnius.]

Inius, Unius, corripiunt antepenultimam, ut: *Flamĭnius, Tarquĭnius, Hermĭnius.* Producunt: *Delphīnius, Trachȳnius, Gabīnius.* Ambigitur *Satinia.*

Scatinia Auson. *corripuit*, Juvenal. *produxit. Tarquinium* Ovid. *corripuit, Gabinia* Mart. *produxit. Herminius* Virg. *corripuit.*

Onius



ONIUS per *o* scripta corripiuntur, ut: *Paŏnius, Mæŏnius, Ausŏnius, Pannŏnius, Chalcedŏnius, Macedŏnius, dæmŏnius.*

Per *ω* producuntur, *Antōnius, Semprōnius, Pompōnius, pentagōnius, tetragōnius.* Sed *Apollōnius, Petrōnius Sidōnius, Iōnius,* ambigua sunt.

[Petronius *Dratius corripuit, Sidonius poëta produxit,* Sidonius *Virgilius produxit & corripuit.* Jonius *Virgilius corripuit. Ovid. & Horat. produxerunt.* Apollonius *à Martiale corripitur.*]

ARIUS, ORIUS, antepenultimam habent longam, ut: *librārius, denārius, nefārius, contrārius, senārius, sextārius, aquārius, causārius, pratōrius, &c.*

Excipe 1. *Mărius,* 2. quæ à Græcis genitivis per *o* formantur brevia, ut: *Nestŏrius, Hectŏrius, Stentŏrius.*

[*Extulit hæc Decios,* Marios, *magnosq; Camillos,* Virg. Clajus *Denarii* quantitatem ex significationis diversitate distinguit, cum tamen apud Martialem eandem significationem retineat, & producatur, altero enim loco tetrasyllabon altero verò trisyllabon est:

Vnus sæpe tibi totâ Denarius *arcâ.*

Denaris *tribus invitas & manè togatum.*

Arator *Duodenarius* corripuit, sed hujus auctoritatem veteribus non præponimus;

Quam duodenarius circumtulit ordo figuram.

Nisi & hìc duas syllabas in unam contrahere velimus per Crasin. *Nefarius* idem Clajus commune facit, deceptus falsa lectione apud Propert. lib. 4. Eleg. 4. Vide tamen Scal. in eundem & in Disticha Catonis.]

IRIUS producuntur, *Rabīrius, Podalīrius, Sīrius.*

YRIUS corripiuntur, *Sўrius, Assўrius, Porphўrius.*

Excipe *Papȳrius.*

Fac

Tu campum replices musa papyrium, *Auson.*

Erius corripiuntur; ut: *Tiberius, atherius, aëtius, Valerius.*

Excipe à Græcis ηρι@, ut: *deleterius.* Sic *Cantherius.*

Sidon. *Tiberius produxit.*

Urius modò corripiunt, ut: *Mercurius, Vulturius,* modò producunt, ut: *Arturius,* modò ancipitem habent, ut: *Mamurius.*

Asius Latina producuntur, ut: *amasius, viridasius.*

Græca corripiuntur, ut: *Iasius, Gelasius, Oribasius, Anastasius, Athanasius.*

Esius per ε corripiuntur, ut: *Ephesius, Synesius;* per η producuntur, ut: *Milesius, Magnesius, Marpesius, Etesius.*

Osius per ο corripiunt, ut: *Ambrosius, Theodosius, Hosius.*

Usius Græca producuntur, ut: *Rhamnusius, Crusius, Acherusius,* Latina corripiuntur, ut: *Volusius.*

[Syracosius *pro Syracusius corripuit Virgil. dempto* υ *ex diphthongo* ου *vide suprà pag.* 13.

Atius, Utius producuntur, ut: *Horatius, Statius, Minutius. Brutius.* Excipe Græca. *Pancratius,* item *Catius.*

Etius variant. Breve est: *Vegetius, Pometius. Helvetius* etiam Martialis corripuit. Longum est *Lucretius.*

Græca per ε brevia sunt, *Aëtius:* per η longa, *Boëtius.*

ITIUS ex primitivo cognoſcuntur: *Domĭtius* breve. *Nutrītius* longum, de quibus ſuprà in *icius* pag. 10. 77.

UTIUS, *Diŭtius* Adverb. habet antepenult. brevem, ſicut *Diŭturnus*.

Hæc fore morte mea non diuturna *māla*. Ovid.

UVIUS corripiuntur, ut: *Pacŭvius, Lanŭvium*.

IVIUS: *Livius* longum eſt. Cætera è primitivis judicanda.

Pellibus exiguis arctatur Livius *ingens*, Mart.

ATRIX, ETRIX, ITRIX, OTRIX, UTRIX, retinent primitivorum quantitatem. Sic brevia ſunt *sătrix, merĕtrix, obſtĕtrix, genĭtrix*, quæ tamen produci poſſunt.

Longa, *venātrix, delētrix, compōtrix, largītrix, indūtrix*. Sic *nūtrix*, & *mātrix* producuntur, & corripi non poſſunt.

TERTIUS MODUS

EX CONJUGATIONIBUS ET FORMIS VERBORUM.

A, primæ conjugationis charactariſtica, longa eſt ubique, ut: *amāvi, amābo, amārem, amāverim, amāre*.

Excipe *dăre* cum compoſitis *peſſundăre, venundăre, circumdăre, ſatisdăre*. Sic *dăbo, dăbam, dărem, dămus, dătis*, &c. unà cum Derivatis.

Et dare Campano troxica ſæva mero. Martial.

E, cha-

E, characteristica secundæ conjugationis longa, Tertiæ verò brevis est, ut: *Docēre, Vigēre, Pendēre: Dicĕre, Figĕre, Pendĕre.*

[Alcimus Avitus lib. 1. de Christo.
Qui cum passurus ligno sublimis in alto
Penderet, nexusq; & culpas penderet Orbis.]

I, quartæ conjugationis characteristica semper producitur, ut: *audīrem, audīre, audītum, audīturus, ībam, ībo.*

Excipe *ĭtum* cum quibusdam compositis, *redĭtum, abĭtum, adĭtum, exĭtum, perĭtum* (κατ' ἀναλογίαν,) *subĭtum, transĭtum.* At *ambitus* ab ambio producitur, vide suprà pag. 37.

Imperfectum Indicativi penultimam semper producit, ut: *amābam, dicēbam, legēbam, audiēbam, ībam, quībam.* Sic *ībo & quībo.*

Nam veteres futurum 4. conjug. in Ibo *formabant, ut:* Scibo, Sitibo, Opperibor, &c. *apud Plaut. & Terent.* expedibo, redibo, esuribo: *Et Meliss. Melet. pag.* 156. Finibit hora.

Personæ desinentes in *amus, atis, emus, etis, ote,* penultimam producunt ubique, ut: *amāmus, amātis, legēmus, legētis, audiāmus, doceātis, docēmus, audiētis, amatōte.* Excipe *dămus, dătis* cum compositis, vide paulò suprà.

Personæ præsentis in *imus, itis*, tertiæ conjugationis corripiuntur, quartæ producuntur: ut: *legĭmus, legĭtis, audīmus, audītis.*

Nota. Producuntur etiam eædem ab anomalis Volo, Nolo, Malo, Possum, Sum: *Velīmus, nolīmus, malīmus, possīmus, sīmus,* &c.

Personæ



Personæ præteriti in ĭmus, ĭtis semper c
piuntur, ut: *amavĭmus, docuĭmus, legĭmus, audi*
amaverĭtis, docuerĭtis. legerĭtis, audiverĭtis.

Personæ Futuri *ĭmus*, *ĭtis* corripiuntur
amabĭmus, amabĭtis, docebĭmus, docebĭtis.

Excipe Futurum subjunctivi modi, qu
quibusdam tantùm produci censetur, à qui
dam tantùm corripitur, hinc à plerisq; com
ne esse statuitur.

Exempla ubi producitur.

[— *Vitam* dederítis *in undis.* Ovid.
Nec mî aurum posco, nec mi pretium dederítis. E
Dein cum millia multa fecerímus. *Catull.*
Et maris Ionii transieritis *aquas.* Ovid.
Consulis, ut limen contigerítis *erit.* Idem.

Exempla ubi corripitur.

Egérimus *nosti & nimium meminisse necesse est.* V
Vidéritis *stellas illic ubi circulus axem:* Ovid.
Hac ubi dixéritis, *servet sua dona rogata.* Idem.

Diomedes inter præteritum & futurum distinguit,
acutè corripiens, hoc circumflexè producens. Contrà,
bus, Servius, & Georg. Valla utrumq; tantùm produc
& barbarismi eos accusant, qui corripiunt. Petrus R
utrumq; tantùm corripit, & exempla ad diastolen & p
eam licentiam refert. Micyllus astipulatur Diomedi,
pterea quòd ipsa exempla, quæ producuntur, magis Fu
quàm Præteriti significationem habere videntur.]

Personæ desinentes in *eram, erim, ero,* sem
corripiuntur, ut: *amavĕrim, amavĕram, amavĕro*

Præterita in VI, penultimam semper p
ducunt, ut: *lūvi, petīvi, pāvi, quiēvi, mōvi.*

U inter conjugandum corripitur, ut: *pe*
mus, volŭmus, quæsŭmus.

Quæ à nominibus veniunt, quantita
ipso

ipsorum retinent, ut: *misĕror, munĕror, numĕro, satŭro.*

Igo primæ conjugationis frequenter corripitur, ut: *Litĭgo, remĭgo, navĭgo, mitĭgo, fumĭgo.* Quædam tamen producuntur, ut: *fatīgo, instīgo, proflīgo, calīgo, castīgo, aurīgor.*

[In tertia conjugatione sunt composita à *lego, rego, ago, figo, fligo, &c.* itaq; huc non pertinent.]

Sic Ilo & Ulo derivata, quæ penultimam corripiunt, ut: *Ventĭlo, Rutĭlo, nubĭlo, pipĭlo, simĭlo, sibĭlo, mutĭlo: Ambŭlo, Postŭlo, Simŭlo, Macŭlo, cumŭlo, tumŭlo, stimŭlo, æmŭlor, specŭlor, vitŭlor, &c.* Sed *Adūlor, Depecūlor.*

[Incīlo *ab incili,* & Compīlo, Expīlo, Oppīlo, Suppīlo, *penult. longa.*

Iure, ut opinor, agat, jure increpet, inciletq;, *Lucret.*

Expilatq; *genis oculos: facit ira valentem,* Ovid.

Ad solam dominam usq; pipilabat, Catul.

Sed Depilatus *à* Dēpilis, *Mart. corripit. Sunt, qui utroq; modo rectè dici statuant, compīlo & cŏmpilo, expīlo & expĭlo, pro diversa origine. Vide Becman. Origin. L. L.*

Depecūlor *à peculium. Cogimur & culeis urgere* peculia *servis,* Juvenal.

Cæcus adulator, *dirúsq; à ponte satelles,* Juven.

Possent etiam adduci verba in ubo *correpta, ut:* titubo, cucubo, cubo, *à quibus excipiuntur* nubo *&* glubo.]

In Olor, quædam producuntur, ut: *Consōlor, Desōlo.*

[*Quædam corripiuntur, ut Hariŏlor. De* Præstolor *nondum convenit inter doctos.* Vide Taubm. dissert. & Becm.]

In o corripitur, ut: *lancĭno, inquĭno, destĭno, examĭno, procrastĭno, fascĭno, comperendĭno, circĭno.*

Excipe longa: *propīno, sagīno, festīno, inclīno, declīno, reclīno.* Sic *opīnor & vulpīnor à vulpīnus.*

 Pastino



Pastino *dubium est, vulgò tamen corripitur, cum derivatis & compositis.*]

Frequentativa in ITO corripiuntur, ut: *factĭto, esĭto, clamĭto, ĭto, cĭto.*

Frequentativa in SO supinorum quantitatem, quæ longa ferè est, sequuntur, ut: *viso.*

Meditativa vel Desiderativa in URIO antepenultimam corripiunt omnia, ut: *esŭrio, lectŭrio, cœnatŭrio, partŭrio.*

Scalpūrio *enim*, ligūrio & scatūrio, *quæ producuntur, inter Meditativa non referimus.*

Exempla. Parturiunt *montes, nascetur ridiculus mus,* Horat. *Teq;* reparturiens *& mente & corpore Christo*, Alcim. *Sustulit* esuriens, *minus hoc jucundius amicis*, Horat. *Nil ibi quod nobis* esuriatur *erit,* Ovid. Cœnaturit *Vacerra non* cacaturit. Mart. *Noctibus hic ponunt lecticas,* micturiunt *hic,* Juvenal. *E quibus cætera cognoscenda. Scalpurio apud* Plaut. *extat. Vbi erat* hæc *defossa, occœpit ibi* scalpurire *unguibus,* Aulular. Ligurio *videtur per epenthesin Ligurrio duplici R scribi. Proculdubio enim est à* Ligur, liguris Horat. —*tepidumq;* ligurier *ius.*]

Diminutiva in ICO penultimam corripiunt, ut: *albĭco, nigrĭco, fodĭco, vellĭco, candĭco.*

[Cornīcor à cornīce *longum est, nec diminutivum.*]

UTIO antepenultimam producunt, ut: *balbūtio, cæcūtio.*

Appendix de Adverbiis.

Adverbia in ATIM, ITIM, OTIM, UTIM, penultimam habent longam, ut: *gregātim, virītim, verbōtim, minūtim.* Sed in ITUS & ITER penultimam corripiunt, ut: *fundĭtus, cœlĭtus, radicĭtus, fortĭter, gnavĭter.*

[Statim

[Statim tamen præter correptum *Affatim*, non nunquam etiam producitur:

Verùm si quid agès statim jubeto. Catull.
Stulta est fides celare quod probas statim. Senec.
Eligit aërium statim sibi corpus adaptans. Alcim.
Tum succisa Ceres statim cum mergite culmi. Fest.

Vbi tamen Micyll. suspicatur stratim legèdum. Nos suprà pag. 24. inter longa à brevibus derivata propter hanc ambiguitatem posuimus, quam tamen significatio variata ipsi confert. Vide etiam pag. 36. v. ult. Ita Nonius de varia significatione: Statim productâ primâ syllabâ à Stando, perseveranter & æqualiter significat; sed a Statuo primâ brevi, mox significat. *Henrichm. in Racem.* Affatim Priscianus tantùm corripi tradit, quòd sit à Græco ἀφάτως, ut: *Tum jecore opinio farta & satiata affatim*, Senarius Accii. *Sed* Arator produxit, *Suppetit affatim exemplorum copia, nósque, &c. Sed media correptâ pronunciandum, satis nos docuerunt. Quintil. Gell. Valla & alii. Taubmannus.*]

ALIÓQUI penultimam producit, ut:

Quod mœchus feret, aut Sicarius, aut alióqui. *Horat.*

QUARTUS MODUS.

EX COMPOSITIONE IN MEDIIS SYLLABIS.

Quæ ex duobus integris componuntur, retinent quantitatem simplicium, præsertim si separatim scribantur, ut: *verī-simile, agrī-cultura, agri-cultor, ludī-magister, crucī-figo, jurē-jurando, manū-ductio.*

[Fortun. *(qui vixit anno Christi 570.)* *crucifixus* corripit.
Qui crucifixus *erat, Deus ecce per omnia regnat.*
Primogenitus Sedul. producit. Expulerat primogenitum *sævissimus anguis.*



Et jure tueri jurando *quærebat enim* —— Juven.

Quæ verò è duobus corruptis, vel alterutro corrupto componuntur, ſi prior pars ſit è verbis tertiæ conjugationis, E corripitur, ut: *trĕmĕfăctŭs*. Virgil. *Participromus*, & *perterricrepus*, poſitionem habent liquidam.

Sin è verbis ſecundæ conjugationis, E tàm corripi quàm produci poteſt, ut: *Liquŭĕfacio*, *Călĕfacio*.

[*Thura* liquefaciunt. Ovid. *Et media adverſi* liquefacto *tempora plumbo*. Virgil. *Correptio tamen frequentior eſt*. Verep.]

Vidēlicet tantùm producitur, item *Scīlicet*, *īlicet*, [Scilicet *hoc etiam reſtabat*. —— Ovid. Ilicet *ignis edax*. Virgil.]

Si prior pars ſit è nominibus, I corripitur, ut: *Fatĭdicus*, *multĭplico*, *cauſsĭdicus*, *crucĭfer*, *ensĭfer*, *agrĭcola*, *armĭger*, *ſignĭfer*, *totĭdem*, *Arvĭpendium*, *id eſt*, χοινο-γεωμετρικός.

[O crucifer *bone luciſator*. Prud. Dactylicus. *Armiger ante fuit*. —— *Virg*.]

Excipe *prīdie*. *poſtrīdie*, *quīlibet*, *quīcunque* & reliqua ex *Qui*, *Quanti*, *Tanti* & *Quali* compoſita. Item: *Merīdies*, *Tībicen*. *Quotīdie* anceps eſt, *Hŏdie* corripitur, vide de Terminatione in C. *Venēficus* producitur.

[*Sacrificium* ab Aratore producitur, ſed *ſacrificus* & *ſacrilegus* ab Ovidio & Tibullo ſecundùm regulam corripiuntur.]

NOTA. Quæ ex integro priore componuntur, illius quantitatem retinent, quæcunq; ſit vocalis, ut: *quaquāverſum*, *quantăcunque*, *quantōlibet*, *quōlibet*, *cuidam*.

[*Pridie*

[*Pridie* producitur, quia est à pris, pridem. *Catull.*
Converritorem pridianæ *reliquia. Est* Jamb Senar.
Postridie. Venit Chremes postridie *ad me clamitans.* Jamb. Senar.
Quilibet. Catull. *Aut* quilibet *qui puriter lavit dentes.* Scazon.
Quicunq, Virg. *Seu* quicunque *furor.* ——
Meridies Hor. *Inclinare* meridiem.
Catull. *Iube ad te veniam* meridiatum.
Matt. *Interjungit equos meridiana.*
Fortunatus tamen corripuit, & primam produxit.
Luna nec in noctem, sol neq, meridie.
Producitur autem ideò, quia est crasis pro medii dies, sicut & *Tibicen* pro *tibiicen.*
Prop. *Nile, tuus* tibicen *erat crotalistria Phyllis.*
Horat. Tibicen *traxitq, vagus per pulpita vestem.*
Quotidie. Matt. *Levis dropace tu* quotidiano.
Catull, *Conjugis in culpa flagravit* quotidiana.
Terent. *Nam mihi quidem* quotidie *augescit magis.* Jamb. Senar.
Veneficus. Ovid. *Barbara narratur venisse* venefica *tecum.*
Hodie. Ovid. *Qui non est* hodie, *cras minus aptus erit.*
Forma sacrificii *perfecti prisca canistro,* Arator.
Martia sacrifico *deductum nomen ab Anco.* Ovid.
Nec nos sacrilegos *templis admovimus ignes.* Tibull.]

Sin ex inflexibilibus orationis partibus, retinetur quantitas simplicis, ut; *malĕdicus, benĕfactum, sīquis, nēquis, nēquicquam, nēquaquam, nēcubi, nēdum, sīcubi, sīcui.* Verepæus addit *nēquando.*

Excipe 1. *Sĭquidem, ibīdem, ubīque, nĕfas, nĕfastus, nĕqueo, nĕfarius, quandōque quandŏquidem, quandōcunque.*

Ex Retró, Intrò composita plerunq; o producunt, ut: *intrōgressus, Vbĭ ivis* indifferens est & *ubĭcunque.*

De *Neutiquam* nondum convênit inter Grammaticos, correptio autem tutior est.

[Quidam Neutiquam correptum esse volunt, & statuunt, Jambicum illum octonarium Terentii puris Jambis constare, *Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto.* Analogia certè suadet, ex *Ne* & *Utiq*, unde *utiquam* inusitatum.

Prop. *Utere, ne quis eat liber amore dies.*

Virg. —*Heu tantis* nequicquam *erepte periclis.*

Hor. Nequaquam *satis in re una consumere curam.*

Lucan. Nec ubi *suppressus pereat gener.* ——

Hor. Nedum *sermonum stet honos & gratia vivax,*

Virg. *Quare age* siquid *habes.*

Idem. *Frigidus agricolam* siquando *continet imber.*

Idem. Sicubi *magna Iovis antiquo robore quercus.*

Mart. *Tertia res hac est, quod* sicui *fortè legeris.* (*ctus.*

Ovid. *Qua mihi ventura est,* siquidem *ventura sene-*

Virg. *Crebra ferit demissa aures, incertus ibidem.*

Mamertus tamen corripuit: *Cognosces* ibidem. —

Quidam volunt à Plauto quoque correptum.

Vidi in publica celoce ibidemq; *illum adolescentulum.* Troch. Micyllus.

Licet apud Nonium legatur *Ibidem*, non *ibidemq;*. Despaut. citat brevitatis exempla è Juvenco: sed perperam, ut ait Micyll. & viciosè.

Virg. —*Nec quicquid* ubiq; *est.*

Idem. *Clamat iò matres, audite* ubicunq. Latinæ.

Ovid. *Te, dea, munificam gentes* ubicunq; *loquuntur.*

Idem. *Servor* ubicunq; *est, uni mea gaudia servo.*

Horat. *Non* ubivis *coramq; quibuslibet, in medio qui.*

Sic Melissus Melet. p. 181. Publica res ubivis gerit u... bene. Ubi tamen alii monent divisis syllabis esse scribendum, *ubi vis.* Vide Becman. Pronunciatur etiam productè.

Virg. *Nomen & arma locum servant te amice* nequivi

Horat. *Quam* nequière *proci.*

Juven

Juven. *Credebant hoc grande* nefas *& morte piandum.*
Hor. *Aut humana palàm coquat exta* nefarius *Atreus.*
Ovid. *Ille* nefastus *erit.* ——
Hor. *Indignor,* quandoq; *bonus dormitat Homerus.*
Virg. *Dicite* quandoquidem *in molli consedimus herba.*
Hor. Quandocunq. *trahunt invisa negotia Romam.*
Ovid. *Ipse* retroversus. ——
Virgil. *Postquam* introgressi. ——
Lucr. *Sic animas* introduxerunt *sensibus auctas.*]

2. *Idem* Masculinum producitur, Neutrum corripitur.

[Virg —— *Amor omnibus* idem.
Ovid. *Nil prodest, quod non laedere possit* idem]

3. *Sacrŏsanctus* à Drepano corripitur, Clajus censet esse commune pro modo scriptionis, *Bardŏcucullus* corripitur à Martiale. *Controversus* breve apud Sidon. legitur.

[Drepan *Te laudat cœli sacrosancto exercitus ore.*
Buchan. Ps. 105. *Et* sacrosancti *fœderis scientiam.*
Mart. *Gallica Santonico te vestit* bardocucullo.
Declamatio controversiarum. *Phaleuc.*
Micyllus judicat etiam produci posse, & rectè.]

Compositorum Græcorum o breve est, ut: *Astrŏnomus, Christŏphorus, Oecŏnomus.*

Excipe pauca in quibus est ω, ut: *Minōtaurus, Geōmetra, Lagōpus.*

[*Geometricus ab Aus. corripitur.*]

QUINTUS MODUS.
EX DIMINUTIONE.

Diminutio est, cùm de fine dictionis una vel plures syllabæ tolluntur, & ex residuo cognoscitur Quantitas, ut E in *docuĕrimus* breve, elicitur ex diminuto *docuĕrim*, PI in *lapidibus*

ex diminuto *lapĭdis*. Sic I in *perĭtorum*, & U in *for-
tŭnatus* longum esse intelligitur ex diminut
rĭtus & fortŭna.

[*Quamvis & Diminutio Compositioni intellecta no
similis videatur, attamen in utraq; differentia est. Na
Compositione tantùm spectatur quantitas syllabæ prim
Diminutione mediarum & inprimis antepenultima
dictione diminutâ fit penultima, & ex accentu ejus
tur: huc quoq; facere possunt quæ suprà diximus, p. 29
autem hic modus syllabas cognoscendi imperfectior,
præsupponit notitiam alterius syllabæ.*]

SEXTUS MODUS.
EX PRONUNCIATIONE.

[*Cùm nulla vox proferri queat absq; adminiculo a
tus, facilè inde perspicitur, quàm necessaria ejus sit cog
à Grammaticis autem definitur*, Modus omnis, qu
laba afficitur in loquendo seu scribendo: *ubi non
tùm affectio* acuta, gravis & flexa *intelligitur, sed*
Tempus, Spiritus & Discretio, *de quibus sigillatin
psius agit* de rectâ pronunciatione Ling Lat. cap. 17
nam verò illam affectionem Tenorem *appellat, seu*
suram syllabæ in scriptu aut effatu ex Lege sive M
Legem *hic nominat, quando certis Grammaticorum
lis docetur, quomodo vel scribi vel efferri debeat*. M
*intelligit, quando contra Grammaticorum regulas
sus contrarium obtinet: sic dixerunt*, Muliĕris, Dé
Próinde, Siquando, Aliquando, Enímvero, Exác
sum, Orbísterræ, Jurifcónfultus, &c. *Et illud ex Pr
nò, Agellio, Charisio & aliis probatum facit. Vide plur
dem, cap. 21. & vincinis Iul. C. Scalig. de causis ling L
Cornel. Valer. item Servium ad vers. 743. 6. Æn. Por
que hic modus cognoscendi syllabam, artu est, imò s
rem æstimemus, petitio principii est. Ortus autem est
rupta vulgi pronunciatione, quo nimium quantum
puina antiqua deflexit. Et nisi observatio de Voca e*

Ius, & Græcis Nominibus, aliquid momenti haberet, potuit hic modus planè omitti.]

Ex pronunciatione, penultimæ tantùm syllabæ polysyllaborum cognosci possunt. Si enim accentus antepenultimam occupet, penultima brevis est: sin in penultima, eadem est longa, ut: *docuĭmus, docēre.*

Excipe Vocativos Nominum in IUS, de quibus suprà pag. 36. Item Vocalis naturâ brevis ante mutam cum liquida in pronunciatione corripitur, quantumvis in carmine producatur, ut: *tenĕbra. Vide suprà pag. 9.*

[De pronunciatione non vulgaria annotat Taubmannus noster in Curcul. Plauti. A. 1 sc. 1. v. 2. *In Græcis nominibus non quantitatem, sed accentum spectaban..: quia, ut etiam notat Servius* in lib. de Accentibus, *Latini eundem accentum quem Græci habent, efferunt in Græcis nominibus Verbi gratia, quia vox hæc εἴδωλα habet accentum in prima, Latini eodem accentu extulere* idola; *quæ quidem vox semper brevis est ap. Prud. Græcis dicitur Εὐριπίδης, eodem accentu Latini semper extulerunt: Propterea penultimam producit Sidonius, non quantitatem sed accentum Latinum secutus.*

Orchestram quatit alter Euripídis.

Iidem Græci dicunt μαρσύας, propterea secundam producit idem.

Marsiæq; *timet manum ac rudentem.*

Iidem Græci pronunciant ἄρατος nomen ejus qui φαινόμενα scripsit: Sidonius contra veterum Latinorum morem, qui mediam semper produxerunt, corripit.

Diversas Arato *vias cucurrit.*

Deniq; inspice totum Sidonium, totum Prudentium & alios: invenies semper, eos non syllabas Græcas, sed accentum Græcorum esse secutos. Sic Ausonius in voce τρίγωνος facit, quia accentus non est in media, quæ longa est, propterea eam corripit.

Per totidem partes trigonorum *regula currit.* Et:

Fulgur tetragono *aspectu vitale coruscat. Quis audebit dicere, Ausonium ignoratione Græcarum literarum hoc cõmisisse? Nemo, sanè quidem, ut puto. Sed iis temporibus stultè videbatur non ibi producere syllabã, ubi accentus esset, quia is est mos Latinæ linguæ: adeò ut Plautus in hoc secutus sit judicium vulgi, quia non cum doctis, sed cum plebe rem sibi esse videret, nam semper apud illum* Phædromus *est dactylus, qui Græc. φαίδρωμος! Item quia Φίλιππος dicitur accentu in prima, eodem mediam corripit & nunquam aliter invenies apud Plautum, quin mediam in nomine* Philippus *corripuerit, quod mirum est in positione. Sed quærenti caussam accentum semper prætexet. Talia multa sunt apud Plautum, quæ studiosos per se, quàm operâ meâ cognoscere malim. Contrà ætate Planti, ut in quantitate syllabarum, sic & in declinationibus Latinismos admittebant. Dicebant enim* Nestórem, Hectórem, *quomodo Rectórem, Mensórem & similia.* Vide etiam Jos. Scaliger. L. Auson. lib. 2. cap 21.

Ita Ausonius & Prudentius Nominativum *Utráque* mediâ longâ, quę alioqui naturâ corripitur, posuerunt;

Odit utráque aliud da modò consilium, Auson.

Non festinato tempore utráque daret, Idem.

Frivola utráque & utráque nihil, Prud.

Tua sunt tua, Rector, utráque, Idem.

Spargebat Domini, sunt unum fulmen utráque.

Ad quod Idem *Scal. d. l. l. 1. c. 29.* An mendum esse dicemus? minimè gentium, &c. rationes vide ibidem. Id quod & vetus Membrana nostra Virgilii Georgicis mss. annexa asserit, *de quo suprà pag. 39.*

Quibus exemplis ex abundanti addi possunt & hæc, Paráclètus *apud Prudent*

Spirat de patrio corde paráclètum. Quia Græcis est παράκλητος.

Ex vitio phrènesis *cerebri furiosa movetur,* Seren.

Cùm Græcè ita scribendum sit, φρένησις. Eremus *Prud. ab* ἔρημος. *Sic* myrmice, *Catull. correptè.* Item, quæ etiam

etiam extra pronunciationem è Græcis longas corripiunt, ut βύτυρον.

Lac niveum, butyrumq; *novum cum melle comedit*. Valg.

Infundens accido comam butyro. Sid.

Κρηπίς. *Non hic qui in* crepidas *Græcorum ludere gestit*, Perſ.

Συρακοῦσαι. *Prima* Syracuſio *dignata eſt ludere verſu*, Virg.

Χαλκηδών. *Hinc* Chalcedon *hebes perfunditur ex hyacintho*, Prud.

Ἐκκλησία, Eccleſiam *pulchro Chriſtus ſibi junxit amore*, Sedul.

Αἵρεσις. *Cognomento* hereſis *Deus eſt mihi diſcolor, inquit*, Prud.

Ἐθνικός. *Si licet ex* Ethicis *quicquam præſumere, vel ſi.* (Prud.

Αἴνιγμα. *Legis in effigie ſcriptum per* enigmata *Chriſtum*. Id.

In his tamen & ſimil bus notandum eſt illud Scaligeri. *Memineris oraculum noſtrum: Pauca licere perfecto Poëtæ. Non quodvis argumentum, non quævis vox, nõ quævis junctura vel vocum, vel numerorum inter genuinas legitimáſq; referri debet*, lib. 6. Poët pag. 816. *Item: A communibus regulis, ſi quid diverſi apud antiquos invenitur poëtas, non omni in loco imitandum, ſed obſervationibus eruditorum reſervandum eſt*, Fabric. l. 1. pag. 36. *Porrò, ut hæc pleniùs intelligantur ſciendum eſt, veteres accuratè diſtinxiſſe inter Accentum & Quantitatem, in ipſa pronunciatione inprimis Græcas: Neq; enim dixerunt, ut vulgus putat & pronunciat*, éremus, trígonus, tetrágonus. *&c. mediâ correptâ, ſed accentum in antepenultimam ita collocârunt, ut nihilominùs penultima ſua quantitas ſalva maneret. Vitioſiſſimè igitur vulgò hodiè pronunciatur* ἄνθρωπος, anthropos, *cùm ſit media longa, quam ineptam falſámque prorſus pronunciationem, vel Carminum Græcorum ratio detegit, explodit & ſufficienter refutat. Sed ita pronunciandum* anthropos *velut Germani ſua polyſyllaba efferunt, in quibus penultima eſt longa: ut*, antragen / vnchen / anſehnlich / mitleidig / b.ttſelig / anmuhtig / abhofen / &c.

SEPTI-

SEPTIMUS MODUS.

EX ANALOGIA.

Ex analogia cognoſcitur ſyllaba media, pro
pter ſimilitudinem derivationis: ut, quemad
modum media producitur in *loquēla*, ſic & me
dia in *cautēla*. Sicut *vinōſus*, ita *lutōſus*, ſicut *alūmen*
ita *legūmen*, ſicut *monŭmentum*, ita *docŭmentùm*, ſ
cut *Mæcenas*, *mæcenātis*, ita *Abbas*, *Abbātis*, Hæc enim
ſi originem ſpectes, ſub eandem rationem ca
dunt.

Ex hac præcedentes regulæ ut plurimùm ſunt extructæ
Conſtituuntur autem collectis exemplis, ex quibus reliq
di udicantur, niſi quæ poëtarum autoritas à communi le
eximit. Eſt autem notandum, Analogiam hanc in ſola
militudine conſiſtere, quam Grammatici ἔγκλισιν, *ſeu A*
firmationem *vocant, in literis primitivi acceſſoriis ſeu a*
cidentalibus, non in ipſo themate, ſeu primitivi eſſentialib
literis, neque etiam in derivativis diverſi generis; Ve
non poſſum Plico *referre ad analogian* albico, *quia lite*
Plic *ſunt eſſentiales, ſed in* álbico *literæ* ic *ſunt accident*
les: neque poſſum Cornicor *ad analogian* álbico *æſtima*
quia illud eſt à Genitivo Nominis, hoc ex Formis Verboru
Sed Nígrico *poſſum rectè judicare ex* álbico, *quia utrum*
eſt Diminutivum. Et Nutrícor *poſſum rectè judicare*
cornicor, *quia utrumq; eſt à Genitivo Nominis in* IX.
ſic de aliis.]

CAPUT V.

DE TERMINATIONE, SEU DE VLTIMARVM SYLLABARV QVANTITATE COGNO- *ſcenda.*

[*Proximis duobus capp. de Primarum & Mediarum*
labarum quantitate actum eſt, reſtat ut hoc de Vltimis q

qui syllabis agamus, quæ certis etiam regulis, Poëtarum exemplis munitis & confirmatis docentur. Terminantur autem aut vocalibus aut consonantibus: quæ secundùm alphabeti ordinem cognoscenda sunt.]

Terminata in A.

CORRIPIUNTUR 1. Nomina in A primæ aut tertiæ declinationis, ut hæc *Musă, ô musă, poëmă, Agamemnonă.*

2. Pluralia neutra, *Stamnă, feliciă, cornuă, quadringentă, triă.*

PRODUCUNTUR. 1. Ablativi primæ declinationis, ut: *Musā.*

[*De Vtraque dictum est paulò ante, pag. 94.*]

2. Imperativi primæ conjugationis, ut: *Amā.*

[*Catullus Imperativum* commoda *corripuit; Ita quoque* Puta *legitur ultimâ brevi, sive suam Verbi retineat significationem, sive (pro scilicet) adverbialiter usurpetur, quod & Cordus Poëta Hassus & alii doctissimi hujus ætatis Poëtæ rectè imitati sunt: Vide Servium ad vers. 651. lib. 2. Æneid.*]

3. Vocativi primæ in AS & ES, ut: *ô Æneā, Theutrā, Anchisā*, item ab AS longa tertiæ, in *Pallā, Áthā. Colchā.*

[Atrida *tamen Propertius corripuit, & Ovidius* Oresta. Ovid. *Fecerunt furiæ tristis Oresta tua. Sed hic Vocativus est à Nominat. Latina terminationis in A, ut Propert in Atrida: Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho est.* Et Philip. Melanch. lib. 4 Epigr.

Hunc Andrea diem cara cum conjuge natos,
Spero equidem lætos concelebrare tuos.]

4. Partes indeclinabiles, ut: *prætereā, propterea, anteā, intereā, frustrā, suprā, circā, contrā, ergā, &c.*

Excipe *itā, quiă, posteă, Eja.*

[*Probus*

Probus addit Eja, *cujus correptionem, ut Virgilius sem-per vitavit, ita ubivis vocalem subjecit, quâ postremâ de-glutiretur, ut* Eja agè rumpe moras. Contrà *Manilius corripuit. Contrà jacet cancer patulam distentus in alvum.* Corripit & Auson. *Sæpè mora est quoties contra parem dic-bites.* Pentam *Virgilius autem producit. Quia apud Auso-nium etiam producitur.*]

AMBIGUA sunt numeralia indeclinabilia *in Ginta: trigintā, quadragintā, &c.*

[*Virgil.* triginta *produxit. Manilius vetustior Virgili-o corripuit. Idem Manil.* quinquaginta *produxit, Martiali-s corripuit.* Quadraginta *Victor corripuit.* Sexaginta *Mar-tialis & produxit & corripuit, corripuit etiam Petr. Arbit.* Nonaginta *Auson. corripuit.* Halleluja *quoq; indifferen-s est.*]

E.

CORRIPIUNTUR 1. Nominativi, Accusa-tivi & Vocativi neutrorum, ut: *cæpĕ, cubilĕ.*

2. Ablativi tertiæ declinationis, ut: *hostĕ.* Ex-cipe unum *famē.*

[*Hoc si contigerit,* fame *peribis.* Mart.
Idq; inde est, quia olim quinta declinationis fuit. Gell. lib. 9. cap. 14.]

3. Vocativi secundæ, ut: *Dominĕ.*

4. Præterea omnes terminationes conju-gationum, *amarĕ, docerĕ, legerĕ, audirĕ, legĕ.*

Excipe producendos imperativos secundæ ut: *docē.* Sed *Vale, & Cave, & Vide,* inter communi-s recensentur.

[*Quia antiquum suum jus tertia videlicet conjugatio-ni, cui olim adscripta erant, ita tuentur.*
Responde *tamen* Martialis *corripuit,* 3. 4.
Si quando venies dicet, responde *Poëta*
Et longum formose vale vale, *inquit Iola,* Virg.
Idq; quod ignoti faciunt vale *dicere saltem,* Ovid.

Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis. Idem.
Vade, vale, cave ne titubes, mandataq; frangas. Hor.
Hoc vide, ne rursum levitatis crimine damnes, Cato,
Auriculas vide *sis ne majorum tibi fortè,* Pers.
Incumbens obrussa mero, vide *lata comantem,* Val.]

5. Adverbia à nominibus in Is, ut: *impunĕ, facilĕ,* quibus hæc addantur, *antĕ, absquĕ, agĕ, eccĕ, eugĕ, herĕ, pro heri* (Juven.) *herclĕ, fortĕ, magĕ, manĕ, potĕ, propĕ, ponĕ, nempĕ, penĕ, quippĕ, rītĕ. spontĕ, sæpĕ.*

[Temere, *quod tamen produxit Tertull.*
Immemor ille Dei temerē committere tale. Sed Seneca probatæ Classis Poëta corripuit.]

6. Encliticæ *quĕ, nĕ, vĕ, & tĕ, cĕ, ptĕ,* syllabicæ adjectiones, ut: *tutĕ, hujuscĕ meaptĕ.*

7. Pronomina *illĕ, ipsĕ, istĕ.*

PRODUCUNTUR 1. Ablativi quintæ declinationis, ut *speciē, faciē.* 2. quæ Græcis per η scribuntur, ut: *Euterpē.* Item Vocativi & Ablativi primæ declinationis, ut: *ô Anchisē, à Laërtē,* & Pluralia neutra, ut: *Tempē.* 3. Monosyllaba, *Mē, Tē, Sē.* 4. Adverbia à nominibus adjectivis in R & Us, ut: *ægrē, doctē,* quibus adduntur *ferē, fermē, hodiē, quarē, pridiē. postridiē, ohē.*

Excipe *benĕ, malĕ.*

[*Iuvenalis* Calpe *malè corripuit, ut scribit Scaliger, quia Græcè scribitur per* η. *Veteres Accusativos Pronominum duabus syllabis efferebant:* Mehe, Tehe, Sehe, *quos jam contractè effamur.* Longè, Clarè, Infernè, *corripuit Lucretius.* Supernè *Idem & Horatius.* Apprimè *Virgilius, ubi noster mscr cum Erythreo habet* Apprima, *contrà habet noster.* Asper acerbè sonans. 3. *Georg. v.* 149. Hodie, Pridie, Postridie *ex Ablat. quinta oriuntur.* Ferè, *ab Ausonio, corripitur. Sed notandum veteribus ista Adverbia brevia fuisse, ut.* Longe tamen parte ab summâ cum tota videtur, *Lucret.*]

PRO-

PRODUCUNTUR Latina omnia, ut: *dix* *domini, felici speciei, audi, qui, ni, si, hi.*

Observatio.

COMMUNIA sunt: *mihi, tibi, sibi, ubi, & cu* divisis syllabis.

Excipe Græca quæ ferè brevia sunt, tàm i Dativo quàm Vocativo.

[*Pari à Paris* breve. Ovid *Amarylli*. Virgil. *Alexi* Idem, &c. *Cypri* tamen Auson. producit, voca tivum à Cypris.

Stat. Palladi *littoreo Scyros celebrabat honorum, Forte diem.* —— ——

Catull. *Morte ferox Theseus qualem Minoidi luctu Obtulerat.*

Ovid. *Quanta sit herbarum* Titani *potentia, nulli Quàm mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis.*

Sæpiùs etiam corripiuntur, *Ubi, Ibi, Nisi, Quasi, Cu* Verep, & *Sicuti*. Lucret. *Sicuti quadrupedum cum prim esse videmus*]

O.

COMMUNIA sunt, ut: *Leo, Virgo, Ego, lego, n lo, dico, ergo, quando.*

Excipe 1. Dativos & Ablativos, & quæ a istis casibus fiunt, quæ semper producuntur, u *Domino, iccirco, ideo, adeo, tanto, quanto, merito, fals crebro, mutuo, paulo.* Et *ergo* quando pro causa v gratia ponitur.

2. Græca in ω, ut: *Sappho, Dido, Meneleo, Andr geo.*

3. Sed quæ in ων exeunt & N abjiciunt apu Latinos corripiuntur, ut Plato, Cato.

Obs

Observatio.

Monosyllaba tantùm produci quidam volunt. *dō, stō, nō, flō.*

[Henr. Steph. Do corripuit: *Sed numerus horum qua do, qua brevi dabo.* Do *quod vis.* Virg. *Iam jam efficaci do manus scientia.* Horat.]

Duō, ambō, octō, sciō, tutiùs corripiuntur.

[Ego, Virgil. corripuit. Idem in Diris (si modò ipsius carmen est, & non potius Valerii Catonis) producit; Ausus ego primus.

Et Terent. *Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto.* Jamb. Octon.

Idem etiam Ausonius produxit, nam Latini Poëtæ Græcæ terminationis quantitatem sæpè sequuntur. Vide Scal. de C.L.L. cap. 26. Duo *apud Virg. breve, apud Auson. longum extat.* Ambo *breve apud eundem.* Octo *breve apud Martialem.* Scio & Nescio *brevia apud Virg.* Et quis dubitat alibi producta extare? Taubmannus & Melissus non malè pro communibus habent.]

Gerundia in Do à Virgilio ferè producuntur, sed ab aliis Poëtis usurpantur communiter, *Verep.*

[*Aufer & ipse meum pariter* medicando *dolorem*, Tibull. Naturâ tamen longa sunt, tanquam analoga Ablativis: usu verò corripiuntur à poëtis.]

Modò, immò, illicò, citò, quomodò, dummodò, postmodò, cedò, pro dic, ferè corripiuntur.

[*Modò* apud Victorin. longum legitur, sed apud Horat. breve. *Imò* Martialis corripit, *citò* Horat. corripit. *Quomodo* Catull. producit. Martial. corripit, & Horat. *Dummodò* & *Postmodò* Tibullus corripit. *Illicò* corripit Auson. & Sidon. *Cedò* Juvenalis corripit.

Serò, *Quandò*, & producere & corripere licet. *Verò* adverbium semper producitur; Conjun-

ctio censetur indifferens. *Omninò* Virgil. producit, Prosper corripit.

[*Serò* Tibullus producit, Statius & Juvenal. corripiunt. *Quandò* Horat. producit, Martial. corripit. *Verò* adverb. Virgil. producit: conjunctionem Prudent. in carmine corripuit:

At verò postquam lectuli. Jamb. Dimetr.

Scal in Ata: *Dicunt Cothurnum sola verò perdicum.*

Non equidem omninò capta aut deserta viderer. Virg.

Haretici sensus nullumq; omninò relictum, Prosp.

U.

Producuntur omnia, *cornū, fructū, Panthū, diū. tū.*

[*Excipitur* Nenu *antiquum & insitatum pro* Non *apud Lucretium.*]

B. D. T.

Corripiuntur, ut: *Ab, Id, Et, Caput.*

[De præpositionibus suprà dictum. Peregrina produci solent, quæ per ω & η scribuntur. *Iacob* & *Iacobus* Victorin & Fortunatus corripuerunt, Juvencus produxit *Iobus* penultimam pronunciatione producit. At quæ in *ab* vel *eb* terminantur vel *ib*, fortasse leges sibi præscribi non patiuntur: exempla enim nulla extant. *David* interdum producitur, interdum corripitur.

Erecto indulget Davidis *origine.* Juvenc.

Cur ego Davidicis *assuetus cantibus.* Sedul.]

C.

PRODUCUNTUR omnia: exceptis *Něc* & *Doněc* brevibus. *Hic* pronomen indifferens est. Sed Adverb. *Hic*, semper producitur. Dativus *Huic* divisis syllabis producitur à Terentiano Mauro.

[*Scaliger Neutrum* Hoc *corripi tradit, de carminibus Comicis, & hanc correptionem etiam inde deprehendi docet,*

tit, quod consonante amissâ in Adverbio Hodie *prima syllaba brevis sit. Vide plura ibidem & Erythr. in Indice Virgiliano, & apud Velium Longum de Orthographiâ.*]

Lac, ab Ennio & Sereno producitur. *Facautem*, (de quo tanta contentio est,) utroq; modo reperitur, correptionem tamen magis amplectimur.

[*Lac asinæ placidæq; bovis prodesse feruntur.* Seren. *Eobanus Hessus princeps sui seculi poeta, breve voluit esse* Fac *quia à brevi themate esset. Cui astipulatur Micyllus, propter exempla brevitatis frequentiora. Nam reperitur apud Lucr. correptum.*

Non possunt, fac enim minimis è partibus esse.

Et apud Mart. *Signa rarius, aut semel* Fac *illud.* Phaleuc.

Sed quidam (inter quos Scal.) contendunt Face *legendum esse.* Ovid. *produxit.*

Hos fac Armenios, hæc est Danaëia Persis. Corripuit idem Ovid. in isto: *Mille fac esse jocos — Et iterum — fac ut ambulet, &c. ubi alii legunt, fac ambulet. Mantuanus* Fac *produxit eclog. 5.* Vide Micyll. & Scal g. de versib. comicis. *I. Lipsius corripuit* Sic *in Afriicoll. cap. 5. quod cave imiteris inventus.*]

De peregrinis, censent producenda esse, ut Sadoc. Verepæus *Abimelec* & *Melchisedec* corripi ait.

L.

CORRIPIUNTUR, ut: *Mĕl*, *Annibăl*, *Pŏl*, (*adverb.*)

Excipe *Sōl* & *Nil.*

[*Quis* mel *Aristeo.*—*Pers.* Sal *producitur:* Sal, *oleum, panis, mel piper, herba, novem.* Auson. *Non* Sal *Oxyporúmve Caseúsve.* Stat. Pol. *Aldus produci tantum vult, sed Terentius corripuit*, Eunuch. act. 1. sc. 3. Sol *ideò produci ajunt, quia à Solus.* Nil *contractum est ex Nihil.*]

Peregrina in EL produci solent.

[*Peregrina ideò produci solent, quia Græcè longa vocal* *scribuntur, ut Δαυὶδλ.*]

M.

M. In fine eliditur. In compositione autem corripitur, ut *circŭmagi*. Juven.

Circumagi *quendam volo visere non tibi notum.* Ita *Quamobrem* citra elisionem.

N.

CORRIPIUNTUR, ut: *ăn*, *forsităn*, *lumĕn* *exĭn, deĭn, tamĕn.*

[Auson. *An produxit: Æmula num fidei memor* an *insi* *da senatus.*]

Excipe 1. producta in AN: Græca, ut: *Pæān*

2. Accusativos in AN primæ declinationi Græcorum, ut: *AEneān.*

3. Quosdam etiam secundæ, ut: *Electrān*, qua à Græcis petenda sunt.

[*Dicimus quosdam, quia multi corripiuntur, ut:* Majan & Electran, Taygetanq; Jovi, Ovid.]

4. In EN Latina, *ēn, rēn, splēn, liēn.*

5. Græca, ut: *Sirēn, Anchisēn.* Quæ per η scribuntur.

6. In IN Latina, *quīn, alioquīn, sīn.*

7. Græcos nominativos, *Delphīn.*

[*Accusativi enim corripiuntur, ut:* Procrin, Thetin

In ON excipitur Latinum, *Nōn.*

8. Græca per ω scripta, ut: *Actæōn.*

[*Per o enim scripta brevia sunt:* Ilion.]

9. Dicta per Apocopen variant. *Virg.* corr pit *viden'*:

[*Educit,* viden' *ut gemina stant vertice crista.*

Ovid *corripit* Nostin':

Nostin' *an exciderint mecum loca.*

N

Nemon' *producit* Horat.

Illuc, unde abis, redeo, nemon' *ut avarus.*

Tun' *producit* Virgil.

Tun' *ille Æneas.* ———

Nisi malis legere. Nemóne & Túne, *ultimâ vocali per Synalœphen abjectâ.*

In U N *nulla occurrunt, nisi fortè Hebræa, quorum quãtitas incerta est. Si quis enim Hebræas vocales respicere velit, quod Verepæus uspiam facit, longè falletur.*]

In Y N Græci nominativi producuntur, ut: *Phorcȳn.* Accusativi autem corripiuntur, ut: *Itўn.*

[Joseph *à Iuvenco producitur:* Joseph urgetur monitis, Mariam puerumq;.]

R.

CORRIPIUNTUR, ut: *Casăr, carcĕr, vĭr, amŏr, vultŭr, Hectŏr, martўr.*

[*Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens.* Virg.

Martyr *ad ista nihil, sed enim* ——— Prud.

Excipe 1. *Pār*, cum compositis; *Nār, Lār, Fār, Vēr,* & Græca in ηρ, ut: *æthēr, acēr, cratēr, Ibēr.* Item. *cūr, fūr.*

Indifferens est C*ŏr.*

[V I R *etiam quibusdam est indifferens, quia* Virg. *inquit.*

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

Hic vir hic est, Virg. —— ——

P A R. Horat. *Ludere par impar, equitare in arundine longa. Sic Dispar. Horat. sed Prudent. corripit* Par, *& compositis Ausonius.*

N A R. Virg. *Sulphurea* Nar *albus aqua.*

L A R. Ovid. *Exagitant & lar & turba Diania fures.*

F A R. Ovid. *Far erat & puri lucida mica salis.*

V E R. Ovid. Ver *erat æternum.* De Græcis observa: Pater & Mater corripi, quia prorsus facta sunt Latina Virg. *Est mihi namq; domi pater, est injusta noverca.* (Memo autem quispiam miretur, cur idem non valeat etiam in Aĕr.)



IBER. Val. *Quos nec Iber aut tuta suis Aurora pharetris.*

CELTIBER *corripuit Martialis*, *&* Iber *Dusa*]

CUR. Ovid. *Servat Acamenide* cur *inquit barbar* *Graium.*

FUR. Pers. Fur *es, ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis*

COR. Ovid. *Confiteor miseró molle* cor *esse mihi.* Idem. *Mille meum levibus cor est penetrabile telis.* licet Cor derivatione longum sit, correptio tamen est frequentior. Unde Micyllus dubitare videtur, an producatur. Putat etiam legi posse apud Ovid. *levibusq; cor,*]

AS.

LATINA producuntur omnia, ut: *pietās, legās.*

Excipe *Anăs, anătis, Văs, vădis.*

[Petron. *Et pictis anas enovata pennis:* Sed à Mantuano produ itur, *Culmina calicola: sed anas & mergus & anser.* Sic & Mas: *Induat ornatas & mas & fœmina vestes.* Idem.]

GRÆCA fœminina in As (formata per *ădos*) & Accusativi plurales tertię declinationis corripiuntur, ut: *Pallăs, pallados, Heroăs, ab heros.*

[*Quem Bromius, quem Pallas amat.* Mart.]

Quæ per *antis* flectuntur masculina, producuntur, ut: *Pallās, Pallantis.* Sic & reliqua Masculina producenda sunt: *AEneās, Thomās.*

[*Illa quidem hoc sperans, nam Pallas antè ruĕtem.* Virg.]

ES.

PRODUCUNTUR, ut: *fidēs, cladēs, Anchisēs, Achillēs, laudēs, gaudēs, dicēs, quotiēs.*

Excipe 1. Nomina tertiæ declinationis, quæ in Genitivo crescunt penultima brevi, ut: *milĕs militis segĕs, tegĕs & prasĕs. Præter Cerēs, Abiēs. Pariēs. Ariēs.*

(Nam

(Nam quæ crescunt penultimâ longâ, E S longum habent, ut: *Hæredis, hæres, locupletis, locuples.*)

His ex superioribus addi solent *Pēs, tripēs, quadrupēs, &c.* Verùm Pēs cum compositis etiam correptum invenitur.

[*N. Perpes* Prosper corripuit, *Prapes* Prud. *Bipes* & *Tripes* Auson. *Quadrupes* Prud. Contrà *Tres* produxit Propert. *Quadrupes* produxit Virg. produxit idem & *Sonipes. Tripes* produxit Hor. *Pes* Scaliger in Logogriphis corripuit, & à Probo Gram. idem corripi, traditur. *Abies* Virgil. *Aries* Virg. & Luc. *Paries* Virg. & Horat. *Ceres* Virgil. & Lucret. producunt. Verisimile est *Abies, Paries, Aries*, produci non naturâ, sed per cæsuram, quia aliàs versum heroicum non ingrediuntur.]

2. Verbum E S cum compositis, *abēs, adēs, potēs.* Item *Penēs.*

[E S *tamen pro Edis ab Edo producitur. Quem* penes *arbitrium est & vis & norma loquendi.*

Scriptus es æterno nunc primum —— Mart.

Mantuanus tamen produxit. *Ecl.1.*

Tu quoq; ut hinc video. non es ignarus amorum. Euricius Cordus Poëta Hassus, cujus ingenium non vulgare esse prædicat Scalig. festivo epigrammate quendam ridet, qui ipsum reprehenderat, quòd *Es* corripuisset, lib. 2. Epigr. Hoc adscribemus, quia meris exemplis Persii, Martialis & Catulli, constat.

In Æmulum.

SI nescis erras, brevis est E S *syllaba, quam tu*
Protrahis, & malè me corripuisse refers.
Id mihi non credis sed plurimus undiq; testis,
Qui te convincat, me tueatur, erit
Persius hinc, illinc cui patria Bilbilis author.
Alter, fur es ait, mœchus es, alter ait.
Et quid ad hoc dicis? delator es, Et quid ad illud
Dignus es aut porcos pascere. sunt ne satis?

 Plura

Plura voles forsan, possum tibi dicere plura,
Magnus es ardelio, Si vir es, ecce nega.
His si non fueris contentus, habebis & istud,
Tu quod es, è populo quilibet esse potest.
Factus es ipse caper, Fraudator es, objicit idem,
Et fellator es, Et, Non es & es Chione.
Quin etiam accedit major, vel utroq; Catullus,
Et suacus tantum Delia fecit opus.
Hic tibi reclamat, Puerum corrumpere es ausus.
Alter, Descendis, multus es & pathicus.
Consentire mihi jam te puto si qua negabis,
Contra te testes noveris esse tuos.

3. Græca neutra singularia in Es, ut; *Cacoëthes.*

[Juven. —— *Tenet insanabile multos*
Scribendi Cacoëthes & ægro in corde senescit.]

4. Græca pluralia in Es (per epsilon) ut; *Atlantidĕs.*

Nam quæ per ες scribuntur, producenda sunt: ut: *Thesēs, quia Θέσεις. &c.*

[*Pieridēs, Mantuan. producit, & Æthiopēs, sive propter cæsuram, sive ad imitationem Latinorum, sicut* Hector *à Virgilio corripitur.*]

IS.

BREVIA sunt, ut: *ignĭs, legĭs, quietĭs, legitĭs, bĭs, quĭs, ĭs,* (pronomen) *cĭs* (præpositio.)

Excipe 1. Dativos & Ablativos plurales, ut: *Dominīs, nobīs, vobīs, quīs (pro quibus.)*

2. Hæc Nomina tertiæ declinationis, ut: *Līs, glīs, Samnīs, dīs, Delphīs, Quirīs, Simoīs, vīs.*

3. Verba secundæ personæ Præsentis, quartæ conjugationis, aut Subjunctivi modi, ut: *audīs, possīs, velīs, īs, cīs, prosīs, nolīs, faxīs.* Sic *vīs* cum compositis, *quamvīs, quivīs, ubivīs.* [Horat.

[Horat. *Possis & magnam morbi deponere partem.*
Ovid. —— *& timido possis ignoscere fratri.*
Juvenalis tamen corripuit. *Tam jejuna fames cum possis honestius uti. Nescis corripuit Ovidius.* Nescis *an undant etiam loca. Sed Martialis produxit.*]

4. Adverbia *foris* & *gratis* producuntur.
[*Ne biberis diluta, foris est promus, & atrum*, Horat. Gratis *est crasis* (*pro gratiis.*) *Dat gratis ultrò dat mihi Galla, nego*, Martial.]

5. Subjunctiva futura aliàs corripiuntur, aliàs producuntur, ut: *dixeris.*
[Dixeris *egregiè*, Horat.
Miscueris *elixa simul.* Idem.
Da mihi te placidum, dederis *in carmina vires.* Ovid.
Respueris *etiam* ——. Tibull.
Si te aliò pravum detorseris. *Horat.*
—— *Si* dixeris, *æstuo, sudat*, Juvenal. *&c.*

YS.

CORRIPIUNTUR, ut: *Chelys.* Excipe *Thetys*, quod Virg. producit, Ovid. corripit.

OS.

LONGA sunt, ut: *bōs, rōs, dominōs, ōs, ōris.*
[*Flammeus est plerunq; colos & splendidus ollis*, Lucr.
Os homini sublime dedit, Ovid.]

Excipe 1. *ŏs ŏssis, exŏs, compŏs, impŏs.*
[Exos *& exanguis tumidos* —— Lucret.
Insequere, & voti postmodò compos *eris.* Ovid.]

2. Græca per os, ut sunt neutra, *chaŏs*, & genitivi tertiæ, *Thetyŏs*, & quædam fœminina, *Tenedŏs.*

Quæ per ω scribuntur, longa sunt, ut: *Minōs, Trōs, Herōs.*

US.

BREVIA sunt, ut: *Tempŭs, Venŭs, degimŭs.*

Smetium abundè habere poterunt: Adolescentes tamen & ipsi è Pcëtarum lectione vocabula diligenter observata, probè animo infigant, usq; roborent & confirment.]

INCIPIENTIA AB A

BREVIA. *Aăron, Abăcus, Abăris, Abăs, Abăvus, Abies, Abiegnus, Abundè & abundo, Abyssus, Acădēmia, Acălanthis, Acanthus, Acer* pro arbore, & *acernus, item Acer* pro monte, *Acerbus, Acerra, acersĕcŏmes,* (id est, intonsus, epitheton Apollinis.) *Acervus, Acesco, Acetum, Achăia, Achătes,* nom. propr. & *achătes* pro lapide, *Achĕlōius, Achæmĕnĭdes, Achĕron, Achĕrūsia, Achĕtus,* fluv. *Achilles. achīvus. Acīdălius. acĭdus. acies. Acĭnăces, acĭnus. acor & acus. acuo. acŭleus. acūtus. acŏnītum, acūmen. Adămas. adeps. Adōnis. ădor, adŏrea. adŏrcus. adipātus,* id est, pingvis, *adūlor, adulter. adultĕrium, adytum, Agămemnon. Aganippe. agăso. Agăthocles, Agăthyrsis. Agĕnŏr. agè. ager. agilis. ago. agon. alăbastrum. alăcer. alăpa. alăstor. alātus. alauda. Alea,* urbs, *Alĕmānus, Alexander, alica. alicunde, alĭbi, aliēnus. Alĭptes, aliquis. alĭquando. alĭquot. aliter. alius. alo. aloē. alūmen. alumnus. alūta. amābĭlis. Amalthea, amărăcus. amārus. amărities. amāror. Amăranthus. amărĭcinus. Amăryllis. Amazon. Amĕrinus. ames.* nom, *Amĕthystus. amicio. amictus. amĭta. amo* cum derivatis *Amœnus. amurca. amussis. amycla. amўcus. amygdăla. Amўthāon. anălўsis* & omnia ab ἀνὰ composita. *anas. anĕthum. anhēlus. anhēlitus. anhēlo. ănĭma. anĭmal. anĭmāre. anĭmadverto. animosus. anĭmus. Anio.* fluv. *aniēnus* a . je. *Anĭsus.* fluv. *anius anus,* pro vetula. *anilis. anĭlitas. apăge. apella, apelles. Apellēus. aper. apĕrio & apertu[s] api[...]*

apis.apex.apina.apiscor.Apitius.apium.Apollō.Aponus.a-prbua. Sic omnia ab ἀπὸ composita. *aqua. aquā-tico.aquāri & aquārius. aquōsus. aquālicŭlus. aquila. Aquilēja. Aquilo, Aquinus. Aquinas, aquitānus. Arabs. Arachne. arānea. arāneŏlus, arāneosus. Arar. Arăris.aro* cum derivatis. *Araxis.arēna.& arēnosus.Ariadna.A-ricia.Aries.Arīmaspus.Arīon.arista.Aristarchus,Aristēus. Aristippus.Aristŏphănes.Aristŏtĕles,arōma.arundo.arun-dineus.arundĭnosus.Asarōtum.asellus,asinus, asylum. A-tălānta. atăvus, Atăcinus. Athămas.Athēna.aveo.avē-te, Aventinus.Avernus.avārus. avārĭtia.avĭdus. avis. a-viārium,Avus.Avuncŭlus.Avītus.Avia.*

LONGA. *Acer*, adject. *Afer. Agis.*viri nomen *a-lea.Ala.Ales.Anippe. Aquila* viri nomen *area.areo,are-sco.aridus. arĭdŭlus.ara. Alia* fluv. *Ate.atella.ater.atina, avius.*

COM. *Abel. acis. Adam, Adria. agrestis. Agrippa. a-pluda. Aplustria. apricus. apūlia, Apŭlus. Asia. asiacus. Atlas.atrox.*

INCIPIENTIA à B

BREVIA. *Babylon. bacillus.bacŭlus. Bagōtus,ba-lānus.Balăthro.Baleāris.Balăthrum.Basis.Batāvus.Ba-tăvus.Batillŭs.Bavia.bene,benefacio.benignus. Benĕven-tum. Berĕcynthia. Berēnice. Beroe.Bibo* cum omnibus suis derivatis *Biceps* & omnia cum *Bi* composita. Vide suprà pag.29.*Bitūmen.blatero,blitus,Bolus* pro ieti à βολή. *Bonōnia.bonus.bonĭtas.Boreas.Borēus. Bo-rysthĕnes.boves.botŭlus.botellus. Bovillæ.Brabēum.brevis. brevĭtas, brevĭter. Britannia. Britannus. Bromius. Bro-theus.Bubulcus, Bytias.*

LONGA

PRODUCUNTUR Latina omnia, ut: *dixi, dominī, felicī, specieī, audī, quī, nī, sī, hī.*

Observatio.

COMMUNIA sunt: *mihi, tibi, sibi, ubi, & cui,* divisis syllabis.

Excipe Græca quæ ferè brevia sunt, tàm in Dativo quàm Vocativo.

[*Pari à Paris* breve. Ovid *Amarylli*. Virgil.

Alexi Idem, & c. *Cypri* tamen Auson. producit, vocativum à Cypris.

Stat. Palladi *littoreo Scyros celebrabat honorum,*
Forte diem. ———

Catull. *Morte ferox Theseus qualem Minoidi luctum*
Obtulerat.

Ovid. *Quanta sit herbarum* Titani *potentia, nulli*
Quàm mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis.

Sæpiùs etiam corripiuntur, *Ubi, Ibi, Nisi, Quasi, Cui,* Verep, *& Sicuti.* Lucret. *Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus*]

O.

COMMUNIA sunt, ut: *Leo, Virgo, Ego, lego, nolo, dico, ergo, quando.*

Excipe 1. Dativos & Ablativos, & quæ ab istis casibus fiunt, quæ semper producuntur, ut *Dominō, iccircō, ideō, adeō, tantō, quantō, meritō, falsō, crebrō, mutuō, paulō.* Et *ergō* quando pro causa vel gratia ponitur.

2. Græca in ω, ut: *Sapphō, Didō, Meneleō, Androgeō.*

3. Sed quæ in ων exeunt & N abjiciunt apud Latinos corripiuntur, ut Plato, Cato.

Obser-

Observatio.

Monosyllaba tantùm produci quidam volunt. *dō, flō, nō, stō.*

[Henr. Steph. Do corripuit: *Sed numerus horum qua do, qua brevi dabo.* Do *quod vis.* Virg. *Iam jam efficaci do manu scientiæ.* Horat.]

Duō, ambō, octō, sciō, tutiùs corripiuntur.

[Ego, Virgil. corripuit. Idem in Diris (si modò ipsius carmen est, & non potius Valerii Catonis) producit; Ausus ego primus.

Et Terent. *Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto.* Jamb. Octon.

Idem etiam Ausonius produxit, nam Latini Poëtæ Græcæ terminationis quantitatem sæpè sequuntur. Vide Scal. de C. L. L. cap. 26. Duo *apud Virg. breve, apud Auson. longum extat.* Ambo *breve apud eundem.* Octo *breve apud Martialem.* Scio & Nescio *brevia apud Virg.* Et quis dubitat alibi producta extare? Taubmannus & Melissus non malè pro communibus habent.]

Gerundia in Do à Virgilio ferè producuntur, sed ab aliis Poëtis usurpantur communiter, *Verep.*

[*Aufer & ipse meum pariter* medicando *dolorem*, Tibull. Naturâ tamen longa sunt, tanquam analoga Ablativis: usu verò corripiuntur à poëtis.]

Modò, immò, illicò, citò, quomodò, dummodò, postmodò, cedò, pro dic, ferè corripiuntur.

[*Modò* apud Victorin. longum legitur, sed apud Horat. breve. *Imò* Martialis corripit, *citò* Horat. corripit. *Quomodo* Catull. producit. Martial. corripit, & Horat. *Dummodò & Postmodò* Tibullus corripit. *Illicò* corripit Auson. & Sidon. *Cedò* Juvenalis corripit.

Serò, *Quandò*, & producere & corripere licet.

Verò adverbium semper producitur; Conjun-

ctio censetur indifferens. *Omninò* Virgil. producit, Prosper corripit.

[*Serò* Tibullus producit, Statius & Juvenal. corripiunt. *Quandò* Horat. producit, Martial. corripit. *Verò* adverb. Virgil. producit: conjunctionem Prudent. in carmine corripuit:

At verò postquam lectuli. Jamb. Dimetr.
Scal in Ata: *Dicunt Cothurnum sola verò perdicum.*
Non equidem omninò capta aut deserta viderer. Virg.
Haretici sensus nullumq; omninò relictum, Prosp.

U.

Producuntur omnia, *cornū, fructū, Panthū, diū. tū.*

[*Excipitur* Nenu *antiquum & inusitatum pro* Non *apud Lucretium.*]

B. D. T.

Corripiuntur, ut: *Ab, Id, Et, Caput.*

[De præpositionibus suprà dictum. Peregrina produci solent, quæ per ω & η scribuntur. *Iacob* & *Iacobus* Victorin & Fortunatus corripuerunt, Juvencus produxit *Iobus* penultimam pronunciatione producit. At quæ in *ab* vel *eb* terminantur vel *ib*, fortasse leges sibi præscribi non patiuntur: exempla enim nulla extant. *David* interdum producitur, interdum corripitur.

Erecto indulget Davidis *origine.* Juvenc.
Cur ego Davidicis *assuetus cantibus.* Sedul.]

C.

PRODUCUNTUR omnia: exceptis *Nec* & *Donec* brevibus. *Hic* pronomen indifferens est. Sed Adverb. *Hic*, semper producitur. Dativus *Huic* divisis syllabis producitur à Terentiano Mauro.

[*Scaliger Neutrum* Hoc *corripi tradit, de carminibus Comicis, & hanc correptionem etiam inde deprehendi docet,*

est, quod consonante amissâ in Adverbio Hodie *prima syllaba brevis sit. Vide plura ibidem & Erythr. in Indice Virgiliano, & apud Velium Longum de Orthographiâ.*]

Lac, ab Ennio & Sereno producitur. *Fac* autem, (de quo tanta contentio est,) utroq; modo reperitur, correptionem tamen magis amplectimur.

[*Lac asinæ placidæq; bovis prodesse feruntur.* Seren. *Eobanus Hessus princeps sui seculi poeta, breve voluit esse* Fac *quia à brevi themate esset. Cui astipulatur Micyllus, propter exempla brevitatis frequentiora. Nam reperitur apud Lucr. correptum.*

Non possunt, fac enim minimis è partibus esse.

Et apud Mart. *Signa rarius, aut semel* Fac *illud.* Phaleuc.

Sed quidam (inter quos Scal.) contendunt Face *legendum esse.* Ovid. *produxit.*

Hos fac *Armenios, hæc est Danaëia Persis.* Corripuit idem Ovid. in isto: *Mille* fac *esse jocos — Et iterum —* fac *ut ambulet, &c. ubi alii legunt, fac ambulet. Mantuanus* Fac *produxit eclog.* 5. Vide Micyll. & Scal g. de versib. comicis. *I. Lipsius corripuit* Sic *in Astricoll. cap.* 5. *quod cave imiteris inventus.*]

De peregrinis, censent producenda esse, ut Sadoc. Verepæus *Abimelec* & *Melchisedec* corripi ait.

L.

CORRIPIUNTUR, ut: *Mĕl, Annibăl, Pŏl,* (*adverb.*)

Excipe *Sōl & Nīl.*

[*Quis* mel *Aristeo.—Pers.* Sal *producitur:* Sal, *oleum, panis, mel, piper, herba, novem.* Auson. *Non* Sal *Oxyporúmve Caseúsve.* Stat. Pol: *Aldus produci tantùm vult, sed Terentius corripuit*, Eunuch. act. 1. sc. 3. Sol *ideò produci ajunt, quia à Solus.* Nil *contractum est ex Nihil.*]

Peregrina in EL produci solent.

 [*Pere-*

[*Peregrina ideò produci solent, quia Græcè longa vocali scribuntur, ut* Δανιήλ.]

M.

M. In fine eliditur. In compositione autem corripitur, ut *circŭmagi*. Juven.

Circumagi *quendam volo visere non tibi notum.* Ita *Quamobrem* citra elisionem.

N.

CORRIPIUNTUR, ut: *ăn, forsităn, lumĕn, exĭn, deĭn, tamĕn.*

[Auson. *An produxit: Æmula num fidei memor* an *infida senatus.*]

Excipe 1. producta in AN: Græca, ut: *Peān.*

2. Accusativos in AN primæ declinationis Græcorum, ut: *AEneān.*

3. Quosdam etiam secundæ, ut: *Electrān*, quæ à Græcis petenda sunt.

[*Dicimus quosdam, quia multi corripiuntur, ut:* Majan & Electran, Taygetanq; Jovi, Ovid.]

4. In EN Latina, *ēn, rēn, splēn, liēn.*

5. Græca, ut: *Sirēn, Anchisēn.* Quæ per η scribuntur.

6. In IN Latina, *quīn, alioquīn, sīn.*

7. Græcos nominativos, *Delphīn.*

[*Accusativi enim corripiuntur, ut:* Procrin, Thetin.]

In ON excipitur Latinum, *Nōn.*

8. Græca per ω scripta, ut: *Actæōn.*

[*Per o enim scripta brevia sunt:* Ilion.]

9. Dicta per Apocopen variant. *Virg.* corripit *viden'*:

[*Educit,* viden' *ut gemina stant vertice crista.*

Ovid *corripit* Nostin':

Nostin' *an exciderint mecum loca.*

Ne

Nemon' *producit* Horat.

Illuc, unde abis, redeo, nemon' *ut avarus.*

Tun' *producit* Virgil.

Tun' *ille Æneas.* ——

Nisi malis legere. Nemóne & Túne, *ultimâ vocali per Synalœphen abjectâ.*

In U N *nulla occurrunt, nisi fortè Hebræa, quorum quãtitas incerta est. Si quis enim Hebræas vocales respicere velit, quod Verepæus usquam facit, longè falletur.*]

In Y N Græci nominativi producuntur, ut: *Phorcyn.* Accusativi autem corripiuntur, ut: *Itўn.*

[Joseph *à Iuvenco producitur:* Joseph urgetur monitis, Mariam puerumq;.]

R.

CORRIPIUNTUR, ut: *Cæsăr, carcĕr, vĭr, amŏr, vultŭr, Hectŏr, martўr.*

[*Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector, ubi ingens.* Virg.

Martyr *ad ista nihil, sed enim* —— Prud.

Excipe 1. *Pār*, cum compositis; *Nār, Lār, Fār, Vēr*, & Græca in *ηρ*, ut: *æthēr, acēr, cratēr, Ibēr.* Item: *cūr, fūr.*

Indifferens est *Cŏr.*

[VIR *etiam quibusdam est indifferens, quia Virg. inquit.*

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

Hic vir hic est. Virg. —— ——


P A R. Horat. *Ludere par impar, equitare in arundine, longa. Sic Dispar, Horat. sed Prudent. corripit* Par, *& composita Ausonius.*

N A R. Virg. *Sulphurea* Nar *albus aqua.*

L A R. Ovid. *Exagitant & lar & turba Diania fures.*

F A R. Ovid. *Far erat & puri lucida mica salis.*

V E R. Ovid. *Ver erat æternum.* De Græcis observa: *Pater & Mater* corripi, quia prorsus facta sunt Latina Virg. *Est mihi namq; domi pater, est injusta noverca.* (Ne mo autem quispiam miretur, cur idem non valeat etiam in Aër.)



IBER. Val. *Quos nec* Iber *aut tuta suis Aurora pharetris.*

CELTIBER *corripuit Martialis*, & Iber *Dusa*]

CUR. Ovid. *Servat Acæmenide* cur *inquit barbara Graium.*

FUR, Pers. *Fures, ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis.*

COR. Ovid. *Confiteor misera molle* cor *esse mihi.* Idem. *Mille meum levibus cor est penetrabile telis.* licet Cor derivatione longum sit, correptio tamen est frequentior. Unde Micyllus dubitare videtur, an producatur, Putat etiam legi posse apud Ovid. *levibusq; cor,*]

AS.

LATINA producuntur omnia, ut: *pietās, legās.*

Excipe *Anăs, anătis, Văs, vădis.*

[Petron. *Et pictis anas enovata pennis*: Sed à Mantuano producitur, *Culmina cælicolæ: sed anas & mergus & anser.* Sic & Mas: *Induat ornatas & mas & fœmina vestes.* Idem.]

GRÆCA fœminina in As (formata per *ădos*) & Accusativi plurales tertię declinationis corripiuntur, ut: *Pallăs. pallados, Heroăs. ab heros.*

[*Quem Bromius, quem Pallas amat.* Mart.]

Quæ per *antis* flectuntur masculina, producuntur, ut: *Pallās, Pallantis.* Sic & reliqua Masculina producenda sunt: *AEneās, Thomās.*

[*Ille quidem hoc sperans, nam Pallas antè ruebat.* Virg.]

ES.

PRODUCUNTUR, ut: *fidēs, cladēs, Anchisēs. Achillēs, laudēs, gaudēs, dicēs, quotiēs.*

Excipe 1. Nomina tertiæ declinationis, quæ in Genitivo crescunt penultima brevi, ut: *milĕs, militis segĕs, tegĕs & prasĕs.* Præter *Cerēs, Abiēs. Pariēs. Ariēs.*

(Nam

(Nam quæ crescunt penultimâ longâ, E S longum habent, ut: *Hæredis, hæres, locupletis, locuples.*)

His ex superioribus addi solent *Pēs, tripēs, quadrupēs, &c.* Verum Pēs cum compositis etiam correptum invenitur. ...

[*N. Perpes* Prosper corripuit, *Præpes* Prud. *Bipes* & *Tripes* Auson. *Quadrupes* Prud. Contra *Pes* produxit Propert. *Quadrupes* produxit Virg. produxit idem & *Sonipes. Tripes* produxit Hor. *Pes* Scaliger in Logogriphis corripuit, & à Probo Gram. idem corripi, traditur. *Abies* Virgil. *Aries* Virg. & Luc. *Paries* Virg. & Horat. *Ceres* Virgil. & Luc. et. producunt. Verisimile est *Abies, Paries, Aries*, produci non naturâ, sed per cæsuram, quia alias versum heroicum non ingrediuntur.]

2. Verbum E S cum compositis, *abēs, adēs, potēs.* Item *Penēs.*

[*E S tamen pro Edis ab Edo producitur. Quem* penes *arbitrium est & vis & norma loquendi.*


Scriptus es *æterno nunc primum* —— Mart.

Mantuanus tamen produxit. *Ecl.1.*

Tu quoq; ut hinc video . non es *ignarus amorum.* Euricius Cordus Poëta Hassus, cujus ingenium non vulgare esse prædicat Scalig. festivo epigrammate quendam ridet, qui ipsum reprehenderat, quòd *Es* corripuisset, lib. 2. Epigr. Hoc adscribemus, quia meris exemplis Persii, Martialis & Catulli, constat.

In Æmulum.

SI nescis erras, brevis est E S *syllaba, quam tu*
Protrahis, & male me corripuisse refers,
Id mihi non credis sed plurimus undiq; testis,
Qui te convincat, me tueatur, erit
Persius hinc, illinc cui patria Bilbilis author.
Alter, fur es *ait, mœchus* es, *alter ait.*
Et quid ad hoc dicis? delator es, *Et quid ad illud*
Dignus es *aut porcos pascere. sunt ne satis?*



Plura voles forsan, possum tibi dicere plura,
Magnus es ardelio, Si vir es, ecce nega.
His si non fueris contentus, habebis & istud.
Tu quod es, è populo quilibet esse potest.
Factus es ipse caper, Fraudator es, objicit idem,
Et fellator es, Et, Non es & es Chione.
Quin etiam accedit major, vel utroq;, Catullus,
Et sua cui tantum Delia fecit opus.
Hic tibi reclamat, Puerum corrumpere es ausus.
Alter, Descendis, multus es & pathicus.
Consentire mihi jam te puto. si qua negabis,
Contra te testes noveris esse tuos.

3. Græca neutra singularia in Es, ut: *Cacoëthes.*

[Juven. —— *Tenet insanabile multos*
Scribendi Cacoëthes & ægro in corde senescit.]

4. Græca pluralia in Es (per epsilon) ut: *Atlantidēs.*

Nam quæ per ες scribuntur, producenda sunt: ut: *Thesēs, quia θέσεις, &c.*

[Pieridēs, *Mantuan. producit, &* Æthiopēs, *sive propter cæsuram, sive ad imitationem Latinorum, sicut* Hector *à Virgilio corripitur.*]

IS.

BREVIA sunt, ut: *ignĭs, legĭs, quietĭs, legitĭs, bĭs, quĭs, ĭs,* (pronomen) *cĭs* (præpositio.)

Excipe 1. Dativos & Ablativos plurales, ut: *Dominīs, nobīs, vobīs, quīs (pro quibus.)*

2. Hæc Nomina tertiæ declinationis, ut: *Līs, glīs, Samnīs, dīs, Delphīs. Quirīs, Simoīs, vīs.*

3. Verba secundæ personæ Præsentis, quartæ conjugationis, aut Subjunctivi modi, ut: *audīs, possīs, velīs, īs; cīs, prosīs, nolīs, faxīs.* Sic vīs cum compositis, *quamvīs, quivīs, ubivīs.* [Horat.

[Horat. *Possis & magnam morbi deponere partem.*
Ovid. —— *& timido possis ignoscere fratri.*
Juvenalis tamen corripuit. *Tam jejuna fames cum possis honestius uti.* *Nescis* corripuit Ovidius. Nescis *an exudant etiam loca. Sed Martialis produxit.*]

4. Adverbia *foris* & *gratis* producuntur.

[*Ne biberis diluta, foris est promus, & atrum*, Horat. Gratis *est crasis (pro gratiis.) Dat gratis ultrò dat mihi Galla, nego*, Martial.]

5. Subjunctiva futura aliàs corripiuntur, aliàs producuntur, ut: *dixeris*.

[Dixeris *egregiè*, Horat.
Miscueris *elixa simul.* Idem.
Da mihi te placidum, dederis *in carmina vires.* Ovid.
Respueris *etiam* ——Tibull.
Si te aliò pravum detorseris. *Horat.*
—— *Si* dixeris, *æstuo, sudat*, Juvenal. *&c.*

YS.

Corripiuntur, ut: *Chelys*. Excipe *Thetys*, quod Virg. producit, Ovid. corripit.

OS.

Longa sunt, ut: *bōs, rōs, dominōs, ōs, ōris.*

[*Flammeus est plerunq; colos & splendidus ollis*, Lucr. *Os homini sublime dedit*, Ovid.]

Excipe 1. *ŏs ŏssis*, *exŏs*, *compŏs*, *impŏs*.


[Exos *& exanguis tumidos* —— Lucret.
Insequere, & voti postmodò compos *eris.* Ovid.]

2. Græca per os, ut sunt neutra, *chaŏs*, & genitivi tertiæ, *Thetyŏs*, & quædam fœminina, *Tenedŏs*.

Quæ per ω scribuntur, longa sunt, ut: *Minōs*, *Trōs*, *Herōs*.

US.

Brevia sunt, ut: *Tempŭs, Venŭs, legimŭs.*



Excipe 1. Monosyllaba, *rūs, mūs, plūs, jūs, &c.*

[*Roma* rus *optas, ab* sentem *rusticus urbem.* Hor.

Fiet enim subitò sus *horridus*, Virg. &c.

2. Genitivos singulares & casus plurales in quarta, ut: *hujus fructūs, hi, hos, & ô fructūs.*

[*Ratio est, quia per crasin dicta sunt pro fructuis, fructues, fructuas. Vide suprà pag* 50.]

3. Fœminina, quæ Genitivis U longo crescunt, ut: *salūs, tellūs, palūs.*

[*Virgilius* palus *producit, Horat. autem corripit.*

Regis opus. sterilisq; diu palus, *aptaq; remis.*

Sic PECUS *fœm. &* Intercos *quia obliqui breves sunt, brevia censemus.* Virtus *à Bernhardo corripitur:*

Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas. Quod non est imitandum.]

4. Græca quæ per ȣ scribuntur, plerunque longa sunt, ut: *Iesūs, Sapphūs, Opūs, untis, Panthūs.* Ad Polypūs apud *Ovid. & Hor.* pro pisce & morbo, correptum invenitur, ut & Oedipūs.

[*Quia Atticè* πώλυπος *& Ionicè* πόλυπος *correptè dicitur. Eustathio notante* Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis, *Hor.* Tripus tamen & Melampus producuntur.]

CAPUT VI.

DE AUCTORITATE.

1. HActenus de Regulis, sequitur Auctoritas.

2. Auctoritas est exemplum probati Poëtæ, quo syllabæ quantitas cognoscitur.

3. Quò verò Poëta antiquior, eò quoq; probatior ipsius auctoritas habenda est, & contra.

[*Quando*

Dactylobacchius	-vvv--	*Dissimilitudo.*
Scoliocreticus	v-v-v-	*Amaritudines.*
Creticoscolicus	-v-v-v	*Elegantiarum.*
Scoliobacchius	v-vv--	*Superstitiones.*
Bacchioscolius	v--v v	*Recantatione.*
Creticodactylus	-v--vv	*Competitoribus.*
Dactylocreticus	-vv-v-	*Imperiositas.*
Scoliolatius	v-v--v	*Tyrannicidarum.*
Creticanapæstus	-v-vv-	*Munerabilitas.*
Anapæstocreticus	vv--v-	*Legionarii.*
Latioscolius	--vv-v	*Desideriorum.*
Bacchianapæstus	v--vv-	*Adorabimini.*
Dactylolatius	-vv--v	*Emoriturorum.*
Anapæstobacchius	vv-v--	*Benedictiones.*
Latiodactylus	--v-vv	*Considerabitur.*
Scoliocanius	v-v---	*Remuneratores.*
Creticochoræus	-v-vvv	*Comprehensibilis.*
Diantidactylus	vv-vv-	*Saturabimini.*
Didactylus	-vv-vv	*Insatiabilis.*
Discolius	v-vv-v	*Superstitiosus.*
Dicreticus	-v--v-	*Eruditissimi.*
Bacchiocreticus	v---v-	*Reluctabamini.*
Dactyloscolius	-vvv-v	*Perpetuitatem.*
Bacchiolatius	v----v	*Recompensabuntur.*
Dactylanapæstus	-vvvv-	*Semimulieres.*
Anapæstomolossus	vv----	*Superincumbentes.*
Latiochoræus	--vvvv	*Perterrefaciet.*
Bacchiocanius	v-----	*Senatusconsulto.*
Dactylochoræus	-vvvvv	*Interieritis.*

Atq; hi sunt omnes illi pedes, qui vel à Grammaticis traditi, vel à Poëtis usurpati inveniuntur: apparet autem manifestissimè, prater bisyllabos & trisyllabos, reliquos omnes ex iisse compositos, id quod & nomina ipsorum plerunq; testantur: quid enim Choriambus aliud est quàm Choraus absolutè & Iambus? Ditrochaus, quàm geminatus Trochaus? Dijambus, quàm duplex Iambus? Sic Molossospondeus, Pyrrichianapastus. Spondeodactylus; itemq; Dibachius, Choraomolossus, Bachianapastus, ex sese mutuò sunt compositi, atq; ita quoq; ab hac compositionis ratione nomina sua sortiti sunt.

Atque hactenus de Poëtica Elementariâ, Quantitate nimirum & Pedibus.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBRI SECUNDI

CAPUT I.

DE SCANSIONE.

SECUNDA Poëtices pars est de conjungendis pedibus ad constituendum carmen.

Quæ vocari potest Versificatoria.

[*Non ignoramus, vocem* Versificatoria *minùs elegantem esse, Veruntamen quia apud* Lucilium, Quintilian. *& alios, qui de arte Poetica scripserunt, imò apud ipsum* Scaligerum, *qui tamen Aristarchus quasi Latinæ linguæ fuit, occurrit, rectè usurpari potest. Quòd si quis* Versificatoriam *dixerit* Poëmaticam, *cum eo non litigabimus. Loquar equidem,* inquit Scaliger, *cum Cicerone, quemadmodum ille cum populo est locutus: At cum illo sentiam, sicut ipse sibi sentiendi rationem reservavit.* lib. 2. Poët. cap. 26. *Sunt quidem voces didacticæ rudibus ingeniis acerbæ, delicatis ridiculæ, ut ait* Scalig. exerc. 359. f. 2. *at evidentiæ diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora, nec curat, quid benè sonet, sed quid benè indicet atq; intimet quid ostendere intendat, ita ut sit ibi quædam negligens diligentia, quæ tamen sic negligit ornatum, ut sordes non contrahat, inquit eleganter* August. l. 4 de doctr Christiana. cap 10.]

In hac spectatur Scansio & Carminis distributio.

[*Vocabulum etiam Scansionis* Frischlinus *& alii prorsus repudiant, & pro eo substituunt appellationem Dimensionis; ob quod ut illis litem non intentamus, ita usurpamus pro tempore illud Augustini* ex eod. l. b. 4. de doctr.

Christ.

Christ. cap. 11. *Bonorum ingeniorum insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba.* Et Scalig. *sæpè cogimur equivocis verbis uti, quæ à veteribus accepimus, ne aut monstra fingere, aut recepta repudiare temerè videamur,* lib. 2. Poëtic. cap. 2. *Quanquam, si vim vocis intimiùs inspiciamus, fortè non erit causa, cur fastidiatur. Dicuntur autem scandi versus* (*quod Græci Grammatici* βαίνειν *vocant*) *Metaphoricè, quia quemadmodum per scalarum gradus ascendentes vicissim mutamus pedes, ponendo atque attollendo, ita & dum versus scandimus, syllabas ac pedes alios deponimus, alios attollimus.* Micyll. lib. 1. de re metrica. pag. 129.]

Scansio est legitima Versus per pedes commensuratio.

Versus est certa atque legitima pedum compositio, numero modóq; finita.

[*Ab* Attilio *vocatur Motus & Ingressio carminis; ab aliis dicitur Rhythmus, soni & pronunciationis causa. Ex definitione patet falsam esse definitionem Versus, quâ nonnulli delectantur:* Versus est dispositio metrica exhibens regulam: *non enim regulam versus exhibet, sed versum regula, neque mensuram dat versus, sed mensura versum.* Scalig. l. 2. Poët. c. 6. *Fit autem Scansio vel per pedes singulos, quæ Monopodia nominatur, & quidem fit impropriè, præcipuè in Hexametris & Pentametris: quando singuli pedes singulas habent regiones & dimensiones: vel per pedes conjunctos, quæ nominatur Dipodia. In hac enim duo pedes ponuntur pro una dimensione, & hæc fit propriè, verè & naturaliter in Iambicis Trochaicis, & secundùm nonnullos, in Anapæsticis. Dicitur autem Versus à vertendo; vel quod sæpè verti & castigari debeat, juxta illud Horatii:* Sæpè stylum vertas: *vel ideò, quòd ab unius lectione veluti cursum vertimus, & ad alterum oculos atque obtutum reflectimus. Id enim propriè versum dicunt, etiam in prosa oratione, quod una linea exaratum protenditur, & quo ad finem perducto, ad initium sequentis revertimur.*

Micyll. lib. 1. de re metric. pag. 24. *Est etiam Vertere idem quod sulcare aut scalpere: tollere aliquid è superficie ita ut depressio relinquatur. In ceris igitur stylo cùm ducerent notas, frequentativo usi sunt, sicut & agricolæ: vertunt enim terram, quia quod subtus erat, suprà ut sit, faciunt. Sic Cicero dicit, Literas exarare. Ad eum modum versus dicti sunt lineæ illæ, sive sulci, quibus verba scribebantur. Itaque in omni Scriptura tractus singuli orationis, versus sunt appellati. Postea quum redegissent cantum ad numerum castigatiorem, antiquum Versus nomen sibi fecêre peculiare.* Scaliger l. 2. Poëticap. 5. *Græcè appellatur* στίχος, *unde Disticha, Tetrasticha, Hemistichia, &c. appellationem suā sumserunt. Aliâs etiam vocatur* Metrum, *à metiendo, idq; per Metaphoram: Etenim sicut res cæteras certis spatiis metimur, ita & versus pedibus metiri solemus. Porrò definimus versum compositionem non absolutè, & solam, sed certam atq; legitimam pedum compositionem, eamq; numero & modo finitam. Nam* Composuisse pedes non est fecisse poëma. *Vnde &* Scaliger *versum sic definit:* Versus est dispositorum pedum certo numero castigata connexio, *dicto loco.*

Cæterùm ad fundendos versus variis causis impellimur: Nonnulli enim peculiari quasi Enthusiasmo afflantur, & hi promptas ad carmina vires experiuntur: Poëticis enim afflatibus nihil est difficile, Scalig. lib. 3. Poët. cap. 20. *Nonnullis venter est ingenii largitor, teste* Persio in Prol. *Etenim, ut canit ille:*

Pauperies semper comes est conjuncta Poëtis:
Non sonat in loculis ulla moneta meis.

Alios boni vini haustus ad versus faciendos excitat. Hinc illud:

Qui bona vina bibunt, etiam bona carmina scribunt:
Frigida parturiet carmina potor aquæ.

Hinc nullum ferè Poëtam vidimus abstemium. Hinc &
Laudibus arguitur vini vinosus Homerus.
Et Horatius reprehendit versus illos, qui scribunt aqu

aquæ potoribus. *Alios exemplum rivalium extimulat, ut in Iuvenali videre est, dum Satyras suas ita exorditur.*

Semper ego auditor tantùm, nunquámne reponam?

Alios gloria & laudis cupiditas. Hinc ita de se Virgilius.

——Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, vivúsq; virûm volitare per ora.

Alios deniq; alia causa urget.

Quanquam autem non parum opera & diligentia requiritur ad versus rectè efficiendos perpoliendosq;, tamen non rarò fit, ut & sponte sese prosam scribenti offerant, imò ingerant carmina. Observavimus (inquit Clarissimus Taubmannus) quatuor versus longos & heroicos, quos hic, credo, de industria admisit, (Plautus in Trinummo A. 4. Sc. 1.) ut amplior evaderet Oratio,

Primus est, Sat scio in alto distraxissent disq; tulissent.
II. Unà mecum passim cæruleos per campos.
III. Haud secu' circumstabant navē turbine venti.
IV. Fluctúsque atque procellæ infensæ, frangere mâlum.

Tales & in aliis notati sunt. Livius Hexametro capit historiam suam:

Facturúsne operæ pretium sim, si à primordio, &c.

Annales suos Tacitus:

Urbem Romam à principio Reges habuêre.

Bellum Iugurthinum Salustius.

Bellum scripturus sum quod Populus Romanus, &c.

Quod quamvis in prosa est, ut Cicero in Oratore ait, vehementer vitiosum, & ipse tamen præter Senarios, *quos vix possumus effugere, non tantum Phaleucum:* Successit tibi Lucius Metellus.

(*Qualem & Plautus Mostell. 1. 1. v. 44.*
Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt.)

Sed & integrum Hexametrum in Lucullo:

Crassis occultata & circumfusa tenebris:

Quin adeò plenum distichon effudit, lib. 3. de Oratore, ubi inquit: Ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo

 Com-

Complexi, plus multa etiam vidisse videntur,

Quàm quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest. *Quod postremum notavit Rob. Titius Assertion. l. 9. c. 17. Etiam G. Falckenburgius legitimum ejusmodi versum longum observavit in Taciti Germania.*

Auguriis patrum & prisca formidine sacrum:

Hæc Taubmannus: qui tamen & paulò pòst Act. 4. Sc. 3. versum hunc Phaleuc. observavit.

Quin tu quod periit perisse ducis.

elegantem quà numeris quà sententia. His placet subjungere, quos & nos observavimus: Plautus in Rudente, Act. 3. Sc. 3.

Quisquis es audi, Furtum ego vidi qui faciebat. *Hexam.*

Terent. Andr. Act. 1. Sc. 5.

Proh Deûm atque Hominum fidem: *Choriambicus Glycon. 3. Idem Eun. A 2 Sc. 1.*

Ejicienda herclè hæc mollities animi.

Pentamet. Elegiac. Cic. 1. de legib.

Nullius agricolæ cultu stirps tam diuturna
quàm Poëtæ versu seminari potest.

Iohan. Sleidanus lib. 18. Commentar. Burensis interea Landgravii ditionem, quæ suprà Francofurtum est, ingressus, oppidum Darmstatum

Partim vi partim deditione capit.

Pentam. Eleg. Ab aliis etiam notatus est Pentam. Elegiacus in veteri Bibliorum versione; Psal. 51.

Imponent super altare tuum vitulos.

Sic in Iuridicis libris à quibusdam observati & notati sunt versus, quos studio factos insertosq; esse credere nobis integrum non est. Modestinus, lib. 3. de pœnis:

Cædem admiserunt sponte dolóve malo:

Cajus lib. 2. de legatis ad edictum.

Servo legato legari posse receptum est.

Scævola lib. 2. Responsorum.

Pro solido pignus vendere quisq; potest,

Cajus lib. 22. ad edictum provinciale:

Et cum lege quis intestabilis esse jubetur.

Vlpianus lib. 25. ad Sab.

Semper in obscuris quod minimũ est, sequimur, &c.

Nec possumus, quin cupressum hanc planius simulemus, & è Græcis novi Testamenti quædam consignemus, à nobis observata:

Tit. 3. *v.* 3. ἦμεν γὰρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς.
Tit. 3. *v.* 2. μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς.
Heb. 12. *v.* 13. καὶ τροχιὰς ὀρθὰς ποιήσατε τοῖς ποσὶν ὑμῶν.
1.*Tim.* 6. *v.* 16. οὐδεὶς ἀνθρώπων οὐδὲ ἰδεῖν δύναται.
Iac. 4. *v.* 4. ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα εἰς θεόν ἐστι. (*Antis.*
Matth. 14. *v.* 14. εἶδε πολὺν ὄχλον καὶ ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς.
Ioh. 17. *v.* 20. καὶ περὶ τῶν πιστευσόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν.
Ioh. 18. *v.* 36. οὐκ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἡ ἐμὴ βασιλεία.
Ioh. 19. *v.* 39. ἦλθε δὲ καὶ νικόδημος ὁ ἐλθὼν πρὸς τὸν ἰησοῦν.
Rom. 8. *v. ult.* τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. (*tamen*
Luc. 14. *v.* 30. Οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν. *Pen-*
Ioh. 13. *v.* 5. βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα καὶ ἤρξατο νίπτειν.
Et v. 16. οὐκ ἔστιν δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ.
Luc. 10. *v.* 24. καὶ ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη.
Ioh. 16. *v.* 28. ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν Κόσμον.——— *imet.*)
Rom. 6. *v.* 13. καὶ τὰ μέλη ὑμῶν, ὅπλα δικαιοσύνης. *Penta-*
Luc. 21. *v.* 18. θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐ μὴ ἀπόληται.
Luc. 11. *v.* 3. *in Oratione Dominica.*
Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δίδου· *Sen.* *amb.*
Item, Τὸ καθ' ἡμέραν καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας, &c.
Matth. 7. *v.* 7. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε.
Et Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται.
Matth. 26. *v.* 6. καὶ τὰς πρωτοκαθεδρίας ἐν ταῖς συναγωγαῖς. (*cum.*
Ioh. 5. *v.* 19. οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν *Spondai.*
Ioh. 6. *v.* 62. Ἐστὶ τὸ ζωοποιοῦν, ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. ...

Et alia innumera. Item apud Nazianz. in oratione περὶ φιλοσ. *p.* 202. οὐ φοβερὸς οὕτω τοῖς ἀμελέσι καὶ ἀφρόνοις. *Iuvat & ex Æliano lib.* 1. *cap.* 32. μηδ' ἄτιμος δόξαι τῷ μὴ δωροφορῆσαι.

Ibid. μηδὲν ἄπιστον ... ἀλλ' ὡς ... , *&c.*

Est & Pentameter Matth. 11.

Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethzaida, *in quo numerus anni habetur, quo tertiam hanc Poëtices editionem iterum adornavimus, videlicet:* 1616.

Et Ioh. 3. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

Et Phaleucus, Luc. 6. Non est discipulus supra Magistrum. Apud Bernhardum multi leguntur, sed studiosè haud dubiè facti. Sic dubium nullum est, quin etiam in Germanica Bibliorum editione tales versus reperiri queant, quales & nos aliquando observavimus, è quibus hic *Genes.* 26. legitur: Daß Isaac schertzet mit seinem Weibe Rebecca.]

Hæc obiter ad hunc locum notare non alienum fore putavimus, parum morati istud Flacci; Sed nunc non erat his locus, &c.]

In Scansione spectantur Regiones & Cæsuræ.

Regio est pars versus certo pede constans.

[*Pro diversitate generum carminis & regiones & pedes variant, sicut infrà in singulis carminum generibus ostendetur. Certus verò pes, quo regio constat, quoq; necessario contenti esse possemus, est potissimam Dissyllabus, aut Trisyllabus.* Vide suprà p. 139. & 145.

In regione consideratur, Defectus, Redundantia & Commutatio.

In his omnibus autem dominatur tùm necessitas metrica, tùm licentia Poëtica. METRICA NECESSITA *illa dicitur, quando Poëta carminis urgente necessitate nonnunquam coguntur syllabam producere vel corripere. id sæpiculè fit in carmine Heroico, quando tres syllabæ breves continuè sequuntur, ut in* Italia, Priamides, Arabia:

Atq; hic Priamidem laniatum corpore toto. *Virg.*
Italiam Italiam, primus conclamat Achates. *Virg.*
Et domus intactæ te tremit Arabiæ. *Propert.*

Interdum verò nulla necessitate cogente syllabam vel producu

ducunt vel corripiunt: & hoc vocatur LICENTIA POETICA, *quæ Plauto inprimis familiaris est: neq; enim ille quicquam veritus est, modò auditorem excitaret vel risu, vel novitate, tùm rerum tùm verborum*, Scal. lib. 3. Poëtic. cap 123. *Ad Poëticam licentiam nonnulli referunt etiam* Systolen, *quam nos ad Commutationem referimus, ut in illis Præteritis in* erunt *media correptis:*

Matri longa decem tulerunt fastidia menses, *Virg.*
Obstupui, steteruntq; comæ, & vox faucibus hæsit. *Id.*
Terruerunt pavidos. *Sil.*
Dii tibi divitias dederunt. *Horat.*

Sic suprà in regula quarta protulimus exempla, in quibus diphthongus & vocalis longa fiunt communes, cùm vocalem diversæ dictionis præcedunt. Vide suprà pag. 13. fin. *Ex eadem licentia nonnunquam fit, ut syllaba brevis post absolutos pedes relicta producatur, id quod Cæsuram vulgò appellant. Quæ licentia fit in Iambis Scazontibus, qui omnium facilimè & expeditissimè sese quærenti offerunt, teste* Scaligero lib. 2. Poëtic. c. 9. *Itemq; in Heroico, Sapphico & aliis carminum generibus suo loco docebitur. Similis ferè licentiæ ratio deprehenditur nonnunquam in* Defectu & Redundantia, *ut infrà annotabitur. Nunc duo monemus in tyronum gratiam. I. In hac poëtarum licentia non licere cuivis esse licentioso; nam non nisi Poëta licet tum contra leges tum consuetudinem loqui*, Scaliger lib. 4. poëtic c. 48. *II. Rudiores illa uti debere non in componendis, sed scandendis aut metiendis veterum Poëtarum versibus.*]

DEFECTUS.

Defectus fit in Aphæresi, Syncope, Apocope, Synalœphe, & Ecthlipsi.

Aphæresis est rejectio literæ vel syllabæ à principio dictionis, ut: *temnere Divos*, pro *contemnere*: *pone metum*, pro *depone*: *linquere castra*, pro *relinquere*, Virg.

Versus:
Aufert quid capiti vates, ut Aphæresin *edat.*

Syncope est rejectio literæ vel syllabæ è medio dictionis, ut: *Deûm*, pro *Deorum*:) *Clamârunt*, pro *clamaverunt*: *Pericla*, (pro *pericula*:) *Dixti*, (pro *dixisti*:) *Accestis*, (pro *accessistis*:) *Surpuerat*, (pro *Surripuerat*, (*Repostum* (pro *Repositum*,) *Commôrit*, pro *Commoverit*, &c.

Versus:

E medio quicquam tollas, ita Syncopa *fiet.*

[*Observavit Ob. Gifanius veteres ad hanc figuram nomina multa mutilasse, integra tamen scripsisse, ut videre est in veteribus libris. Sic apud Lucretium legimus* Copulata, Singulariter, Universorum, Oraculum. *Apud Ennium* Aspera *dissyllabum, apud Horat.* Pueritia *trisyllabum: Cujusmodi frequentes Syncopas etiam recenset multas G. Schoppius lib. 2. verisimil. cap. 16.*]

Apocope est rejectio literæ vel syllabæ à fine dictionis. ut: *Pecull*, (pro *peculii*:) *Nostin'* (pro *nostine*:) *Parce metu*, (pro *metui*,) Virg. *Hymen*, (pro *Hymenæus*,) Catull. *Immitis Achilli*, pro *Achillis*,) ubi Virgilius soni rationem habuit, ne propter duplex s sibilus major fieret justo.

Versus:

Est Apo nempe cope *quicquam de fine recidens.*

[*Figuras hasce & similes Poëtæ usurpant non Oratores. Quia enim carmina sunt difficilia, licitum est Poëtis nonnunquam aliquid addere, detrahere, permutare seu transferre. Apud Oratores & in oratione soluta habetur pro Barbarismo: at in Oratione ligata appellatur Metaplasmus, quoniam communis & vetus verborum necessitas, necessitate metri vel etiam ornatus causa mutatur. Itaq; figuræ quæ in Poësi essent adhibendæ, eruendæ item erant ex Poëtis: ut ea similitudine facilior esset aditus ad inventionem.* Scaliger. lib. 3. Poëtic. cap. 45. *Diminutio autem talis verborum apud Græcos Poëtas fuit usitata; qui* ῥᾶ *dicebant pro* ῥᾴδιον. Βρῖ, *pro* βριαρὸν *vel* βριθὺ, λῖ *pro* λίαν, ἄλ *pro* ἄλεισον

Latini

Latini imitati sunt & dixerunt gau, cœl, Fabric, guberna, capital, famul, algo; *pro gaudium, cœlum, Fabricius, gubernacula, capitale, famulus, algore, &c.* vide Lips & Giph.]

Synalœpha est, cùm vocalis aut diphthongus in fine dictionis à vocali vel diphthongo eliditur & quasi obliteratur, ut:

Non facil' est aquâ commoda mente pati, Ovid.
Conticuer' omnes, intentiqu' ora tenebant. Virg.

Versus:

Vocalem tollit semper Synalœpha *priorem.*

[*Dicta est* Synalœpha à συν & ἀλείφω, *id est, collino, eò quòd vocales inter se coëant & quasi glutinentur. Cicero vocat Hiatum. Inventa est vitandi hiatus ac inconcinnæ asperitatis causa. Interdum ut hiatus, conatus, difficultas atq; variatio repræsentetur non usurpatur, ut:*

Et succus pecori, & lac subducitur agnis, *Virg.*
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. *Idem.*
Amphion Dircæus in Actæo Hiacyntho. *Idem.*
Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt. *Idem.*
Implerunt montes, flerunt Rhodopeiæ arces, *Idem.*
Jactari quos cernis in Ionio immenso. *Ovid.*

Scalig lib. 4 Poët. cap. 47. *Et* Nicolaus Erythræus *apud solum Virgilium observavit exempla* 43. *in quibus nulla prorsus fit collisio aut elisio,* Verepæus *hoc fieri putat, imitatione Græcorum*, lib. 4. Grammat. pag. 516. *Græci enim frequenter in Heroicis atq; Elegiacis hiatuum licentia abusi sunt*, Scal. lib. 4. poëtic. c. 48.

O & Heu *hoc habent peculiare, ut à vocali sequente non absorbeantur, ut:*

Te Corydon, O Alexi, trahit sua quemq; voluptas, *Virgil.*
O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat, *Ovid.*

O &

O & præsidium & dulce decus meum, *Horat.*
Heu ubi pacta fides. *Ovid.*

Hujus generis etiam sunt Interjectiones Hei, Ah, Vah, Væ. Prô, Io:

Et bis Io Arethusa Io Arethusa vocavit. *Ovid.*

In his enim sistitur quodammodo Oratio ad Exclamationem & affectum, & quasi quiddam novum expectatur, Micyll. lib. 1. de re metric. p. 137.

Cæterùm distinguunt nonnulli inter Elisionem, *quam Pontanus vocat Explosionem, &* Collisionem, *Græcè* ἔκθλιψιν, *quam Pontanus vocat Complosionem: Hanc esse dicunt in illis:*

Nec formâ æternum aut cuiquam fortuna perenne. *Prop.*
Quam quidem ego actutum, modò vos obsistite, cogam, *Ovid.*

Quæ utraq; quo modo & quo loco usurpanda sit, paulò pòst docebimus. Præterea eadem ratio est eorum verborum, quæ ante vocalem H à principio habent, quòd ea spirationis tantùm nota sit, nec magis pro litera censenda, quàm numerorum figura, ut ait Priscianus, *quæ ipsa quoque in versu inter alias literas scribuntur, potestatem autem literarum non habent: quanquam interim Poëta illa ita utantur ut non immeritò pro consonante posita videri queat,* Micyll. lib. 1. de re metric. pag. 136. *Consonantis vim obtinere dicunt in hisce seqq.*

Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma *Virg.*
Clamassent ut littus Hyla Hyla omne sonaret, *Idem.*
Qui teneant (nam inculta videt) Hominésne feræné, *Idem.*
Ille latus niveum molli fultus Hyacintho, *Idem.*
Grajus homo infestus fugiens profugus Hymeneios, *Idem.*
Si fur displiceat Verri, Homicida Miloni, *Iuven.*
Vivendum rectè est cùm propter plurima tum His, *Idem.*
Nec vaga Hunnorum feritas, *Claud.*

Hortem

Horum causam Scaliger *ad Hiatum.* Micyllus (*quod idem est*) *ad aurium judicium pertinere dicit. Poëtæ enim sæpe vel Grammaticas regulas mutaverunt, ut rationem haberent sonitus vocum atq; verborum jucundioris.* Vide Agell. l. 13. c. 19. & Accium Pontani, *in quo vel* Micylli *testimonio copiosissimè pulcherrimeq; de tota hac numerorum ratione disputavit. Quod* Synalœpha *non tantum in diversis dictionibus, sed etiam in diversis versibus locum habeat, dicemus paulò pòst, De Comicorum elisionibus videndus est* Johannes Rivius in castigationibus *quæ in* Terentii lectionem edidit.]

Synalœphe autem fit 7. modis.

I. Cùm brevis syllaba cadit in brevem, ut:

Obsedere alii telis angusta viarum, Virg.

II. Cùm brevis in longam, ut:

Tænarias etiam fauces alta hostia Ditis, Idem.

III. Quando longa in brevem, ut:

Nuncio & in tutum versis Aquilonibus actam, Idem.

IV. Quando longa cadit in longam, ut:

Progeniem, sed enim Troiano à sanguine duci, Idem.

V. Quando diphthongus cadit in simplicem longam, ut:

Dardanidæ è muris, Idem.

VI. Quando brevis in diphthongum, ut:

Arva neq; Ausoniæ semper, Idem.

VII. Quando diphthongus cadit in diphthongum, ut:

Crebrescunt optatæ auræ portusq; patescit, Idem.

Ecthlipsis est, cùm M in fine una cum vocali præcedente eliditur sequente alia, ut:

Audend' est, fortes adjuvat ipse Deus, Tibull.

Monstr' horrend' inform' ingens cui lumen ademptum, Virg.

Omnibus hoc viti' est cantoribus, inter amicos.

Vtnunqu' inducant animum cantare rogati, Hor.

Versus:

Ecthlipsis necat M cum vocali præeunte.

Vel

Vel

M necat Ecthlipsis, *ceu vocalem* Synalœpha.

[*Dicta est Ecthlipsis à Graco verbo* ἐκθλίβειν, *quod est elidere seu excludere. Nam bona pars syllaba difficili ac dura quadam collisione extruditur vel exciditur potius; ut ait Donatus, qui solus meritus est, qui poëtarum anima diceretur,* Scalig. lib 3. poët. c. 26. *Vicina est & finitima Synalœpha: Hac enim elidit Vocales, illa Consonantes, & quidem usitatè literam M, Et si quando diversa ab hoc exempla inveniuntur, licētia Poëtica aut imitationi vetustatis adscribenda sunt: Nam vetustissimi, ut inquit* Priscianus, *hanc literam non semper subtrahebant*, Micyll. lib. 1. de re metric pag. 140. *Sic est apud* Ennium.

Insignita ferè tum millia militum octo:

Apud Lucretium; Corporum in plumbo est tantundem pondere par est.

Item; At contra pravius pl.. s in se corporum esse.

Et rursus; Corporum officium quoniam premere omnia deorsum.

Apud Iuvenalem; Vivendum rectè tum propter plurima, tum his. Obertus Giphanius in notis in Lucret. *Hujusmodi in quibus M sequente vocali non eliditur multa sunt apud* Terentium *aliisq; Comicos.*

Veteres etiam soliti sunt elidere S. & quidem non tantum vocali, sed etiam consonâ sequente, ut:

Spernitur orator bonus horridu' miles amatur. *Ennius.*

Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit. *Idem.*

Usq; adeo largos haustus de fontibu' magnis, *Lucr*

Formosus Phœbus geminos Cyllenıu' cancrum, *Marcell.*

Vicimus ô socii & magnam pugnavimu' pugnam, *Cæcil.*

Huc referri debent & ista Comicis frequenter usitata, vin' *pro visne:* viden' *pro vidésne:* audin' *pro audisne: Sic apud Homerum etiam Σelisum est,* Iliad. 2.

ἢ μὰν δὴ μάλα πολλὰς μάχας εἰς ἤλυθον ἀνδρῶν.

His nonnulli addunt exemplum elisionis S sequente vocali ex Virgilii 12. Æneid.

Inter se coiisse viros & decernere ferro.

Sed Melanchthon : *omninò, inquit, ut Seneca(addo ego & Servius)etiam ostendit, legi oportet.*

Inter se coiisse viros & cernere ferro.

Non decernere. *Possit etiam dici, versum esse* ἀκέφαλον*, ut una syllaba in medio redundet, quales sunt & apud Homerum, ut:*

Αὐτὰρ ἀνδρογῆτα καὶ ἥβην.

Vbi δρο *redundat: Quamvis & hic alii legant* ἀδροτῆτα*, qui malunt ad aliam vocem confugere quàm Poëtæ licentiam tribuere.*

Eliditur etiam nonnunquam litera V quando vim consonantis habet in media ferè dictione, ut apud Terent. in Andr. scen. 3.

Enimvero Dave nihil loci est segnitiæ neque socordiæ.

Et scen. 1. Sine *invidia* laudem invenias & amicos pares.

Hac elidendi ratio τοῦ *V cum pro consonante ponitur, à Græcis sumpta est, apud quos Æoles eodem modo* τὸ F *digamma in versu interdum pro nihilo, ut ait* Priscianus, *acceperunt. Veteres etiam M. sequente consonante excludebant, ut:*

Lanigeræ pecudes & equorum duell ca proles.

Lucret. lib. 2. *Sicut nonnunquam etiam elidebant S cum sua vocali, ut suprà dictum:*

Limina tectorum & mediis in penetralibus hostem,

Virgil. (quanquam pro mediis *nonnulli legunt* medium.)

Aut ovium fœtus, aut urenteis culta Capellas. *Idem.*

Veruntamen & hic alii legunt: Aut fœtus ovium aut: sed illud Membranæ nostræ tuentur.]

Observationes de Synalœpha & Ecthlipsi.

1. Usus *Synalœphes* & *Ecthlipseos* est non tantùm in diversis dictionibus, sed etiam in diversis versibus. Quando

Quando enim in versu Hypermetro syllaba redundat, absorbetur à versu sequente, quia à vocali incipit, ut:

Omnia Mercurio similis vocemq́, coloremq́,
Et crines flavos. Virgil.
Barba erat incipiens, barba color aureus, aureaq́
Ex humeris medios coma dependebat in armos, Ovid.
Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem
Et foliis undam, Virgil.

Ubi ultimæ syllabæ quæ in fine prioris versus redundant, cum initio versus proximè sequentis connecti debent.

2. Interdum locum habet *Synizesis* sive *Crasis*, videlicet quando syllaba redundans cum præcedente contrahitur, ut:

Rore levis verno flores apis ingerit alveo, Tibull.
Atria, dependent lychni laquearibus aureis.
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia
Perlegerent oculis, &c.

3. Elisiones non debent esse crebræ, nec ultra duas in uno versu, nisi fortè gratiam aliquam afferre, hiatum aut aliud indicare possunt: qualis gratia est in isto Virgiliano:

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Inprimis autem carminis gravitatem adjuvat, quando in syllabam longam incidit, ut:

Arva aliena jugo premere, atq́, avertere prædas.

Hinc primus observavit **Erythræus**, Ecthlipsin semper ferè apud Virgilium in syllabam longam positione cadere, ut:

Postquam introgressi & coram data copia fandi:
Illum expirantem transfixo pectore flammas.
Illum & labentem, &c.

A paucitate elisionum celebratur Accius is, quem faciunt Æsopicarum fabularum autorem: illud observarunt præceptores nostri, ab eo nusquam Ecthlipsin ullam

ullam factam in carmine syllabarum: videmur tamen nos alicubi unam aut alteram deprehendisse, inquit Scalig. lib. 7. Poët. pag. 789. & ex recentioribus commendatur eâ de caussâ *Gregorius Sabinus*, *Sebastianus Hornmoldus*, &c.

4. *Elisiones* & *Collisiones* nimis duræ, horridæ ac asperæ instar scopuli sunt vitandæ, ut in illis Catullianis:

Troja nefas commune sepulchrum Europa Asiaq;.
Troja virum & virtutum omnium acerba cinis.
Quam modò qui me unum atq; unicum amicum habuit.

Verùm Scalig. hæc duo posteriora excusare videtur, quia Elegiacum veteres non cæsura semper, sed perpetuo tractu duxerunt ad Anapæstos: Et in Heroibus cum Fabricium loquentem introduceret, id imitatus est hoc versu:

His dominarier ausim.
Auri etiam Dominis:

nimirum ut hispida oratione exprimeret antiquitatatem, ut fatetur ipse *lib. 2. Poëtic. cap. 24.* Hujus farinæ est & illud: quod legitur in antiquo Epigrammate Neapolitano:

Te umbra petam ergo unquam, ne metue abs te abeam:

Illudq; Terentii in Hecyr.

Non omninò abhorrere animum huic video à nuptiis.

Sed Comicis hoc condonandum est, quippe qui majorem habent licentiam, ceu videre est apud *Scal. lib. 3. Poët. c. 47.*

5. *Elisiones* in initio versus eundem maximè deformant. Hinc ab omnibus reprehenduntur hæc Horatiana.

Nam ut ferula cædas meritum majora subire.
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas.
——*Tam cernis acutum.*
Quàm aut aquila aut serpens.

Hujusmodi Elisiones apud Horatium ipsum non inveniuntur in odis, quas maximam partem a Græcis Lyricis suffuratum esse *Scaliger* suspicatur, *lib. 5. Poetic. c. 7.*

L

c.7. In odis enim accuratior est quàm aliis, per ea quæ disputat, *Scal lib 6. Poët. c. 7.* & modò Horatius sententiæ lacertos expressos ostendat sermone vulgato, sed tecto tamen, parum curat numeros, *Scalig. lib. 3. Poët. c.48.* Exempla tamen elisionis initio versus occurrunt etiam apud Virgilium & Catullum:

Si ad vitulam spectes, nihil est quòd pocula laudes. Virg.
Qui ipse sui nati minxerit in gremium. Catull.
Qui illius culpa cecidit velut prati. Idem.
Nam unguentum dabo quod mea puellæ. Idem.

Quod Eryth. excusat. quòd in plerisq; dictio monosyllaba desinat in vocalem, *de licent. & dilig. Carmin. Virg.* p 57.

6. In medio versus, cum *Collisio* incidit in Cæsuram non probatur: est enim horridior, & minus sua vis, ut:

Impetret & pacem & locupletem frugibus annum. Hor.
Herculis Antaiq; Hesperidumq; comes. Prop.

Qui posterior versus ob id etiam reprehenditur, quia est in Cæsura Pentametri: In Pentametris enim elisiones insolentes sunt & antiquiores, quas qui imitatus fuerit lauream in mustaceo quæsiverit.

7. In quanto loco versus longi sive hexametri, nisi gravis causa subsit, nihil est collidendum aut elidendum, secus atque est apud *Horat.*

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus:

Et Tibull. *Blanditias nè meas alii tu vendere es ausus.*

8. In fine versus licèt tolerabilior sit elisio, doctis tamen nòn usque adeò probatur, ut:

O cives cives, quærenda pecunia primùm est. Horat.

9. In pede ultimo Pentametri pariter ingrata est elisio, nisi fiat singulari judicio, ut apud *Ovidium & Propertium.*

Quadrijugos cernes sæpe resistere equos.

10 Ad extremum ea elisio suavis est, quæ fit in vocalibus minus asperis, ut:

Difficile est longum subitò deponere amorem. Catull.
Quid mihi fortunæ tantum, quid regna sine usu.

[*Hæc*

[*Hæc autem ita accipi non debent: quasi vitiosum sit elidere: absit hoc, sæpe enim diversas res per elisiones repræsentamus, pro literarum atque vocalium diversa vi atq; potestate. Sic singulari judicio usus est Poeta elisione in his:*

Juturnamq; parat fratris demittere ab armis:

Sic genus amborum findit se sanguine ab uno:

Hic enim sine elisione sic dicere potuisset, si voluisset:

Dimittere fratris ab armis.

Se sanguine findit ab uno.]

Synæresis est contractio duarum syllabarum in unam, ut:

Fixerit aripedem cervum (pro, aëripedem.)

Versus:

Syllaba de binis est facta Synæresis *una.*

Aliás appellatur συνεκφώνησις *ab* Hephestione, *& definitur* σύλληψις δύο συλλαβῶν εἰς μίαν ἐν τῷ βαίνειν. *Dicta enim est à* σὺν *&* ἐκφωνεῖν, *quod est simul enunciare: In hac enim duæ vocales enunciantur pro una,* 2. *appellatur* Synizesis *à* συνιζάνειν, *id est, residere sive coire: Coit enim hic syllaba tanquam spongia, secundum* Micyllum: *& ut* Hephæstio *ait,* ἐκ τινὸς μείζονος εἰς ἔλαττον συμπίπτει. 3. *Nominatur* Episynalœpha, *quasi dicas, continua Synalœpha. Communiter dicitur* Crasis, *cui opponitur Diæresis sive lysis, de qua postea.* Hinc versiculus.

Constringit Crasis, *distracta* Diæresis *effert.*

Fit autem Synæresis 4. potissimum modis.

I Quando duæ longæ syllabæ in unam longam coëunt, ut:

Prehensant fastigia dextris. Virg.

II. Quando duo breves ponuntur pro una longa, ut:

Theodosius privatus adhuc: Claud.

Duodecies nudis irrigat omne nemus. Lact.

Duodecimo Turnus divinis occidit armis.

Sic apud *Terent. & Plaut.* pronomina *Mea, Tua, Sua, Ea* pro una longa ponuntur. Et eodem modo *Mihi & Nihil* in unam syllabam nonnunquam exeunt. Hujusmodi exempla sunt apud Virgil. ut:

Semihominis Caci, facies quem dira tegebat.
*Cecropiumq; thymum & graveolentia centaurea.*Idem
Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea. Id.
Caumq; Iapetumq; creat sævumq; Typhoëa. Idem.
Bis patriæ cecidere manus, quin protinus omnia. Idem
III. Quando brevis & longa in unam longam coë(unt
Seu lento fuerint alveâria vimine texta Virg.
Hic *e* & *a* in unam longam coëunt:
Ferreiq; Eumenidum thalami & discordia demens. Idē
Centum ærei claudunt vectes æternaq; ferri. Idem.
Vno eodemq; igni, sic nostro Daphnis amore. Idem.
Vnius ob noxam & furias Ajacis Oilei. Virg.
—— *Dependent lychni laquearibus aureis.* Idem.

Sic etiam concretionem duarum syllabarum in unam in principio, medio & fine ponit *Scaliger:*
Eosdem habuit secum quibus est elata capillos.
Et leveis ocreas lato ducunt argento.
Atq; hinc bullato spoliavit Amazona baltheo.
Lib. 2. Poët. c. 31. Hujus 32. exempla apud Virgilium annotat *Nicolaus Erythræus, in tract. de licent. & diligent. carmin. Virgiliani, p. 38. 39.*

[*Huc pertinent* 1. *pronomina* Meo, Tuo, Suo, Eo, Meorum, Tuorum, Suorum, Eorum, *quæ apud Comicos crebro contrahuntur*

2. *Verbum* Scias *apud* Terent. in Andr.
Scias posse habere jam ipsum suæ vitæ modum.
3. Dii, *ut:* Dii cæpta secundent. *Virg.*
4. Ei, ii, eidem, iidem.
Scilicet & fluvius qui visus maximus ei est. *Lucret.*
Multiplicans decies injectis insuper eisdem *Manil.*
5. Cui, Huic, *quæ aliâs divisa leguntur.*
Et norunt cui serviant leones. *Martial.*
Collatus cui gallus est Priapus. *Id.*
Nodosum cui destino Draconem. *Taubm.*
Sic erat & sedes fugienda petenda cuiq;. *Manil.*
Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis. *Albin.*
Unicuiq; vices sanxitq; per omnia summam. *Manil.*

Un

Unicuiq; dedit vitium natura creato. *Horat.*
Lætus huic dono videas dare thura nepotes. *Statius.*
Finis huic Gades, &c. *Ruffus Festus.*]

IV. Quando longa & brevis pro una longa enunciantur, ut:

Sint Mecænates non deerunt Flacce Marones, Mart.
Fixerit æripedem cervam licet aut Erymanthi, Virg.

Huc referri etiam debet verbum *Prait*; cùm in unâ syllaba effertur: *Micyllus* etiam censet addendum *Rejicit:*

Tityre pascentes à flumine rejice capellas.

Apud Comicos etiam *Ejus*, *Hujus*, *Cujus* pro monosyllabis usurpantur. Apud *Lucret.* est *Eiicit* pro ejicit.

Ejicit enim sulci recta regione viaq;.

Hoc pacto frequenter contrahuntur: 1. *Deinde* apud Virg. 2. *Proinde.*

Proinde tona eloquio. lib. 11. Æneid.

3. *Deinceps: Redde age quæ deinceps risisti præmia.* Hor.
4. *Dehinc: Oscula libavit natæ, dehinc talia fatur.* Virg.

Quod aliâs etiam usurpat pro dissyllabo.

Cervici subnecte dehinc, lib. 3. Georg.
Dona dehinc, lib. 3. Georg.
Visa dehinc. 5. Æneid.
Vix ea dicta dehinc. lib. 8. Æneid.
Ipse dehinc auro, 12. Æneid.

5. *Deest: Deest jam terga fugæ.* 10. Æneid.
6. *Deerit: Troiaq; opulentia deerit*, 7. Æneid.
7. *Deerunt: Si deerunt rarum.* 2. Georg.
8. *Deerraverat: Vir gregis ipse caper deerraverat aut ego Daphnim.* Eclog. 7.

REDVNDANTIA.

Redundantia fit in Prosthesi, Epenthesi, Paragoge, & Diæresi.

Prosthesis est adjectio literæ vel syllabæ ad principium dictionis, ut: *Gnatus* pro *natus*. *Gnavus*, (pro *navus*.) *Tetuli* (pro *Tuli*,) *&c.*

Epenthesis est adjectio literæ vel syllabæ a medium dictionis, ut:

Induperator pro Imperator,) *Indupeditus* (pro Impeditus) *Relliquiæ*(pro Reliquiæ.) *Relligio*(pro Religio.) *Pallatinus* (pro Palatinus.)

Versus:

Adjice quid medio, sic fiet Epenthesis aptè.

[*Epenthesis hæc apud veteres multò frequentior fuit, qu hodie vix admitti solet; Cujusmodi est in Satyra Sulpiti* Cluvis *pro Cluis, apud Lucretium* Fuvit, Luvit, Habuvit Fluvida, *pro Fuit, Luit, Habuit, Fluida. Item.*

Annuvit sese mecum decidere ferro. *Ennius (pro Annuit.)*

Nonnulli distinguunt inter Epenthesin & Diplasiasmũ illam esse dicunt, quando syllaba in media dictione interse ritur, hanc quando consonans geminatur, unde & diplasiasmus nomen habere videtur, videlicet ἀπὸ τοῦ διπλασιάζω quod est geminare. Atqui nos Diplasiasmum sub Epenthes cum plurimis comprehendimus, & dum dicimus, Epenthesin esse adjectionem syllabæ aut literæ, eandem distinctionem innuimus: quemadmodum definitio Epigrammatis apu Scaligerum etiam complectitur divisionem sive implicitam distinctionem, lib. 3. Poët. c. 126.]

Paragoge est adjectio literæ, vel syllabæ in fine dictionis, ut: *Dicier*(pro dici:)

At pulchrum est digito monstrari & dicier hic est. Pers

Sic *immiscerier* (pro *immisceri.*) Virgil. *Huiusce* (pro *hujus,*) *potestur*(pro *potest,*) quod tamen vetus illud Latium sapit.

Diæresis est divisio unius syllabæ in duas, ut *gaüdet* (pro *gaudet,*) *abeneus* (pro *æneus,*) *süasit* (pro *suasit,*) *süetus*(pro *suetus,*) *sylüa*(pro *sylva*) *solüit,* (pro *solvit,*) *dissolüo & evolüo,* (pro *dissolvo & evolvo.*)

[*Vocatur etiam Dialysis à* διαλύειν *quod est dissolvere*

a

atq; distrahere. Micyll. lib. 1. de re metr. *Eam sine ratione à Diaresi distinguit, dum putat à Grammaticis propriè Diaresin eam dici, quando ex una syllaba duæ factæ pariter scribantur & proferantur, ut in Aulai, terrai materiai & similibus, qui tamen Genitivi antiquiores sunt quàm aulæ, terræ, materiæ.*]

COMMVTATIO.

Commutatio est in Tmesi, Antithesi, Metathesi, Systole, & Diastole.

Tmesis est sectio vocabuli, & aliorum interpositio, ut: *Disq; tulissent*, Plautus.

Est Boreæ regio septem subjecta trioni. *Virg.*
Quæ me cunque tenent terræ.
Inutilis inq; ligatus. Inq; salutatus.

[*Hæc figura Ennio & Lucilio admodum frequentata fuit, vulgaris quoq; Lucretio, qui in hac usurpanda etiam audacior cæteris fuisse videtur: ut in his exemplis apparet:*
At contra *quæ* & amara atq; aspera *cunque* videntur.
Aëra *qui* inter se *cunq;* est oculosq; locatus.
Partim *quæ* variis ab rebus *cunq;* recedunt, &c.
Quæ terrarum aliquid sidera *cunq;* vident. *Eob.*
Vide Indicem Erythrei pag. 412. *Adhiberi autem debet non temerè, sed vel ex necessitate, si compositum carminis leges respuit, vel decori gratia. Dicitur aliâs etiam Diacope.*]

Antithesis est positio literæ pro litera, ut: *optumus*, (pro *optimus*,) *olli* (pro *illi*,) *faciunda* (pro *facienda*,) *volgus* (pro *vulgus*,) *upilio* (pro *opilio*.)

[*Scaliger hanc mutationem ascribit consuetudini, & ad Archaismum refert. Aliâs appellatur Antistoechon ab* ἀντὶ *&* στοιχεῖον: *quia elementum pro elemento, hoc est, litera pro litera ponitur. Græcis magis usitata est quàm Latinis, quippe majori ex parte ad Dialectos vocabula ista pertinent, ut* μῶα *Doricè pro* μοῦσα, ἀδὺς *pro* ἡδύς.]

Metathesis est transpositio literarum, ut: *Evandre*(pro *Evander*,)*Thymbre*(pro *Thymber*.)

[*Quanquam non desint, qui existiment, hos Vocativos esse à Nominativis Evandrus & Thymbrus. Scaliger exempla ponit* Queibam & Adeibam *pro Quiebā & Adiebam.*]

Systole est correptio syllabæ longæ, ut: *Obstupui stetĕruntq́; comæ, & vox faucibus hæsit.* Virg. *Matri longa decem tulĕrunt fastidia menses.* Idem. *Nec cythara intensæ profuĕruntq́; comæ*, Tibull.

[*Systoles plura exempla suprà annotavimus, p.* 153. *Dicta est* ἀπὸ τοῦ συστέλλειν, *quod est* corripere. *Videtur autem Systole etiam esse in* Cave *apud* Ovid. *Tu* cave *defendas. in* Vide *apud* Pers. *Auriculas* vide *sis ne majorum tibi forte. in* Præbe, *apud* Eoban. Præbe *virum.* &, præbe *globum. In* mane & abi, *apud* Comicos. *Hodie nonnulli ex prava consuetudine penultimas in* idolum, Mammona, Jacobus, Jairus, Salome, Samárita, *& similibus corripuerunt: adeò curiosa hæc ingenia sui confidentia, judicio destituta, & se & alios fallunt.* Scal lib. 7. Poët pag 927. *Perpaucis enim aures poëticæ datæ sunt.* Scal. lib. 7. Poët. pag. 116. *Sic invenitur etiam correpta media in* voluptas, *exemplo Græcorum ubi se torquent Critici: Nonnulli enim elidunt vocales,* Camerarius O, *ut sit vluptas,* Erasmus U, *ut sit volptas,* Glareanus *elidit P, ut legatur volutas,* Alciatus *T, ut sit volupas: sed* Scaliger: Quotusquisq́;, *inquit,* hactenus putavit mediam naturâ corripi in hac voce voluptas? At corripitur, id quod & exemplis & ratione manifestum erit: Sanè *volupe & peto* confecerunt nomen illud, quæ utraque tota brevia sunt. Quamobrem inconsultò, ut sæpè, Erasmus sustulit vocalem de medio ex illo Andriæ: *Quod voluptates eorum propria sunt*, lib. 7. Poët. pag 913. *Factum id est more Græcorum, qui sæpè has connexiones κλ, πλ. φθ, &c. corripiunt, ut: αἰγύπλιη apud* Homer. *Deniq; per systolen Sidonium secundam in* aratrū *corripuisse putamus, nisi cum* Micyllo *dicere velimus, illud ex Græco traductum magis quàm à Latino verbo derivatum:*

vuum: Græcè enim ἄρρηγον o brevi dicitur. Eodem modò secundam Saginatus à Sagina. Calphurn. *Veteres autem Poëtæ prudentiores erant, nam ut tuto possent corripere, longas vocales in breves mutabant, ut Catull.*

Quæ tibi sene serviet, *&* Esuriente Leoni, *Lucil.*
Morte meæ. *Propert. Pro* Seni, Esurienti, morti.]

Diastole est productio syllabæ brevis, ut: *Pegaseium mēlos*, apud Pers. Prima enim in *Melos* naturâ brevis est. Sic primæ etiam in *Arabia* & *Priamides* produci solent, necessitate metrica, ut suprà diximus, quia aliâs carmen ingredi non possunt.

[*Diastole aliâs vocatur Ectasis; unde vetus versiculus.*
Ectasis extendit naturâ corripiendam.

De prima in Melos *concertatio est apud interpretes* Persii: *Nos agnovimus Diastolen, quia apud* Horat *corripitur, ut: Regina Calliope melos, quia item apud Græcos vocalis brevis est.* Philippus Valentinus *dicit Persium usurpasse licentia Poëtica à suavitate mellis, pro omni dulcedine.* Murmelius & Britannicus *geminato* λλ *legendum putāt, ut apud* Virg. 1. Æneid *Relliquias Danaûm* Angelus Politianus Centur. c. 44 *pro melos legit nectar, At* Hermolaus Barbarus *defendit auctoritate Homeri, qui in Hymnis eandem syllabam produxit, ut:*

Ἱμερόεν κονάχησε θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.

Agnoscunt & nonnulli Ectasin in Suspicio, *quando* i. *longa ponitur, pro quo alii legere malunt* suspectio. *Sed Dn.* Taubmannus in Plaut. suo fol 37. & 766. *vult.* Suspicio *nunquam nisi secunda producta in Plauto legi, ut* Amphit. act. 1. scen. 2. Bacch. & Trin. bis terve, item Asinar. act. 4. sc. 1. Pseud. act. 1. scen. 5. *Imò, inquit, non facilè reperias in classicis scriptoribus.*

Et lib 3. *Epigr. Melod. ad* Marculum *ita scribit;*
Quòd mihi *Suspicio* semper *Suspicio* dicta est,
Non, ais, hoc vitii suspicione caret.
Si tu productè *Mulierem*, Marcule, dicis:

Hoc ego non vitium suspicor esse, sed est.

Scaliger autem, in Suspicio, *si antepenultima producatur Synæresin: sin verò corripiatur Syncopen esse ait pro* Suspicitio. *Nos supra inter Derivata Longa à Primitivis brevibus retulimus.*

Plaut. *Et ne in suspicione ponatur stupri.*
Idem. *Et clandestina ut celetur suspicio.*
Mart. *Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ.*
P. Mimus. *Suspicio sibi ipsa rivales parit.*
Scalig. *Suspiciosus, lacrymans, gemens, amens.*
Lipsius. *Suspiciosos, fraudulentos, duplices.*

Videtur etiam Ectasis esse in Omitto, *cujus primam* Mantuanus *bis produxit*, Eclog. 2. & 10. *Sed jam satis de Diastole sive Ectasi, ubi in transcursu monendi sunt Poëtices studiosi, ne omnia temerè imitentur, & parem licentiam sibi usurpent, ut aliquoties monuimus. Porrò, Systolen & Diastolen vel Metrica necessitas vel Licentia Poëtica excogitarunt, quando enim brevium syllabarum continuatio vocem versus ingredi recusavit, breves syllabas produxerunt, ut in* Arabia, Italia, Priamides, *&c aut longas corripuerunt, ut* Stoicidæ *Iuvenalis penult, corripuit, quò usurpare posset. Sic licentia sua usi sunt quando penultimam in* Tulerunt, Dederunt, Steterunt, *& aliis corripuerunt: quanquam posterius versum heroicum aut Elegiacum ingredi non potest nisi hoc modo syllaba quantitas mutetur.*]

DE CÆSURA.

Cæsura est decorum versus in fine dictionis segmentum.

[*Dicta est Cæsura à cædendo, quia per eam versus ceditur atq; dividitur. Vocatur etiam incisum, à Diomede sectio à Prisciano & Servio Comma, ab aliis mansio, concisio, articulus, Græcè τομή. Secamus enim dictionem interdum, ut posterior pars succedentis pedis initium sit, prior autem antecedentis finis. Et idcirco* Cæsura *quasi* Sectio *dicitur.* Scalig. l. 2. Poët. c. 2.]

Species Cæsuræ sunt quatuor, Trithemimeres,

res, Penthemimeres, Hephthemimeres, & Ennehemimeres; quibus addunt nonnulli quintum & sextam, Monoemimeres & Hendechemimeres.

Cæsuræ cognomina hæc addidere secundum loca. ut si post duos pedes integros secaretur dictio, diceretur quintus semipes: sanè rectè pro eo, quod quilibet Pes duos semipedes continet. Itaq; eo versu, Arma virumq; cano: cæsuram agnoscimus in posteriore verbi syllaba. Est enim ibi semper Spondeus: Græci non ἡμιπόδιον, sed, ἡμιμερὲς dixêre atq; à loco πενθημιμερὲς. Eadem lege si post tres pedes esset, ἑφθημιμερὲς, quia septimus pes voce clauderetur: ut eo versu.

Italiam fato profugus.

Erit igitur Penthemimeres quasi sestertium, continet enim duos pedes, & præterea tertio loco semipedem: quare autem non introduxerint observationem τριθημιμεροῦς, considerandum est; quippe nihilo secius eodem versu secatur post duos semipedes secunda dictio.

Arma virum. *Quam quæstionem etiam deducas ad eam cæsuram, quæ in nono quoq; semipede statuetur.* Scalig l. 2. Poët. c. 2]

I. Trithemimeres est, cùm post primum pedem syllaba relinquitur dictionem terminās & metrum incipiens: *Ille latus:* ubi *Tus* post primum pedem abscinditur, dictionem finit, simulq; principium est pedis sequentis.

Trithemimeres *appellatur hæc Cæsura, quoniam de tribus tenet dimidium: nam bis, unum & semis tria constituunt. Latinè nomen non habet, nisi* Semiternariam *placeat appellare.* Erythræus de licent. & dilig. carm. Virg]

II. Penthemimeres est, cùm post duos primos pedes syllaba remanet dictionem terminans, ut: *Ille latus niveum:* ubi syllaba *Vm* remanet, abscissa à dictione *niveum*, & ut dictionem finit, ita principium est pedis sequentis, [*Dici*

[*Dicitur* Penthemimeres, *quia dimidium tenet de quinque: bis duo enim & semis quinq; constituunt, hoc est, quia continet duos semipedes sive duos pedes, & syllabam; vel quod idem est, quia duo pedes & semis divisi, quinque partes reddunt. Nam si quilibet pes per se in duo dividitur, in* ἄρσιν *&* θέσιν, *secundum hanc dimensionem duo pedes & semis, quinque partes seu quinque semipedes efficiunt. Hinc Latinè dicitur Semiquinaria* Eryth. Micyll. Verep. *Erit igitur,* inquit Scaliger, *Penthemimeres quasi* Sestertium: *Continet enim duos pedes, & praeterea tertio loco semipedem,* lib. 2. Poët. cap. 2. *Hac caesura tam decora quàm necessaria est versibus heroicis, Pentametris, Sapphicis & Asclepiadeis.*]

III. Hephthemimeres est, cùm post tres primos pedes syllaba remanet dictionem terminans, ut: *Ille latus niveum molli:* ubi LI abscissum à dictione *molli* dictionem finit, & pedem sequentem incipit.

[*Hephthemimeres dicitur, quia de septem habet dimidium. Nam bis tria & dimidium, efficiunt 7. Breviter: dicitur ita, quia habet septem semipedes, hoc est, tres pedes & syllabam: Unde & Latinè appellatur* Semiseptenaria. *Locum habet in solo versu heroico.*]

IV. Ennehemimeres est, quando post primos quatuor pedes syllaba remanet dictionem terminans, ut:

Ille latus niveum molli fultus hyacintho. Item.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem. Horat. de art. Poët.

Ubi Mo syllaba remanet à dictione fumo, & dictionem finit, simulque initium est pedis sequentis.

S. eibid. *Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri.*
Ibam fortè via sacra, sicut meus est mos.

Enne-

[Ennehemimeres dicitur, quia de novem habet dimidiũ: nam bis quatuor & dimidium efficiunt novem, hoc est, quia conſtat ex novem ſemipedibus, ſive ex quatuor pedibus & ſyllaba.]

V. Monoemimeres illa dici poteſt, quando verſus incipit ab O, aliáve vocali, & ſequens dictio incipit à vocali, ut: *O ego ſi poſſem tales ſentire dolores.* Tibull. *O utinam tunc cùm Lacedæmona claſſe petebat.* Ovid. *Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo.* Virg. &c.

VI. Hendechemimeres illa eſſe poteſt, cùm poſt quinque pedes ſyllaba remanet dictionem claudens & ſextum pedem incipiens, ut: *Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos,* Virgil. ubi Mi abſciſſum ab *Humi* finit dictionem, & pedem ultimum ſequentem incipit.

[Hendechemimeres igitur appellabitur, quòd undecim dividat: atq; omninò neceſſaria eſſe videtur hæc cæſura, tum quia ſex quinque pedes habere poſſunt interruptiones, tum quia tot apud Virgilium, Horatium, Claudianum, imprimis autem apud Auſonium occurrunt exempla, ut:

Vertitur interea cœlum & ruit Oceano nox. *Virg.*
Dat latus, inſequitur cumulo præruptus aquæ mons, *Idem.*
Procubu t, viridiq; in littore conſpicitur ſus. *Idem.*
Partur.unt montes, naſcetur ridiculus mus. *Hor.*
Noſtráq mox lambit veſt gia perſpicu' fons. *Claud.*

Hujus generis apud Auſonium ſunt integra carmina, ex quibus hæc in gratiam Iuventutis annotamus:

Res hominum fragiles alit & regit & perimit ſors.
Spes nullo fine fine, ævo cùm terminus eſt mors.
Mors avida inferni regis quàm longa prem t nox.

Quæ cæſurarum ſpecies præterea ab aliis conſtituuntur, eæ commodiſſimè ad has noſtras reducuntur.]

Obſer

Observationes de Cæsura.

1. Cæsura si adhibita sit in loco, facit ut versus inter dimetiendum inveniatur ita complicatis inter se pedibus, invicemque consertis, ut pes pedi sit tanquam catenâ devinctus, & numerus fiat plenus & æquabilis, ut:

Romanos rerum Dominos, gentemq; togatam, Virg.
Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.
Quàm cito purpureos deperdit terra colores. (Idem.
Omnia post obitum fingit majora vetustas.

2. Itaque versus, quò plures habet Cæsuras, eò est elegantior atq; suavior, ut:

Casta placent superis, pura cum veste venite. Tibull.
Casta Deus mens est, casta vult mente vocari. Dion. Cato.

Ad minimum autem unam vel duas in versu esse oportet, ut notat Priscianus.

3. Contrà si pedibus singulis singulæ claudantur dictiones, nulla structura pejor esse videtur: *Scalig. lib. 2. Poët. c. 2* hoc est, versus qui cæsurâ caret, pessimus est & titubans atq; hiulcus, ut:

Præter cætera Romæ manè Poemata censes. Horat.
Non quivis videt immodulata Poëmata judex Idem.
Has res ad te scriptas Luci misimus Æli.
Ergo aliis latrasse Dymantida flebile visum est. Idem.
Ennius. *Sarsis hastis longis campus splendet & horret.*
Idem. *Poste recumbite, ve?raq; pectora pellite tonsis.*

Quanquam hîc decori ratio exceptionem admittit, ut postea docebimus.

4. Idem igitur judicium est de illis versibus, in quibus singulæ dictiones singulos pedes constituunt, ut:

Romæ mœnia terruit impiger Hannibal armis.
Doctus nobilis atro semper rarior ovo.
Vrbem fortem nuper cepit fortiter hostis.

5. E contrario versus judicatur elegantissimus, in quo nullus pes aut pauci integra constant dictione, eaque non nimis longa, non nimis curta, ut:

Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt. Virg.

Non

Non ignara mali miseris succurrere disco. Idem.

Georgius Fabricius miris laudibus evehit distichon illud nobilis Pomerani:

Conturbabantur Constantinopolitani.

Innumerabilibus sollicitudinibus: Julius Scal. hoc vitium quantitatis esse dicit in partibus principalibus, veluti cum dictiones nimis longas aut nimis curtas infarcimus: illos vocarunt μακροκώλους. *lib. 2. Poëtic. c.* 31. Irridendi tamen caussâ, aut jocandi, artificiosi hi versus judicari possunt. Sicut & illi; qui meris monosyllabis aut dissyllabis constant, qualis est hic Pentameter *Taubmanni:*

Tu in me ita es, hem, in te ut ego: & tam hic te amo ego, ac tu ibi me hic.

Vides singulari artificio 21. vocabula in Pentametro uno; quem imitatus est Eruditiss. *Henricus Albertius Danus*, totidem vocabulis Pentametrum Elegiacum explens:

Sum ut tu ego, id, ô jam age, habe, ac tu hic me ama, ut, hem, & te ego amo hic.

Item Silesius quidam in hoc Disticho 38 vocabulorum:

Tu ah me ita ama, ut te ego amo ipsâ animâ, hem! & mihi eris tu ita ego ipse hic:

Tu ipse ego ita & tibi ero hic: sum & jam ego tu: & tu item ego et.

6. Cæsura illa quoque probatur, quæ vim sententiæ acuit, ut:

Ecce volat, calcemq; urit jam calce Diones Virg.

Aspicit hos, ut forte pependerat æthere mater. Ovid.

Ut nostris tumefacta superbiat Umbria dictis. Prop.

7. Accentus interdum facit, ut ea cæsura, quæ videbatur durior, emolliatur, ut:

Ah pereat, quicunque meracas repperit uvas. Prop.

8. Versus ille, qui in cæsura & in fine habet eundem sonum, a nonnullis judicatur vitiosus: & dicitur *Rophalicus*, sive *Leoninus*, Germanicè ein Knüttelverß/ quòd assultus in illis puerilis videatur & ridiculus, ut in illis Neotericorum. *Iusti-*

Iustitiæ cultor, vitiorum strenuus ultor.
Ars manet, ars durat, fortuna recedere curat.
Res valet, ars præstat, si res perit, ars mihi restat.
Tempore felici multi vocitantnr amici.
Cùm fortuna perit, nullus amicus erit, &c.

At exempla ejusmodi etiam apud Ovidium occurrunt.

Nec nisi finita per plurima pondera vita.
Si Troia fatis aliquid restare putatis.
Quot cœlum stellas, tot habet tua Roma puellas.
Ipse ego librorum video delicta meorum.
Quærebant flavos per nemus omne favos.
Si mihi quod prodest, hoc tibi lector obest.

Sed multos ipsi & aliis excidisse sine affectatione autor est *Georg, Fabritius l. 7. de re Poët. pag.* 678.

Serior verò & sequior ætas studiosè & curiosè quæsivit similem ejusmodi consonantiam, adeò ut nonnulli integros libros talibus metris ámetris interdum confarserint, ut Godofr. Viterbiensis: cujus hæc exempli gratia producimus:

De Etymologia Nabochódonosoris.

Nabuc, *id est bubo*; chadir, *capra:* nosora, *lepra,*
Hac tria singula, tam bene consona, nomina tetra,
Sunt Nabuchodonosor, sic docuere metra.
Armenâ linguâ noscas hac dicta fuisse,
Hac & ab Armenis fatear me sic didicisse,
A modò Rex idem somnia magna videt.

Idem de Sardanapalo, qui primam culcitram adinvenit.

Vltimus Assyriæ Rex, nomine Sardanapala,
Fecerat ex plumâ, Plumatia, clausus in aula,
Facta suis digitis culcitra prima fuit.
Fila videns regem contexere turba virorum,
Obstupuit dicens, Periit decus Assyriorum,
Fœmineus Rex est fœmineusq; thronus.

Idem de Herode infantes occidente.

Nunc jubet Herodes pueros sine lege necari,
Christus in Ægyptum voluit cùm matre fugari,

Vbert

Vbire lactari, pauper & exul ali.

Et præcipuè in Epitaphiis scribendis hoc genere mirè delectati fuerunt, quale est hoc Friderici Cæsaris:

Si probitas, sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitate orti possent absistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus.

Et hoc Durandi:

Durus Durandus jacet hic sub marmore duro,
An sit salvandus? ego nescio, nec ego curo.

Item illud Henrici II. Archi-Episc. Moguntini, qui fuerat ordinis Franciscani:

Nudipes Antistes, non curat Clerus ubi stes:
Si non in cœlis, stes ubicunque velis.


Et eum ad modum Epitaphia superiori seculo scripta leguntur ferè omnia, nec alia approbabantur nisi Cæsura illa semiquinaria cum fine consonaret. Quare cum Thomas Morus aliquando non inelegans Epigramma scripsisset; non fuit admissum, sed aliud ad hanc faciem scribere jussus fuit, quod ex Epigrammatum ipsius pag. 68 huc ponimus:

EPITAPHIUM HENRICI ABYNGdonii Cantoris.

Attrahat huc oculos, aures attraxerat olim
Nobilis Henricus cantor Abyngdonius.
Vnus erat, nuper mira qui voce sonaret.
Organa qui scitè tangeret, unus erat.
Vellensis primo templi decus, inde sacellum
Rex illo voluit nobilitare suum:
Nunc illum Regi rapuit Deus, intulit astris,
Ipsis ut nova sit gloria cælitibus.

ALTERUM DE EODEM.

Hic jacet Henricus, semper pietatis amicus.
Nomen Abyngdon erat, si quis sua nomina quærat.
Vvellis hic ecclesiæ fuerat succentor in alma,
Regis & in bella cantor fuit ipse capella.
Millibus in mille cantor fuit optimus ille.
Præter & hæc ista, fuit optimus organi nista;



Nunc igitur Christe quoniam tibi serviit iste
Semper in orbe soli, da sibi regna poli.

IN JANUM HÆREDEM ABYNGDONII.

Scripsi elegum carmen, Jano me harede rogante,
Quod tumulum Henrici signet Abyngdonii,
Displicet, & doctis bene displicuisset, at illi
Displicet hoc tantum, si quid inest melius.
Non resonant isti versus, ait. illico sensi,
Qualeis lactucas talia labra petant.
Ridendos ergo ridens effutio versus.
Hos vorat applaudens Ianus utraq; manu.
Hos tumulo insculpsit, sub eundem protinus obdi.
Atq; iisdem dignus versibus, ipse legi.
Ante retroq; bifrons Ianus Deus omnia vidit.
Talpa, effrons videt, hic Ianus utrinq; nihil.

9. Omnis cæsura indifferens est, neq; caret ratione: Sistitur enim in ea dimensio, & in saltationibus ad cæsuras pede terram feriebant, *Scal.l.2. Poët.c.*17.

10. Tanta Cæsuræ vis est, ut etiam syllaba brevis per eam produci possit, ut in Trithemimeri, ut:

Invalidus etiamq; tremens & jam inscius ævi. Virg.
Pectoribus inhians. Idem.

In Penthemimeri, ut:

Versibus ille facit, aut si non possumus omnes, Virg.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. Idem.
Te canit Agricola, magna cùm venerit urbe. Tibull.
Nomen amicitia nomen inane fuit. Ovid.

In Hephthemimeri, ut:

Et furiis agitatus amor, & conscia virtus. Virg.
Nam duo sunt genera hic melior insignis & ore. Idem.
Ostentans artem pariter arcumq; sonantem. Idem.
Vi propria nituntur, opis haud indiga nostra Idem.

11. Cæsura Ennehemimeres & Hephthemimeres si vel syllaba licentiosè non extendatur, judicatur tamen duriuscula, nempe si priorem syllabam sequatur vox bisyllaba, ut:

Iban

Ibam fortè via sacra sicut meus est mos, Hor.
Auriculas vide sis, ne majorum tibi fortè, Perf.
Aut quadrisyllaba, ut:
Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Hor.
Secus autem si sequatur trisyllaba, ut:
Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ. Virg.
Tantò durior autem nonnullis videtur, quantò major licentia usurpata est, ut in illo Maronis.
Ille latus niveum molli fultus hyacintho.
Quare temerè aut passim imitanda non est.

12. Cæsura Penthemimeres sive semiquinaria omnium est elegantissima & suavissima. Inservit enim versibus levigãdis, & quãprimum versus ea vacat, molestè id sentit auris, unde valdè frequens est apud Virg. ut: *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.*
Arma virumq; cano, Troia qui primus ab oris.
Stat sua cuiq; dies & inevitabile fatum.
Omnia vincit amor & nos cedamus amori. (dicit.
Atq; eam, si γνώμη fuerit. Erithræus gratiorem fore

13. In Cæsura si dictiones sint monosyllabæ, versus nullius pretii æstimatur, ut in his Catullianis.
O Dii reddite mi pro pietate mea.
Aut facere, hæc à te dictaq; factaq; sunt.

14. Cæsura in Pentametro si cadit in elisionem, valdè est insuavis, qualis hæc apud *Catullum:*
Munera, quæ Musarum hinc petis & Venerem.
Ubi sciendum, licèt hæc suos habeant autores, notanda tamen magis esse quàm imitanda: Equidem ridiculi erunt Poëtices studiosi, si omnia ea imitari voluerint, quæ apud Ennium, Catullum, aliosque licentiosè usurpata inveniuntur. Rectè Chrestillum omnia instar simiæ absq; judicio imitari volentem ridet hoc festivo Epigrammate Martialis:
Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras altaq; saxa cadunt.
Et tibi Mæonia quod carmine majus habetur,
Lucili Columella hic situs Metrophanes.

Attonitusq; legis terraï frugiferaï,
Actius & quicquid Paccuviusq; vomunt.

DE CATALECTICO, ACATALECTICO, *Brachycatalectico & Hypercatalectico.*

Ex scansione ultimæ regionis, versus alius est Acatalecticus, alius Catalecticus, Brachycatalecticus, & Hypercatalecticus.

[*De vocibus hisce cum nemine litigabimus, quippe quibus nota est dissertatio* Jul. Scal. lib. 2. Poët. c. 6. *cujus verba adscribere quid vetat?* Iccircò quatuor, *inquit*, excogitarunt appellationes, unam quæ integrum præscriberet, carmen, quam vocarunt ἀκατάληκτον, quia nihil adjaceret. Cui una deesset, καταληκτόν, haud satis signatè. Cùm duæ desiderarentur, βραχυκατάληκτον. Ubi una superesset, ὑπερκατάληκτον. Has autem Græci nominarunt ἀποθέσεις, id est, depositiones sive terminationes. Quòd autem abusi sint vocibus, videamus. Omnis enim finis tractus καταλήγει; nullus igitur ἀκατάληκτος. Veteres autem τὸν ὑπερκατάληκτον etiam ὑπέρμετρον dixere. Illud sanè tueri nequeam. Nam quod excedit perfectum, non ὑπερκατάληκτον, sed ὑπερκαταληκτικὸν dictum oportuit. Est enim τὸ ἀκατάληκτον τὸ αὐτοτελές. Hoc illud una superat syllaba. Latinè *Acatalectum*, Perfectum dicas: *Hypercatalectum* Exuberans, *Brachycatalectum* Mutilum, *Catalectum* Semimutilum. Prisci autem nostri simplicissimè atq; commodissimè, *Binarium, Ternarium, Quaternarium, Quinarium, Senarium, Septenarium, Octonarium.* Quibus designationibus Brachycatalecti appellationem sustulêre. Quòd si una syllaba deesset, idem putarunt atq; si alteri superesset. Exempli gratia, si Senarium carmen una syllaba deficeret: Quinarium Hypermetrum agnoverunt. *Hactenus ille.*]

Acatalecticus versus est, qui ultimum pedem habet

habet integrum, ita ut nihil desit, nihil supersit, ut:

Vitam quæ faciunt beatiorem. Mart.

Pendeat ex humeris dulcis chelys. Pomp. Secundus.

[*Per ultimum pedem integrum intellige eum, à quo ipsum metrum nominatur, ut si Dactylicum metrum fuerit, Dactylum; si Iambicum, Iambum, atq; ita deinceps.* Micyl. l. 1. de re metrica pag. 28.]

Catalecticus est, cui ad perfectionem pedis in fine deest syllaba, ut;

Prud. *O beatus ortus ille!*
Virgo | cùm pu | erpe | ra.
Edidit nostram salutem,
Fœta | sancto | Spiri | tu.

Hic enim secundo & quarto versibus deest in fine syllaba ad perfectionem Trochæi, unde genus carminis appellatur.

[*Tales* Micyllus *esse dicit omnes Heroicos. Nam cùm Dactylus proprius ejus generis pes sit, ipse versus in Trochæum vel Spondeum (nam postrema syllaba nulla ratio habetur,* Scal. lib. 2. Poëtic. cap 33.) *desinit, pedem dissyllabum videlicet, cùm Dactylus trisyllabus sit. Defectus autem syllabæ videtur etiam esse in Sapphicis Horatianis, quando ut* Scaliger *loquitur* l. 2. Poët. cap. 31. *ex Adonico inferimus ad integrandum Sapphicum antecedentem, ut:*

Labitur ripa Jove non probante uxorius amnis, *lib. 1. Od. 2.*

Item. Grosphe non gemmis, neq; purpura venale, nec auro, *lib. 2. Od. 16.*

Idem fit etiam in aliis Lyricis, & in primis in Alcaico. Ejusmodi autem Lyrici, in quibus est defectus, referri possunt adversus μειέγεις quos vocant. Licet enim in Catalectico, versus syllaba deesse dicatur in fine, videntur tamen ad eum referri aliquo modo quoq; posse, 1. versus ἀκίφαλοι,

 hoc

hoc est, ii qui sunt in principio versus mutili, vel ut Diomedes *exponit, qui in principio amputantur, & literam vel syllabam amittunt, vel syllaba deficiente. 2.* μείουροι, *sive excaudati aut cauda minuti: Mutili enim sunt in fine, quibus supplementum fit in locum syllabæ deficientis, ita ut ex versu sequenti syllaba transferatur, ad finem præcedentis. 3. Mutili in medio, Græcè* κολοβοὶ καὶ κολλύριθμοι, καὶ λαγαροί, *quasi inanes aut laxi, vide de hisce* Scaligerum nostrum lib. 2. Poëtic. c. 31. & diligentissimum Erythræum de Lic. & Dil. carm. Virg. c. 4.]

Brachycatalecticus est, qui toto simplici pede est brevior, quàm ipsa metri quantitas, à qua nominatur, requirit, ut:

Venit o|ptima Cal|*liope.* |◡◡–|

(*Versus Catalectici & Brachycatalectici eo ferè tantùm differunt, quòd Catalectici* εἰς συλλαβὴν, *de Dactylicis & Creticis tantùm, quos per singulos pedes simplices, & eosdem trisyllabos scandimus, dicuntur. Brachycatalectici autem de cæteris omnibus, qui vel per binos simplices, vel per singulos compositos pedes mensurantur.* Micyll. lib. 1. de re metrica, pag 29]

Hypercatalecticus, aliàs Hypermeter est, cui superest in fine syllaba, ut:

Iámque iter|emen|si tur|res ac|tecta La|tino|rum,
Ardua cernebant iuvenes. Virgil,

[Micyllus ex Hephæstione *etiam tunc Hypercatalecticum esse dicit, quando versus duas syllabas supra legitimum metri pedem in fine habet, ut in illo Græco Anapæstico:* ἄδ' ἄρτεμις ὦ ̄ ̄ |◡◡–| κόρα ◡– Verepæus *docet, nonnunquam totum pedem superesse, ut in illo:* Musæ sorores Palladis|lugent: *Et addit, Hypercatalectum etiam aliquando dici, cùm in medio superest una syllaba, ut:* O quàm glorifi|ca|luce coruscas. *Nam post duos priores pedes in medio syllaba redundat. Apud* Virgilium *versus Hypercatalectici sive Hypermetri aliquot occurrunt, è quibus sunt isti qui sequuntur:*

Aut

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Aut foliis undam.
Clamore incendunt cœlum Troesque Latinique.
Advolat Æneas.
Cæcumque Iapetumq; creat, sævumq; Typhoëa,
Et conjuratos.
Jamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum
Ardua cernebant juvenes.
Navigiis pinos, domibus credrosq;, crupressosque,
Hinc radiis trivêre rotis.
Et magnos membrorum artus, magna ossa lacertósque
Exuit. *Cæteros vide apud N. Erythræum.*

In his Hypermetris est quod demas, atq; induas in sequentis syllabam per concretionem. Vide suprà pag. 160. Scal. lib. 2. Poët c. 31. & 33. *Nam versus syllaba longiores nunquam porriguntur, nisi sequens versus incipiat à vocali, ut quasi vitium abundantis syllabæ Synalœphe aut Ecthlipsis ratio emendet; eam ad caput sequentis versus revocando hoc modo:* Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida; *Sequitur enim:* Et steriles Platani. DA *igitur syllaba à versu sequente, qui à vocali incipit, absorbetur, ut non dicas,* horrida Et, *sed* horrid' Et *steriles, &c. Quid verò statuendum de illis, quos versus à vocali incipiens non sequitur, ut:*

Eis patriæ cecidêre manus, quin protinus omnia. *Virgil.*
Præferimus manibus vittas, ac verba precantia. *Id.*
Canities inculta jacet, stant lumina flammea. *Idem.*

R. Cum Erythræo, omnia per Synæresin seu Synizesin ad Spondaicam dimensionem redigi, quasi omnia *protuleris* omnja *& sic de reliquis. Sed de Synizesi videris, etiam suprà fusè; observ. 2. de Synalœpha, pag. 160. Item observ. 2. & 3. de Synæresi. pag. 163. & 164.*]

CAPUT II.

DE CARMINE, ET GENERALIBUS *Carminis conficiendi praeceptis.*

CARMEN est concinna versuum in unum systema congeries.

[*Carmen à canendo deducunt Grammatici. Estq; Carmen non tantùm plurium versuum compositio, sed etiam unicus versus non nunquam Carminis appellatione venit, ut cùm Æn. 3. Æneas arma Abantis suspendit & consecrat hac inscriptione:*

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Tales etiam sunt, apud Martialem lib. 7.

Omnia, Castor, emis, sic fiet, ut omnia vendas.

Et lib. 8.

Pauper videri Cinna vult, & est pauper.

Interdum Carmen idem est quod Oda, quod testantur librorum Horatianorum inscriptiones, qua tamen significatio videtur vel generalis vel peregrina esse. Lucretius etiam carminis nomine appellat totum librum carmine scriptum, cùm de primo suo libro inquit lib. 6.

—Quod in primo quoq; carmine claret:

Quæ significatio est particularis & Synecdochica. Antiquitus nullum Oraculum sine carmine editum fuit, unde carminis dignitas & antiquitas spectatur, quanquam Scal. negat p. 805. Si propriam vocis significationem spectes, Carmen est instrumentum ferreum carenda lana idoneum, & dicitur à carendo, nam caro, caris, carere, *significat lanam purgare & diducere, ut careat spurcitie, ex quo tum carminari dicitur Lana, cùm caret eo quod est nequam, ut ait Varro, vide & Plautum Taubmanni in Menach. act. 5. sc. 2. Etiam versus particulam Seneca epist. 98. carmen appellat, quin Claudianus epigr. 7. correctiones & lituras carminis nomine dignatus est; nisi ibidem per* carmina Grammatici *elumbes intelligantur versus, coacto Genio & invitâ Minervâ scripti.*]

Porrò

Porrò talis debet esse versuum congeries, ut sententia aliqua exprimatur, sive ea sit multiplex, ut in carmine Epico & Dramatico, &c. sive singularis, ut in Epigrammatis.

[*Propterea quatuor illa hemistichia, quibus Virgilius Batillum ludificatus est, carminis nomen demereri non possunt, nisi pensum absolveris sententiamq; explanaveris.*]

¶ Priusquam verò ad carminum genera, & specialem singulorum considerationem accedamus: Præmittenda nobis quædam sunt generatim de carminis constitutione, dispositione, pertractatione, expolitione, &c. ad perfectam Poëtæ informationem. Deducemus ea à persona Poëtæ per disciplinas, Logicam, Rhetoricam, Ethicam, Grammaticam, additis quibusdam Poëtæ peculiaribus.

OBSERVATIONES GENERALES.

I. DE INDOLE SEU NATURA POETAE, *Exercitatione, Imitatione, atque Lectione: Poëmatis causis efficientibus.*

Carmen requirit Poëtæ insitam ingenii naturæq; bonitatem.

[*Quam Cicero concitationem & inflammationem animorum vocat.* Pontan. lib. 1 cap. 1. *Atq; sic, (inquit idem pro Arch.) à summis hominibus eruditissimisq; accepimus, cæterarum rerum studia & doctrina & præceptis constare: Poëtam naturâ ipsâ valere & mentis virib. excitari, &c.* Et 1. Tusc. *Poëtas, ait, gravia plenaq; carmina cœlesti instinctu fundere.* Et Seneca, *circa fin. de tranquillitate animi, ait: Aliquando, secundum Anacreontem, insanire jucundum esse, ubi raptum intelligit Poëticum; & juxta testimonium Platonis frustrà Poëticas fores sui compos pulsavit: & Aristoteli nullum magnum ingenium sine mixturâ dementiæ fuit. Nec potest grande aliquid & supra cæteros loqui, nisi*

mota mens; cum vulgaria & solita contemsit, instinctuq; sacro surrexit excelsior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali: nec potest sublime quicquam & in arduo positum contingere, quamdiu apud se est, Desciscat oportet à solito & efferatur; & mordeat frenos, & rectorem rapiat suum, eoq; ferat, quo per se timuisset ascendere. Hoc videntur intellexisse Poëtæ per Heliconem suum, itemq; Permessum, Parnassum, &c. Ac fuerunt Orpheus, Linus, &c. Poëtæ, priusquàm ulla præcepta Poëtices extructa fuissent. Ovidius ait: Est Deus in nobis, agitante calescimus illo, Sedib⁹ æthereis Spiritus ille venit. *Lipsius:* Scio Poëtam præstãtem neminem fuisse sine parte quadam uberiore divinę auræ. *Videatur & Muret. l. 2. Orat. 11. Epigr. Phil. Mel. de impetu Poëtico. Unde fit, ut Poëtarum provẽtus valdè sit rarus: Nam* Consul Procõsul Roma fit in urbe quotannis: Rex solùm aut vates non quovis nascitur anno, *Taub.*]

Ad εὐφυΐαν seu naturæ bonitatem accedat frequens Exercitatio.

[*Nam perfecta sapientia & virtus: imò etiam Eruditio tùm existit, cùm ad egregiam naturæ vim doctrina accesserit. Natura enim parvos nobis dedit igniculos & tanquam elementa virtutum, quæ literis & eruditione perficienda sunt. Quod Cicero pro Archia P. pulchrè approbat:* Ego multos homines, *inquit*, excellenti animo ac virtute fuisse & sine doctrinâ, naturæ ipsius habitu propè divino, per seipsos moderatos & graves extitisse fateor. *Item:* Sæpius ad laudem atq; virtutem natura, quàm sine naturâ valuit doctrina: sed cùm ad naturam eximiam atq; illustrem accesserit ratio quædam confirmatioq; doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare soleat existere. *Similiter Quintilianus l. 2. c. 19.* cõsummatum Oratorem fieri posse negat, nisi doctrinam cum naturâ conjungat. *Id quod & de Poëta intelligi debet, siquidem Cicerone teste*, Poëta nihil aliud est, quàm perfectus orator. *Ad hanc sententiam collimavit & Horatius l. 4. od. 4. dicens:* Doctrina sed vim promovet insitam, Rectiq; cultus pectora roborant.

Ut-

Utcunq; defecere mores
Dedecorant bene nata culpæ.

Sed de Exercitatione paulò pòst in arte natura conjungenda plura dicturi sumus.]

Si ingenium non assequatur divinitatem veterum Poëtarum, non tamen propterea studium poëseos prorsus abjiciendum.

[Nam *labor omnia vincit improbus*, secundum Poëtam: Et. *Omnia conando docilis solertia vincit.*

Ac sunt ipsorum poëtarum illustrium ingenia inter se inæqualia, alterumq; altero præstantius.]

Labores etiam & patientiam in continuando studio poëtico ne quis detrectet, nec, si una vice non succedat, calamum abjiciat, sed alacri animo instet; ac sub limam & ad incudem identidem, quæ composuit, revocet.

[*Alacritatem in adolescente excitabit providus & prudens præceptor, si non omnia errata ipsius ad unguem resecat, videbit enim statim ingenium huic studio non ineptum, si rite excolatur, ideoq; interdum mediocria quæ sunt, maximis ad cœlum laudibus extollat, ut ita stimulum ingenio & calcar naturæ addat; sin verò quid occurrat quod ferendum non est, corrigat & ostendat, qua parte erraverit.*]

Nam consultum non est, multos ex tempore versus effundere, nisi fiat exercitii gratiâ ad habitum faciliùs & celeriùs comparandum.

[Δύσκολα τὰ καλά, *habet proverb. Quintiliani huc pertinet doctrina l.* 1. *c.* 3. Sit primò vel tardus, dum diligens sit, stylus. Quæramus optima, nec primò se offerentibus gaudeamus. Adhibeatur judicium inventis, dispositio probatis. Delectus enim rerum verborumque habendus est, & pondera singulorum examinanda. Pòst subeat ratio collocandi, versenturque omni modo numeri. Non ut quodque se profert verbum, occupet locum, &c. *Hactenus Quintil. Eodem cap. repre-*

reprehendit eos qui repetunt & componunt, quæ effuderant. Nam verba, *inquit*, emendantur & numeri tantum; manet in rebus temerè congestis, quæ fuit, levitas. Protinus ergò adhibere curam rectius erit, atque ab initio sic opus ducere, ut cælandum, non ex integro fabricandum sit. *Hac ille. Nimirum* Composuisse pedes non est fecisse poëma. *Dupliciter peccari hic solet: Quidam enim laborem in præclara hac facultate ponere duriorem recusant, sine quo tamen nihil θεὸς ἀνθρώποισιν ἔδωκεν, ut Hesiodus canit. Vnde eò tantùm multi spectant, ut versus fundant ex tempore. Quod quamvis suo loco in promptis & felicibus ingeniis laudabile est, tamen in perfecto poëmate locum habere non potest, quod acri judicio elaborandum & arte formandum est, ut ἅπαντα ὀκτὰ obtineat.* Sæpè stylum vertas, *inquit Hor. Et rursum:*

—— Omne, *inquit*, carmen reprehendite; quod non
Multa dies & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Vnde versum nomen habere suprà diximus. p. 147. quòd sæpè vertendus & invertendus sit. Aliàs periculum est, ne futilitatem potiùs quàm facilitatem assequantur, & Versificatores magis quàm Poëtæ dici mereantur, quo discrimine Scalig. lib. 6. pag 795 *utitur. Sic Virgilium accepimus suos versus elaborasse, ac se propterea ursino more carmen gignere, id est, lambendo effingere, dixisse. Hujus exemplum imitari debent, qui in hoc studii genere versantur, totiúq; ingenii viribus eniti, ut quos gignunt versus, etiam arte forment atq; perficiant,* inquit Georg. Sabinus. *Ac ut Iurisconsultis videtur præclarius Reip. consuli, si decem sontes absolvantur, quàm si unus innocens damnetur: ita Poëtæ id agendum est, ut potiùs centum bonos versus jugulet, quam unum plebeium relinquat.* Scalig. lib. 6. pag. 8.30. *Hinc Virgilium ajunt, cùm multos versus matutino calore effudisset, pomeridianis horis novo judicio solitum ad paucorum numerum revocare,* Scal. lib. 6. pag. 807. *Addendum hîc putamus, quod Val. Max. de Euripide memoria prodidit,* lib. 3. c. 7. *Qui cùm apud Alcestidem Poëtam quereretur, quòd eo tri-*

triduo non ultra tres versus maximo impenso labore diducere potuisset, atq; in se centum perfacilè scripsisse gloriaretur: Sed hoc, inquit, interest, quòd tui in triduum tantummodò, mei verò in omne tempus sufficient. Quare Horat. in Arte, duratura *poëmata in nonum annum premenda esse præcipit. Et profectò quicunq; extemporali effusioni confidunt; in carmine de re quadam magni momenti, nihil durabile possunt scribere, id quod consensus doctissimorum virorum probat; Melissus nostri seculi Pindarus Latinus, aut alter Horatius id quoq; præcipit, inquiens:*

Durare longum Perios pedes,
Natos in ævum, ne subitò & sine
Cura bene elimantis, una
Viliter alteraq; hora fundat.

Vbi unius & alterius hora moram nimis angustam judicat ad carmen scribendum quod longos & multos annos perdurare debet, &c.

Et Mellemannus inquit:

Plus quàm naturæ sit curæ in carmine docto:
Vena nec ingenii Marte sed arte fluat.

Phil. Mel. cùm in convivio quodam assideret Sabino & Stigelio optimis Germaniæ Poëtis, eos ut inter se versibus certarent monuit, Sabinus ætate & dignitate prior sic cæpit:

Carmina conscribant alii dictante Lyæo:
Multa sit in versu cura laborque meo.

Stigelius scitè excepit, ac carmen invertit:

Carmina componant alii sudante cerebro,
Nulla sit in versu cura laborque meo.

Philippus utrumq; vitulâ dignum judicavit, & cuique palmam attribuit.

Vide & Taubman. in Dissertatione de extemporali carminum temeritate. *Quanquam sunt quædam ingenia ideò felicia, ut optimos versus & elaboratissimis æquales extempore effundere possint, velut de Archia Cic. testatur. Eobanus de seipso ad amicum scribit; Scis ipse quantò plus ingenii quàm diligentiæ ad carmina conferre soleam, quod ut est periculosum satis, ita sæpè pœnitentia longâ me affixit.*

Effudit

Effudit tale & Scal lib. 6. pag. [illegible]1. *Lucilius ducentos scribere solebat versus stans pede in uno. Horat. Rursum ex altera parte peccant, qui nimium anxia elaborationis cura, ingenii impetum retundunt, ut nihil Poëtici spiritus raptumq; nullum in carmine ostendant. Hi nimirum carmina sua non corrigunt, sed bis componunt.*]

Unusquisque exploratis ingenii sui viribus, certum carminis genus, quod præcipuè excolat, deligat: Materiam item, cui idoneus esse possit, dispiciat, probeq; examinet.

[*Quandoquidem rarò & admodum difficulter contingere solet, ut unus aliquis in omnibus carminum generibus excellat (alius enim Lyricis valet, alius Elegiacis, alter Heroico, alter Phaleucio, hic Epigrammatis, ille Epicis) opus inprimis est poëtices studioso, ut vires suas exploret, quid valeant humeri, quid ferre recusent,* ut Horat. ait *Neq; incerto studio huc illuc divagetur temerè, sed certo generi, quod natura sua & ingenio consentaneum esse animadvertit, præcipuè sese addicat. Alioquin periculum est, ne dum ubiq; est, nusquam sit, ut proverbio dicitur. Sic Virgilius melior est in Heroico quàm Elegiaco. Ovidius melior Elegiaco, quàm Heroico. Horatius quàm gravis & elegans est in Odis, contrà quàm languidus in nonnullis Heroicis! Quia nempè plus operæ in illis quàm his posuerat. Eodem modo Materia quoq;, cui par esse queas, excutienda est. Etenim ridiculus futurus erat Aristophanes, si jocosum ingenium ad Tragœdias scribendas transtulisset, contrà ridiculus Euripides, si tetricum animum ad Comœdias applicuisset.*

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus. —— *Horat.*

Hoc idem de characteribus dicendi (Summo, Medio, Infimo,) intelligendum est. Rarò existunt, qui in omnibus æquè clareant. Virgilium equidem scimus infimo, medio, summo, simul excelluisse. vide Scal. l. 4. p. 442.]

Porrò *Exercitatio* multorum generum esse potest, quæ sunt instar Progymnasmatum, & pluri-

plurimum faciunt ad facultatem carminis scribendi.

[*Vt enim terra variis mutatisq; seminibus; ita ingenia nostra nunc hac nunc illa meditatione excoluntur*, ait Plinius.]

Primum est: Ne statim prima ætate adsuefiat duris Poëtarum laboribus.

[*Ingenia enim prius maturescant, quàm ad arduos labores admoveantur: Videmus enim poma non prius mitescere quam justam assecuta sint maturitatem, nec vindemiam fieri antequam uva mollescant: Omnia tempus habent, & Annus producit non ager.*]

II. Ut una eademque res diversis verbis, aut diverso genere carminis exprimatur:

[*Hujus exercitii exempla sunt in Appendice Virgilii*, Autoræ sc. Quatuor anni temporum, Amnis glacie concreti, &c. *diversis modis descripta Editum quoque fuit Distichon unum non ita pridem, aliquoties centum vicibus variatum. Facit illud ad comparandam copiam.*]

III. Ut idem argumentum nunc concisè nunc copiosè, nunc propriis nunc modificatis verbis exprimatur.

IV. Ut soluta oratio transfundatur in ligatam, & oratoriæ phrases in poëticas commutentur.

V. Ut carmen alicujus Poëtæ transpositis vocibus in prosam commutetur, & pòst, ubi oblivioni traditum fuerit, per intervallum temporis, denuò in pristinum ordinem redigatur, eodem carminis genere.

[*Id enim magnoperè facit ad exercendam quantitatem syllabarum & ideam cujusq; generis carminum imprimendam animo.*]

Vbi

[*Vbi licebit argumentum dilatare, Troporum & Fi[...]rum floribus & similibus ornamentis illustrare.*]

VI. Ut vertantur versus Græci in Lati[...] aut vicissim.

[*Hæc enim res judicium quam maximè confirma[...] nio teste, & ad utriusq; linguæ proprietatem & copiam [...] rimùm facit, facultatem etiam similia inveniendi [...] Exemplum præbet Cicero, qui integrum Aratum conv[...] Latino carmine.*]

VII. Ut unum aliquod genus carmin[...] pud Poëtam inventum, in aliud transmute[...] verbi gratia, Hexametrum in Elegiacum, [...] leucium in Sapphicum, &c. quod exercitii [...] nus appellatur Heterosis.

[Si enim una res, Labores scilicet Herculis, à V[...] lio, 8. *Æn.* Ovidio 9. *Metam.* & Ausonio, *hexametr[...]* Ovidio *iterum epist. Deianir. Elegis*: à Seneca *Hercu[...] rente, Iambicis*, describi potuit, cur non & à nobis i[...] tentetur? *Fecit certè id Virg. 3. Æn. in Ætna ex Pinda[...] qua de re certantes vide Macrob. lib. 5. c. 17. ex Gell. lib. [...] c. 10. & Scal. l. 5. c. 4.*]

VIII. Ut eodem etiam carminis gene[...] quo Poëta aliquis usus est, eandem rem t[...] ctandam sumamus.

[*Nihil enim prohibet cum optimis auctoribus contend[...] quamvis non assequamur illos, nec superemus. Nam [...] non vincamus, vires tamen ingenii excitasse & ad sim[...] evexisse juvabit. Eloquentia tam inops non est, ut non [...] semel una de re præclarè dicere possit. Ac videmus id stu[...] sæpiusculè apud Ovid. ut in descriptione Famæ, cum Virg[...] contendentem lib. 1. Metam. in Phœbo persequête Daphn[...] ex Æneid. 12. de cane petente prædam. Et cum Theocrito[...] Polyphemo, vide Hen. Steph. in scholiis Theocr. Qua colla[...] jucunda est. Perpetua autem est hæc imitatio apud Vir[...] lium ex innumeris Poëtis antiquis, ut prolixè monstrat M[...]*

cr[...]

evol. lib. 4. & 5. Saturn. De qua re in Imitatione paulò pòst plura.]

IX. Huic confine, Ut locum aliquem Poëtæ illustrem in prosam redigamus, eumq; obrepentre oblivione, ex intervallo resumamus, ac nostro Marte, inconsulto Poëtâ, metro quàm diligentissimè reddere studeamus.

[*Quæ discrepantiæ collatio mirificè informabit judicium, & memoriæ altissimè id infiget, ut in simili casu modum dispositionis, elocutionis & phraseos facilè invenias.*]

X. Ut ipsi Marte nostro brevem aliquam materiam, ut Apologum, Historiam, Locum Communem, Sententiam, &c. tractemus.

[*Neq; enim, qui minùs exercitatus aut subactus est in hoc studiorum genere, statim sibi prolixa carmina scribere præsumat, & longam Iliadem contexat, sed paulatim assuescat & antè* incipiat graciles Pastorum inflare cicutas: *Ita credibile est, Homerum ante Iliada Hymnos & Batrachom. concinnasse; Virgilium breviuscula Poëmata, &c.*]

XI. Ut quod à nobis antehac tractatum fuerat, id oblivioni tradatur, & denuò ex intervallo tractandum resumatur. Ita enim apparebit profectus major & perfectior.

[*Sic enim nobiscum ipsi contendemus, & superare nosmet annitemur, quæ concertatio ingenium exuscitat.*]

XII. Magnum aliquid & memorabile si conditurus est, videat ut liber sit & vacuus curarum & ab aliis laboribus alienior.

[Carmina *enim, quod Ovidius expert⁹ fatetur,* desidiam scribentis & otia quærunt; *Et veteres ideò Musis sylvas & nemora attribuerunt, ut significarent, amœnos secessus iis quærendos esse, qui Musis & Apolline dignum scripturi sint carmen: quare quicunq; aliquid egregium inchoaturus est & perfecturus, omnem strepitum fugiat, quo facilimè possit*

turbari; curasq; omnes & molestias animo expellat, ne dignam inventionem dispositionemq; concinnam prohibeant,

——Et amœna silentis!
Accedat loca ruris, ubi Dryadesq; puellæ,
Panesq;, Fauniq; & montivagi Silvani.
Hic læti haud magnis opibus, non divite cultu
Vitam agitant Vates, &c. *H.V.*]

Præcipua facultatis Poëticæ adjutrix est IMITATIO, qua bonorum Poëtarum virtutes ad nostrum usum transferimus: seu qua impellimur cum diligenti ratione, ut bonis Poëtis similes fiamus. (*sicut Pontan. describit.*)

[*Duplex est imitatio, vel Poëtarum vel ipsarum rerum tractandarum. Loquimur hic de Imitatione Poëtarum, tanquam efficiente seu instrumento, non quatenus est de poëmatis essentia. Hac videlicet enitimur, ut poëmatis nostris aut Homerum aut Virgilium, Horatium, aliosq; referamus & quasi imaginem ex ipsorum pulcherrimis tabulis depingamus. Nam animus noster assidua lectione atq; observatione similitudinem concipit eorum, quæ maximè probat. Sanè quidem Homerus tam singulari & divina naturâ fuit, ut imitationis præsidio & exercitio aliquo nō indiguisse videatur. Virgilium autem docti omnes judicant, teste Pontano & Macrob. non tàm naturâ quàm imitationis industriâ tantum Poëtam fuisse effectum. Ac videmus plerosq; poëtas posteriores antiquorum vestigiis insistere eosq; imitari.*

Ducem igitur studiosus Poëtices sibi deligat, & illustria exempla proponat, in quæ tota mente, omniq; studio & cogitatione intentus, ideas animo imprimat atque comprehendat ad sua scripta transferendas.

De Imitatione damus hos Canones.

Proponat autem sibi non quoslibet, sed optimos, eosq; è priscis Poëtarum ætatibus.

[*Verbi*

[*Verbi gratia, in Comœdiis Plautum, sicut ipse, Horatio teste, Epicharmum, vel Terentium qui Menandrum, in Epicis Virgilium, &c.* Nam Bonos Poëtas imitari est bonum carmen scribere. *Hos studiosâ manu sæpius evolve atq; revolve, vigilantibusque eos oculis perlustra & animo intento singula notare minimè pigeat. H.V.*]

Unum præcipuè autorem operæ precium est præ cæteris deligere, qui reliquos carminis majestate præcellat, ne diversitate animus distrahatur: Et quantum vires tuæ permittunt, huic te semper similiorem fieri stude.

[*Pertinet huc illud Philosophi: Quemadmodum, non qui multa vorant, saniores sunt iis, qui tanto vescuntur, quantum concoquere queunt; ita, qui multa simul legunt, non doctiores iis evadunt, qui quæ legere, in suum usum convertunt. Virgilium tamen videmus, & Homerum & Hesiodum, & Theocritum, quin Pindarum quoque, Pisandrum, aliosq; plurimos, feliciter imitatum fuisse.* Vide Macrob. in 5. Sat. & 6.]

In unico autem seligendo ad imitandum, reliquos tamen minimè aspernaberis.

[*Nullus enim tibi obveniet, qui non aliquid habeat, quo doctior evadas, ita igitur illos subinde in manus sumes, ut nunc hos nunc illos flosculos ex iis excerpas, verba simul & sententias annotes; sic è singulis varium & admirabilem thesaurum tibi concinnabis.*]

In imitando Poëta caveat, ne nimio plus imitationi serviat, aut pro virtutibus vitia æmuletur, sed optima tantùm depromat.

[*Quod reprehendit Horatius hoc versu: O imitatores servum pecus, Servos enim rectè vocat, qui omnia exprimere simiarum more vellent, ne quid non imitarentur. Videtur & Macrobius hac de re perstringere Virgilium, dum inquit, Adeò Virgilio Homeri dulcis imitatio fuit, ut & in ver-*

sibus vitia imitatus fuerit. Reprehendit alicubi Cic. Ora-
res, qui aut ea, quæ facilia essent, aut etiam vitiosa consect-
rentur imitando. Ita demum, inquit Halicarnassæus, exp-
mendæ orationis similitudo paratur, si quis imitatione e
presserit illud, quod apud unumquemq; videt esse præsta
tissimum.]

Omnis labor eò impendendus, ne, quæ c
cimus, illorum quos sequimur, sed nostra e
videantur.

[*Alioquin furtum aut plagium potiùs quàm imitatio*
erit: Quamvis viros doctos, unde hausta sint, non fallat,
rectè ad aliorum imitationem fiunt. Commendatur
Virgilius à Macrobio, quòd multa quæ transtulerit, diff
limè cognosci queant, unde translata sint. Ita Demetrius
plicans magnificam dicendi formam, duos modos imita
poëtas facit, unum simplicem in nuda verborum transp
tione, qui frequens est Herodoto. Alterum tectum & occ
tum, cùm, quod aliorum est suum faciunt, ut quando T
cydides l 4. Cretam vocat περίῤῥυτον circumfluam, ex
mero Odyss. τ. sed alio sensu. Homerus enim ad situm respe
rat, ille ad concordiæ argumentum hoc deflexit. Sic Diog
conspicatus furem purpura ad pœnas tractum ex Hom. di

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.

Te mors purpurea apprendit, violentaq; Parca.

Pulchrè hac de re Seneca in epist. Nos similiter, *inq*
atq; apes, quæ ex diversa seu multa unius lectione c
gessimus, separare debemus: deinde adhibita ing
cura & facultate in unum saporem varia illa libam
confundere, ut, etiamsi apparuerit, unde sumptum
aliud tamen esse, quàm unde sumptum est, appar
Quod in corpore nostro videmus sine ulla opera
stra facere naturam. Alimenta quę accepimus, quan
in sua qualitate perdurant & solida innatant, stc
cho oneri sunt. At cum ex eo, quod erant, mutata
tunc demum in sanguinem & vires transeunt. Ide
his quibus aluntur ingenia præstemus, ut quæcu

h

hausimus non patiamur integra esse, ne aliena sint, sed concoquamus illa, &c.]

Imitationes ab aliis Poëtis illustribus factæ frequenter in oculis versentur.

[*Hi enim exemplo suo docebunt, quomodo imitatio quàm optimè instituenda sit. Imitationum specimen præclarum & exempla sufficientia in Virgilio, vide apud Macrob. lib.* 5. Saturn. & 6. *itemq;* H. Stephanum *in Scholiis ad Theocrit. Fuerunt tamen illo veterum Poëtarum seculo etiam Marsi, Suffeni, Volusii, Bavii, Mævii, Anseres, &c. quos diligenter & studiosè distinguendum est à Germanis Poëtis & fugiendum.*]

Species quædam Imitationis sunt Centones & Parodia.

CENTONES vocantur versus, qui ex Poëta uno vel pluribus sparsim collecti & consuti, alium sensum à pristino repræsentant.

[*Centones propriè sunt diversa panni particula, è quibus stragula fiunt, alio nomine ῥαψῳδία, à ῥάπτειν, consuere & ᾠδὴ carmen,* Scal l. 1. c. 43. Vide & Isiodor. Orig. l. 1. c. 38. Erasm. Adag. Chiliad. 2. cent. 4. prov. 58. Lilium Greg. Gyraldum de Poët. hist. Dial. 1. & Meibom. in Virgilio Cent. pag. 4. *Tali imitatione* Proba Falconia *fœmina, è frustis Virgilianis totam historiam vitæ Christi descripsit & magnam partem historiæ Mosaicæ. Eodemq; modo, quanquam multò prolixius* Eudoxia Imperatrix *ex Homero. Extat & apud* Ausonium *hujus generis, quod ut ingeniosum, ita adeò fœdum & detestandum est, ut neque scriptore nec auditore dignum sit, quemadmodum Scaliger censet d. loco, & lib. 6. pag.* 825. *Excelluerunt etiam in hoc genere* Lælius & Julius Capilupi *Mantuani, quorum opera unà cum suis Centonibus recens in lucem edidit* Henricus Meibomius *in Academ. Iulia Histor. & Poët. Profess. item* Otho Gryphius, Rector dum vixit, Scholæ Poëticæ Ratisbonæ, *qui præter alia Nativitatem, Passionem, Mortem & Resurrectionem Christi, è frustis Virgilianis composuit.*

Cæterùm quomodo ῥαψῳδία & ῥαψῳδεῖν in genere commentationem versuum significet, vide Scal eundem loco c. Atq; è re Iuventutis forè judicavimus, si utriusq; linguæ exempla hic subjiceremus; Est igitur hoc Eudoxiæ.

Περὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγῆς.

ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή. I. β.
Αἴγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε. O. δ.
Πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον ἐϋρρείτην ἀφίκοντο. O ξ.
Δειδιότες: κρατερὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμοκλῇ. O. π.

Hoc Exemplum est Probæ Falconiæ:
De eadem.

G. 4. *At mater gemitu non frustrà exterrita tanto,* G. 4.
Æ. 11. *Ipsa sinu præ se portans, turbante tumultu,* Æ. 6.
Æ 11. *Infantem fugiens plena ad præsepia reddit.* G. 3.
Æ. 1. *Hic natum angusti subter fa igia tecti* Æ. 8.
Æ. 11. *Nutribat teneris immulgens ubera labris,* Æ. 11.
E 4. *Hic tibi prima puer fundent cunabula flores.* E. 4.
E. 4 *Mistaq; ridenti passim cum baccare tellus,* E. 4.
E. 4. *Molli paulatim colocasia fundet acantho.* E. 4.

Quibus verò legibus Centones scribentibus obtemperandum sit, docuerunt Ausonius & Jul. Roscius Hortinus, *in lucem verò edidit* Henr. Maibomius. *Legatur etiam* Henr. Stephanus, *qui diligenter de iis scripsit, in libello* de Parodiis Moralibus.]

PARODIA est imitatio, quæ carmen Poëtæ inversum mutatis quibusdam vocibus, ad alium sensum retrahit.

[A παρὰ & ᾠδὴ, *quasi carminis inflexio. Alio nomine* παρᾳδεῖν *dicitur, item* παρατρέπειν. *Ab aliis: Modulatio ad alterius imitationem, quæ fit vocibus quibusdam mutatis in alio ferè argumento.* Scal. ita. *Est Rhapsodia inversa mutatis vocibus ad ridicula sensum retrahens* lib. 1 cap 42. *Differt à Centone satis perspicuè.* Cento *enim ex variis carminibus in unum, congesta frusta absq; mutatione retinet;* Parodia *contrà plerunq; mutatis vocibus quibusdam*

carmen

carmen ad aliud negotium invertit. Unde hoc genus παραπεποιημένον, id est, metro mutatum, illud ἀπαραπεποιημένον, non mutatum, appellatur. Pontan. lib. 1. c. 9. *Dico autem plerunq; quia sæpè integer versus, alio sensu, ut diximus paulò suprà, usurpatur, quam etiam parodiam Scaliger agnoscit.*]

Parodia autem est vel in toto carmine, vel aliquot ejus versibus.

Utraq; ingenium mirificè exacuit & amplificat, sed posterior facilior est.

[*Exempla Utriusq; passim obvia sunt:* Prioris *tamen in Catalectis Virgilianis reperies ad Phaselum Catulli compositum; ad quem hâc nostrâ ætate plurimi doctissimi viri Parodias scripserunt. Extant enim aliquot Lugduni conjunctim editæ, & nos circiter triginta possemus demóstrare, quibus Carmen illud Catullianum scopus fuit, ad quem auctores collimarunt. Multas quoque vulgavit* Henricus Stephanus, *Græcas pariter & Latinas in libello* de Certamine Homeri & Hesiodi, *itemq;* de Parodiis moralibus. *Laborarunt quoq; in iis scribendis non infeliciter* Scaliger, Melissus, Stephanus, Maibomius, Taubmannus, Egenolphus, duo Reusneri, Trebatius, Exnerus, Adamus, *&c. Multa quoq; eaq; præclara videantur in Oratione N. Frischlini* de Exercitiis Oratoriis & Poëticis. *Ex Scaligero etiam & H. Stephano apparet, Antiquis propriè parodiam fuisse lusum, quando Poëtarum carmina ad res ridiculas detorquerentur, velut Matron quidam versuum Homericorum multa millia ad culinam & macellum justo poëmate invertit, quorum aliqui apud Atheneum l. 4. c. 3. extant & in H. Stephani tractatu recensentur, ut quum ille canit.* Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον ὃς μάλα πολλά.

Hic succinit:

Δεῖπνά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροφα, *&c.*

Eubœus quoq; Parius 4. libb. edidit Parodiarum, qui floruit sub Philippo. Primus Hegemon apud Athenienses, hoc carminis genere certavit ac vicit. Scal. d. l. Atque eum inventorem autumant, alii verò Hipponactem: est enim perantiquum.

Elegans est parodia, si voces mutata per paronomasiam eodem sono aut non multùm diverso constent, ut pro πολύτροπος, πολύτροφος.

Exempla posterioris, *quando videlicet aliquot versus per Parodiam mutantur, abundè suppeditabit tibi* Henr. Stephanus *in libello* de Parodiis moralibus. *Nam quando Virgilius inquit:*

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Posset aliquis παρῳδεῖν & dicere:

Nulla salus lymphis, vinum te poscimus omnes.
Nulla salus pelago, terram te poscimus omnes.
Nulla salus vitiis, virtutem poscimus omnes, &c.

Ovid. Aspiciunt oculis superi mortalia justis:
Parod. Accipiunt manibus Prætores munera iniquis.
Exultant animis pueri per gramina lætis.
Ovid. Ludit in humanis divina potentia rebus:
Parod. Desipit in sacris Mundi sapientia rebus.
Ovid. Non bene cœlestes impia dextra colit:
Parod. Non bene rem populi mens malè fida gerit.
Hor. Quicquid delirant reges plectuntur Achivi:
Parod. Prodigus absumit quicquid comparsit Avarus;

Ita Dn. Taubmannus *in Bacchanaliorum lusu, aliquam multa ex Horatio invertit & ad Potationem traduxit: ut*

Nemo adeò ferus est, qui non mitescere possit,
Simodò culturæ patientem præbeat aurem.

Taubmannus:

Nemo adeò siccus, qui non humescere possit,
Si modò potanti patientia commodet ora.

Horat. Lectio lecta placet, decies repetita placebit.
Taubm. Pocula pota placent, deciesque epota placebunt.
Horat. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam
Viribus, & versate prius, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.
Taubm. Sumite craterem, si qui potabitis, æquum
Faucibus, & versate prius quid ferre recuset
Quid valeat stomachus.

Hora



Horat. Aut prodesse volunt aut delectare Poëtæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.
Taubm. Aut potare volunt, aut dormitare juventus,
Aut simul & jucunda & idonea quærere ventri.
Horat Quicquid præcipies, esto brevis, ut citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.
Taubm. Quicquid potabis, fac sis brevis, ut citò poclum
Excipiant socii, reducemq; recurrat in orbem.
Horat. Tu quamcunq; Deus tibi fortuna verit horam,
Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.
Taubm. Tu quemcũq; tibi quis propinaverit haustum,
Promta sume manu, nec pocula differ in horas,

Atq; hac ideò tam largâ manu disseruimus, quia novimus propter jucunditatem Adolescentia non ingrata esse futura: Et proderit si in hisce tenuioribus sese quotidie exercuerint, atq; ita ad graviores Parodias assuefaciant: Id quod Praceptoribus etiam dictum esto; Legite quasumus Orationem Frischlini, antè allegatam.]

Huc facit & Poëtarum frequens ac diligens LECTIO, quę studioso Poëtices sit quàm commendatissima, sciatq; in literis nullum se tempus meliùs posse collocare, quàm quod bonorum Poëtarum lectioni tribuerit.

Poëtas enim solos Gracia olim sapientum honestissimo nomine dignata est. Et quanto in honore habiti fuerint, videre est apud August. lib. 2. de civit. Dei, cap. 2. Bonos autem Poëtas legendos sibi proponat, qui nôverunt quid distent ara lupinis. In quibus (quantum ad Latinos) familiam omnium judicio ducit Virgilius, quem Scaliger nullo laudis nomine non honestat; Dicitur enim ipsi

Solus dignus nomine Poëtæ: *l. 3. Poët. c. 2. & 27.* Altera natura, *lib. 3. cap. 4.* Pater Poëseos, *lib. 2. cap. 29.* Poëta doctissimus, *lib. 1. cap. 2.* Divinus Poëta, *lib. 2. cap. 31.* Deus Poëtarum, *lib. 3. cap. 26.* Poëta sublimi spiritu & generosa oratione, *l. 3. c. 28.* Poëta summus, *lib. 3. c. 45.* Lex unica Poëtarum, *lib. 4. cap. 1.* Princeps idearum, *lib.*

 4. cap. 16.

4.*cap.*16. Princeps Poëtarum, *lib.* 5. *cap.* 6. Rex Poëtarum, *lib.* 3. *cap.* 16. Syrophænix, *Exerc.* 194. *sect.* 4. Qui Homerum ipsum superat. *Exerc.* 298.

Et Augustinus lib. 1. de C. D. cap. 3. inquit, Virgilium Parvuli ideo legunt, ut videlicet Poëta magnus, omniumq; præclarissimus atq; optimus teneris ebibitus annis non facilè oblivione possit aboleri, secundum illud Horatii:

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu, &c

De Poëtarum omnium censura vide totum Hypercriticum Scaligeri, in quo exactissimè omnium poëtarum virtutes & vitia inquiruntur.]

Nec verò ita legendi illi sunt, ut tantùm historiarum fabularumvé cognitio ex eis hauriatur, sed potissimùm, ut cùm res & verba, tùm rerum & verborum tractatio, collocatio, dispositio, cæteraéq; elegantiæ ab iis discantur.

[*Quare legendo studiosus poëseωs singulos versus admittat ad aures poëticas, inspiciatq; oculus poëticis, metiaturq; singula justa modulatione, omnia verba diligenter excutiat, singularum syllabarum tempora gnaviter observet, nec sine Poëtica lectione unquam ad scribendum se conferat, existimans sese jam tum labra proluisse, ut Persius loquitur fonte Caballino, aut bicipiti Parnasso somniasse, cùm tamen sæpè locum habeat proverbium:* Caper nondum peperit, hœdus autem ludit in tectis.]

II. DE LOGICA POEMATIS SEU Methodo & Thematis dispositione.

Hactenus observationes de carminis præparatoriis seu causa efficiente, Poëta scil. & Instrumentalibus; Natura, Exercitatione, Imitatione, Lectione. Nunc de ipsius carminis constitutione, seu Materia & Forma, itemque Adjunctis,

junctis, quæ artis inſtrumento perficiuntur.

Ad naturam, exercitationem, imitationem, lectionem, perficiendas Ars accedat.

[Quanquam enim Natura & Indoles plurimum ſibi in ſcribendo carmine vendicant, tamen niſi Arte & Exercitatione ſuſcitentur, ad perfectionem pervenire vix poſſunt, quemadmodum rectè Simylus apud Stobaum, inquit, οὔτε φύσις ἱκανὴ γίνεται τέχνης ἄτερ οὔτε πᾶν τέχνη μὴ φύσιν κεκτημένη, id eſt: Sine arte nec perfecta natura eſſe quit. Nec abſque Natura Ars poteſt conſiſtere. *Idem Hor. monet.*

— Ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quid proſit, video, ingenium, alterius ſic
Altera poſcit opem res & conjurat amicè.

Et Cic. pro Arch. Atq; idem ego contendo, *inquit*, cùm ad naturam eximiam atque illuſtrem acceſſerit ratio quædam confirmatioq; doctrinę, tum illud neſcio quid præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere. *Caveat igitur Poëta, ne ſit αὐτοδίδακτος ὀκόσιτος, id eſt, ex ſeipſo & à ſe ſolo doctus. ſed natura felicitatem Artis neceſſitate ſuſcitet, ſi modò ad frugem aliquam pervenire velit.]*

Thema eligatur certum, ad quod totum carmen collimet, ut ex omnibus partibus & membris convenientibus accommodatiſſimè compoſitum ſit, & totum ſibi homogeneum.

[Ne modò huc modò illuc Poëta divagetur, ut ad propoſitum nequaquam pertinentia conſuat, quemadmodum Horatius quibuſdam objicit initio artis Poëticæ;

— Amphora cœpit.
Inſtitui, currente rota cur urceus exit? *Vbi multa alia præclarè de hac re docet. Imitari igitur convenit architectos, qui ſtructuram quam moliuntur, antè animo ſuo probè concipiunt & in tabula lineis deſignant, ut operis confecti quaſi quandam faciem oculis mentiq; propoſitam habeant:*

Ne fanum ædificans clamoſam utrinque tabernam
Ponat, & immundas ara ſit inter haras.

Sic quæ in tota Iliade vel Æneide ſcribuntur, ea ſunt hōmoge-

mogenea, si non absolutè, certè hactenus, dum finem eundem respiciunt. Freig. de Poët. *Est hoc praceptum generale, & omnibus disciplinis commune.*]

Utuntur tamen Poëtæ frequenter jucundis digressionibus ad creandos animos lectorum, sed quæ cum argumento seu themate proposito cohæreant.

[*Id est, qua non prorsus ex aëre arripiantur, verùm occasione commoda ex antedictis deducantur. Huc pertinet illud Horatii l. antè cit.*

——Pictoribus atq; Poëts
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.
Scimus, & hanc veniam petimusque damusque vicissim,
Sed non ut placidis coëant immitia, non ut
Serpentes avibus geminentur, &c. *Sic Æn. 6 Virgilius describit fabulam Dadali, lib. 8. historiam Herculis & Caci. Apud Homerum in Iliade inter praliandum historia & fabula mirabiles leguntur ex occasione colloquiorum, verbi gratia, Diomedis & Glauci, Iliad. ζ. Diomedis & Stheneli Iliad. ι. Diones & Veneris, ibid. Æneæ & Achillis, Iliad. υ. &c.*]

Thema aliquando expressè à Poëtis ponitur, interdum occultatur.

[*Expressè ponitur ferè in poëmatis longioribus, qua justum opus complent. At tum quidem statim initio exprimitur, ut Æneid. 1.*

Arma virumque cano.——
Georg. 1. initio.
Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram
Vertere, Mecœnas, ulmisq; adjungere vites
Conveniat, quæ cura boum, quis cultus habendo
Sit pecori, atq; apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam.—— *Quibus profitetur, se rem rusticam in agri & vitium cultura, pecorum & apum curæ pertractaturum.*

Ovid.

Ovid. initio Metamorph.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora, &c. *Ubi significat, se novas transmutationes corporum descripturum.*

Lucanus initio lib. 1.

Bella per Emathios plusquam civilia campos
Jusq; datum sceleri canimus, populumq; potentem
In sua victrici conversum viscera dextra, *&c.*
Quibus promittit, se bellum Pharsalicum descripturum.

Homerus initio Iliados.

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος, &c.

Id est, Interprete Eobano.

Dic mihi magnanimi Pelidæ Musa furorem,
Qui multas miseris clades invexit Achivis.

Initio Odyss.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὅς μάλα πολλὰ
Πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Id est, vertente Horatio.

Dic mihi Musa virum captæ post tempora Trojæ,
Qui mores hominum multorum vidit & urbeis.
Indicat hic se Ulyssis res post Troiam eversam gestas commemoraturum.

Interdum sub finem operis per ἀνακεφαλαίωσιν thema repetitur, ut in fine Georg.

Hæc super arvorum cultu pecorumq; canebam,
Et super arboribus ——

Occultatur interdum Thema in breviori carmine, exempli gratia, in Odis Lyricis, ut infra dicemus. Sic in arte Poëtica Horatii Thema directè non ponitur, quod est Informatio Poëta, ex ipsis tamen preceptis statim cognoscitur.]

Duo sunt quæ maximè in Poëmate, probæ quod sit notæ, requiruntur; Inventio & Dispositio.

[*Hæc duo in omnibus etiam artibus bene tradendis necessariò requiruntur. In Poëmatibus autem sanè difficilima sunt;*

ſunt; Inventio enim non niſi divini quippiam habet, ſæpe enim fit ut poſt longam cogitationem eamq; fruſtraneam, brevis horæ aut moræ impetus eam ſuggerat, ideoq;

——Quos Deus aſpicit æquus
Sæpe ſuis ſubitò invenient accommoda votis.

Diſpoſitio verò tota ab arte dependet, & ſi rectè concinnata ſuiſq; veris modis ordinata eſt:

Inde ſolent laudem inprimis aptare Poëtæ.]

Argumenta quibus thema tractatur, ut ſuprà diximus, ex rerum cognitione ſumantur, & quæſtioni ſint conſentanea. Sunt autem pro arbitrio ſcribentis ita diſponenda, ut pulchrâ veluti catenâ inter ſe cohæreant, & unum ex altero quaſi fluat.

In diſpoſitione generali notandum, Poëtas non ubique perfectam ordinis regulam ſequi, neque obſervare ſeriem temporum & hiſtoriæ veritatem, ſed crypſi artificioſa plerumq; ordinem invertere & fabulas jucundas attexere.

Sit tamen ordo hic inverſus ſua quadam ſerie & concinno connexu ordinatus.

Nam, Et prodeſſe volunt & delectare Poëtæ,
Horat.

[*Pulchrè id Horatius oſtendit his verſibus:*

Ordinis hæc virtus erit & Venus (aut ego fallor)
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici.
Pleraq; differat & præſens in tempus omittat.
Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.

Et affert exemplum Homeri in Epico carmine. Item in diſpoſitione Comœdiæ & Tragœdiæ. In brevioribus carminibus diſpoſitio eſt liberior.]

Hujus regulæ ſunt:

I. Ne quid neceſſarium omittatur.

II. Ne

II. Ne quid ſit ſuperfluum.

III. Ne quid ſit confuſum & ἄτακτον.

IV. Ne quid hiulcum, ſeu, ne committatur hiatus, ſed ubique pulchra harmonia exiſtat.

[Defectus enim & hiatus indignationem, Superabundantia verò tædium & nauſeam lectori creat, Confuſio & inordinata partium trajectio, intelligentiam remoratur & lectorem perturbat. Quamvis autem crypſis Methodi Poëtis frequens ſit, illa tamen non eſt confuſio, verùm ſummo judicio & artificio ad aviditatem lectoris retinendam inſtituitur, ſuumq; certum ordinem obſervat.]

In ſpeciali diſpoſitione, argumenta ſæpè deducuntur per Amplificationem, qua carmen, ubi opus eſt, dilatatur.

[Ita dicimus, ubi opus eſt Nam quidvis abſq; delectu amplificare, inſanire fuerit. Notatur eo nomine Pontanus à Scal. lib. 6. pag. 867. quòd modum ſervare neſciverit. Tum igitur in carmine amplificationes requiruntur. ubi quippiã animo altius infigendum eſt, aut ſi quid memorabile ſit, ſi mirabile & inſolitum aut inopinatum, ſi lætum, triſte, affectu plenum; ex cujus illuſtratione lector auditorvè voluptatem capere poſſit. Id quod facile cuivis eſt animadvertere Item, ſi principalis ſit thematis vel argumenti pars. Artificis enim eſt, verborum & ſententiarum atq; exemplorum copia, ac varietate materiam propoſitam exornare. Cæterùm copia duplex eſt; Rerum & verborum. De verborum copia agemus infrà in poeſews Grammaticis. Præterea notandum, Amplificationes non locum habere in Epigrammatis.]

Amplificatio ex multis Locis Dialecticis peti poteſt, præcipue tamen ex Cauſis, Contrariis, Comparatis, Similibus, Exemplis, Diſtributione in partes & ſpecies, Deſcriptione perſonarum & rerum, à Loco, Tempore, Circum-

cumstantiis, Effectis, Contrariis, &c. desumitur.

[*Quæ cùm copiosè ab Oratoribus tractata extant, illinc petantur. Habet & multa de hac re Scaliger lib. tertii initio, usq; ad cap. 29. Pertinent huc* Commorationes & Paraphrases. *Est tamen & in his, ut in omnibus cæteris, modus servandus, ne nimis sint prolixæ aut frequentes.*

Exempli loco sit elegans illa veris descriptio apud Horat. lib. 4. Od. 12.

Jam veris comites, quæ mare temperant
Impellunt animæ lintea Thraciæ:
Jam nec prata rigent, nec fluvii strepunt
    Hiberna nive turgidi.
Nidum ponit Ityn flebiliter gemens
Infelix avis, & Cecropiæ domus
Æternum opprobrium, quòd malè barbaras
    Regum est ulta libidines.
Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistulâ,
Delectantq; Deum, cui pecus & nigri
    Colles Arcadiæ placent.

Summa est: Ver appulit. *Quod amplificat ab Adjunctis ventis, à Contrariis hibernis tempestatibus, à Subjecto, hirundinum nidificatione, (quas & ipsas eleganter & Poëticè describit) itemq; Subjectis pastorum cantillationibus. Idem argumentum, sed multò aliter tractat & lib. 1. Ode 4. & lib. 4. Ode 7. Sic* Auro omnia expugnari, *exemplis multis deducit. lib. 3. Ode 16. Pulcherrima etiam exempla sunt in Metamorphosi Ovidiana, ut* Descriptio regiæ Solis, *lib. 2* Domus invidiæ *lib. 2. Apud Virgilium etiã, Homerum, Hesiodum, Pindarum, aliosq; passim innumera extant. Ita Poëtæ ingeniosi & laboriosi interdum sunt in temporum descriptionibus, quos propterea Seneca derisui habet, quia longæ illæ tractationes & descriptiones magis sint obscuræ quàm breviores si ponerentur: Exemplum adducit:*

Jam Phœbus breviore via contraxerat ortum
Lucis, & obscuri crescebant tempora somni.

Jamq;

Jamq; suum victrix augebat Cynthia regnum
Et deformis hyems gratos carpebat honores
Divitis autumni, visoq; senescere Baccho
Carpebat raras serus vindemitor uvas.

Puto magis intelligi, si dixero: Mensis erat October, dies tertius e.dus Octobris.

Improbat & Horatius leviuscularum rerum prolixas descriptiones, —— cum lucus & ara Dianæ.
Et properantis aquæ per amænos ambitus agros,
Aut flumen Rhenum aut pluvius describitur arcus.

De Amplificationum figuris vide Quintilian. *lib.* 8. *cap.* 4 Erasm *de copia rerum.* Sturmium *in partit. Oratoriis,* Aphthonii *Progymnasmata,* R. Agricolam *de Inventione, &c. Solent enim hæc in Rhetoricis & Oratoriis institutionibus tractari. Item:* Georg. Fabric. *l.* 6. *de re Poetica à numero* 93. *usq; ad* 108. *Sunt quædam descriptiones eventuales apud Poëtas, quæ non à superiori materia dependent, sed antè dictis adjunguntur, qualis illa Siciliæ descriptio* 8. *Æneid. v.* 416.

Insula Sicanium juxta latus Æoliamq;, *&c. item illa navis alicujus* 10. *Æneid. v.* 653. *Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi, &c. Has apertas esse & raras convenit, nam ornatui conducunt, cujus etiam gratia maximè immiscentur, quare Horatius purpureo panno eas confert, qui latè splendeat. Servius. Cæterùm in Amplificationibus & Exemplis posteriores Poëtæ, non ita ut veteres modum observarunt.* Georg. Fabr. *Est Ovidius hac in parte valde luxurians.* Vide Scal. lib. 6. pag 860.]

Præcipua amplificationis lumina sunt Similia, quæ rem gestam mirificè illustrant.

[*Exempla apud Homerum, Hesiodum, Virgilium, Lucanum, aliosq; sunt innumera. Vix enim eventus quisquam ab eis ponitur, cui non statim elegans aliquod simile aut plura etiam similia subjungantur. Sic Horat. lib.* 4. *Ode* 14. *illustrat Drusi facinora & impetum in hostes Simili ab Austri flatibus & Aufidi fluvii inundantione. Sic* Ovid. *conquerens amicos, qui in adversis ipsum deseruerant, compa-*

rat columbis, quæ non nisi candidis tectis insidere solent.

Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ, *&c.*
Catullus præter alios etiam comparationibus & similibus apprimè delectatus fuit, præsertim in conclusionibus carminum: ut in Epigrammate 22. ad Thallum:

Et insolenter æstues, velut minuta magno
Deprensa navis in mari vesaniente vento.]

In similitudinibus videndum ut æqualitas servetur, ne videlicet nimis sit abjecta & turpis, vel nimis sublimis & divina comparatio,

[*Ita Virgilius semper id operam dedit, ut perpetua æqualitas in suis comparationibus servaretur; nam tacentem & nihil respondentem Elisam comparat duræ silici & Marpesia cauti; pertinaciam Latini comparat scopulo, Troianos fugam adornantes Formicis, Carthaginenses ædificantes Apibus, Nisum Rutulos trucidantem leoni famenti oves lanianti. Et cum potuisset Turnum circa finem lib. 9. Asello flagris & stimulis agitato comparare, indignum tamen fuisset majestati & generi Turni, maluit igitur & debuit generoso Leoni ipsum comparare. Ideoq; videndum ne nimis abjecta & contemta sit similitudo.*]

Certissimum similitudinis signum est apud Virgilium particula *ceu*, quod vel vicies demonstrari queat.

[*Inserviunt tamen comparationibus & alia vocula*, ut, veluti, sic, sicuti, instar, haud secus, haud aliter, nec minus. *Item Relativa* talis, qualis, *& eadem substantivè prolata* tale, quale, similis, minor, major, ocyor *& similia. Nic. Erit.*]

Nec caret elegantia, si Sententiæ & Epiphonemata in loco ceu Gnomæ interjiciantur, ut Æneid. 10. in insultationem Turni ob

inter-

Interemptum Pallantem, Poëta exclamat.

Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ,
Et servare modum, &c.

[*Exempla ubiq; obvia sunt. Sic Horat. lib. 1. Ode 3. comprecans faustam Virgilio navigationem invehitur in inventores navigiorum, quæ tàm periculosa sunt, & addit epiphonema:*

Audax omnia perpeti,
Gens humana ru t, per vetitum nefas.

Quod ipsum aliquot exemplis illustrat, & alterum epiphonema illis subjungit.]

Principia carminum non debent esse insuavia & coacta, Scal. l. 6. p. 861.

[*Vt in illo Ovid.*

Si quis in hoc artem populo non novit amandi:

Vbi membrorum turpis est disjectio. Scaliger putat ita meliùs dici potuisse:

Si quis in hoc populo leges (*vel morem*) non novit amandi.

Principium enim, ut Pindarus ait, illustre esse oportet, ἀρχομένου ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. *Reprehendit Scalig. & Valerium Flaccum, ob eandem caussam, lib. 6. pag 839.*]

Debent autem esse suavia, non tumida, ne tædium concitent lectori & propterea totum carmen priùs abjiciat quàm legerit.

Nec statim in principio grandibus exordiatis nimiumque cultum ostentes, sed nuda simplicitate ibi sis contentus.

Versus evidentes sunt, in quibus propositioni statim subjungitur ratio, vel recta vel inverso modo, ut:

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas, Horat.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes, Æn. 10.

III. DE RHETORICA POESEOS
seu exornatione per Tropos & Figuras.

Materia disposita elegantibus tropis & figuris vestiatur & exornetur, ad affectus ciendos.

Tropi in carmine requiruntur multò crebriores quàm oratione pedestri. Figuris autem carmen quasi animatur & vivum redditur. Frequentissima in affectibus ciendis est figura Repetitionis, *cujus è Rhetoricis petenda sunt varia species, item* Exclamationis: *ut,*

Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor, arma armis. ———
Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum
O Rutuli. ——— *Virgil.*

Item, Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis. *Æneid.* 2.

Præclarum affectuum exemplum est totus liber Æneid. 4. quem ob id præ cæteris carum sibi habuisse Augustinum tradunt, nec sine lacrymis legere potuisse, Zwing. Theat. *Neq; deest in hoc genere quicquam libro Æn.* 2. *Cæterùm unde Affectus & quomodo moveantur, ab Oratoribus copiosè traditur. Vide autores supra citatos, & Scal. lib. 3. cap. 28. ad finem usq;, qui exactissimè & copiosissimè figuras plerasq; omnes persecutus est. Cavenda tamen nimia affectatio, & immodica phaleratum luxuria: Quemadmodum enim in pictura fieri solet, ut umbris etiam relinquatur locus; quo magis quod illuminatum est, extare & eminere possit: Ita & in Carmine non omnia figuranda sunt.* μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, *Theogn. & Phocylid.*]

IV. DE GRAMMATICA POESEOS,
seu stylo & verborum delectu atque dispositione.

In structura & dispositione singulorum verbo-

borum vitanda sunt, quæ sonum efficiunt hiantem, durum & confragosum, ut est frequens concursus vocalium, asperitas consonantium, similitudo literarum vel syllabarum. Conjungenda verò sunt verba molliter & aptè sine hiatu & asperitate, ut stylus sit æquabilis.

[*Hac tamen exceptione, ne quid decedat decoro, interdum enim hiatus & disjectio summo est ornamẽto & elegantiam habet laudabilem, ut postea explicabimus. Reprehenditur à Scalig. propter inconcinnitatem versus ille Horatii*, Herbasq; quas & Colchos atque Iberia. *Hic enim & conjunctiones non respondent & sonus insuavis est*, que, quas *lib. 6. pag.* 889.

Est brevitate opus, ut currat sententia, neu se
Impediat verbis lassas onerantibus aures.

Hor. Satyr, 10 lib. 1. *Hic notandum, Poëtas sæpè majorem rationem εὐφωνίας habere, quàm regularum Grammaticarum, ut Virg.*

Hæc finis Priami fatorum, *pro* hic finis;

Sic Lucret. auream funem *fœminino genere appellavit. Sic Cicer. manifesto* peccatu *dixit pro peccato. Vide plura apud Gell. lib.* 13. *cap.* 19. *quia consilio & arbitrio auris usi sunt, ut Probus Valerius ibid. inquit. De hoc multa monet Aldus Manutius in Orthographia ratione.*]

Verba & phrases sint perspicua & in consuetudine posita, non barbara, non antiqua, ne lectoris animus hæreat & tædium concipiat.

[*Perspicuitas sensum planiorem facit, & omne dubium removet; itaq; sciendum est quid Barbara, quæ item Antiqua appellemus verba:* BARBARA *verba dicimus quæ non sunt Latina, sed merè peregrina: qualia in jure feudistico, quod vocant quàm plurima reperiuntur: ut* Blada, Fodrum, Forbannum, Brocordicum, Guardia, Guerra, Morgengeba, Mamburgus, Conturare, Cucurbitare, Forbannire, *&c. Pro quibus Latinè poterat dici:* Frumen-

tum, Pabulum, relegatio, diffidentium opinionum argumentis implicatum, custodia, bellum, munus nuptiale, curator reipublicæ, tutum præstare, stuprare, relegare. *Item Semibarbara hæc & spuria:* Advocatia, Credentia, Affidatus, Aviaticus, abcopiare, contentare, *&c. pro:* Negotii publici defensio, arcanum commissum, in fidem receptus, nepos, describere, satisfacere: ANTIQUA, *quæ usus respuit: licet parcè usi iis sint optimi Latinitatis auctores, Cicero, Salustius, Livius, Horatius, Plautus, Actius, Ennius, Varro & alii. Sunt tamen* NOVA *quædam vocabula & recens inventa, quæ necessitas introduxit, quibusque hodie necessariò uti cogimur, ut nostris temporibus ac moribus, ut:* Papa, Cardinalis, Abbas, Lantgravius, Burgravius, Marchio, Baro, Superintendens, Scabinus, Pedellus: *de quibus pluribus Ad. Th. Siberus in Comment. Rhetor. Inusitata igitur verba ac phrases fugiantur: selectis ac significantibus sententia efferatur: Aperta enim & erudita facilitate nihil est elegantius, sed juxta Taubmannum;*

Res pulchrè inventas non pulchris dicere verbis,
Est in polluto mala aurea ferre catino.

Obsoletis vocabulis & (ut Seneca appellat) calcatis nimiùm hodiè student Poëtæ nonnulli. Hi aut intelligi volunt, aut nolunt. Si nolunt, cur igitur scribunt? Si volunt, cur ita scribunt, ut à nemine intelligi possint? Pulchrè hoc ludit Taubmannus in Schediasm. innovatis p. 154. his versibus:

—— hodie cui tanta lubido est
Evandri cum matre loqui, sapidiq; medullâ
Pollinis abjectâ, siliquis & furfure pasci?
Ad verrucosos Charitum, inquis, planitus ocreis
Degrumabo viam & topper verabo, truones
Ruspari ut linguæ decermina casca potissint
Non hæc attegri, suppiq; in vestis apludam
Sed quam Cincturi pappum evannare saperdæ.
Quid vos, ô pubes? ego non intelligo, & ipse,
Quod liquidò jurem, se non intelligit auctor.

Vide & ejusdem Dissertat. de Latina lingua, & Erasm. de copia

copia verborum, Gell. *lib.* 15. *cap.* 25. *& lib.* 16. *cap.* 7. *ubi Laberium propter verba quadam petulantiùs & licentiùs ficta perstringit, ut mœchimonium, mendicimonium, adulteritas pro adulterio, depudicare pro stuprare, manuari, pro furari, &c. Item lib.* 17. *cap.* 2. *Obsoletis igitur illis & Oscis utendum non est, nisi ornatus causa adhibeantur, idq; parcè & cum judicio. Antiquitas nobis loco Auctoritatis sit, non Aucupii, debetq; ostentari ut gemma, non obtrudi, ut velut lutum conculcetur, inquit* Georg Fabr. *Quomodo usum esse videmus* Scaligerum utrumque, utrumq; Dousam, Gruterum, Melissum, Taubmannum, *&c.*]

Phrases & loquendi formulæ notandæ sunt, quas ab Oratoribus plerunq; Poëtæ habent diversas, sibiq; peculiares.

[*Sic pro* navigare, *sæpè dicunt secare vada salsa, spumas salis are ruere. figuratè. Quarum congeries à nonnullis hoc seculo magno cum rei Poëticæ fructu est edita: ubi tamen sunt mala mixta bonis; ergo cum judicio juventus iis utatur: discatq;* quid distent æra lupinis. *Tutius erit, talia collectanea frequenter terere, in quibus ipsi versus poëtarum probatissimorum ad eandem materiam pertinentium congesti sunt, velut in* Parnasso Poëtico, *&c. factum. Fides autem Sylva illius vocabulorum & Phrasium, minus tuta est, licet omnium ferè tyronum manibus hodie teratur; plenissima enim est barbarismis & solœcismis, & à prima sui editione multum degeneravit: Ad fontes igitur ipsos meritò remittendi sunt Tyrones. Obscœnas verò etiam & impudicas phrases vitare, animum pium decet.*]

Græca Latinis in carmine misceri non debent, nisi fiat lusus causâ, vel etiam in rebus minùs honestis, aut peculiarem emphasin habeant, aut deniq; Latinitate sint donata.

[*Aliàs Horatius hanc mixtam Poësin irridet lib.* 1 *Serm. Sat.* 10. *Et Iuven. Sat.* 6. Omnia Græcè— (*inquit.*)

Cùm sit turpè magis nostris nescire Latinè,
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia, curas
Hoc cuncta eff ndunt animi secreta, quid ul

Item Pers. Sat. 1. Et Lucilius Vectium reprehendi Hetrusca Latinis; Horatius ipsum Lucilium quòa Latinis miscuerat. Lusus causâ, exemplum est apua nium in toto carmine, quod tamen Fabricio non pr l.6.num. 48. In rebus minùs honestis Satyrici usspia cerunt. Lucretius ingenium & elegantiam ost voluit in hisce versibus, lib. 4.

Nigra μελίχροος est. immunda & fœtida, ἄκοσμ
Casia, παλλάδιον: nervosa & lignea, δορκὰς:
Parvula, pumilio, χαρίτων μία tota, merum sal:
Magna atq; immanis, καταπλῆξις, plenaq; honori
Balba, loqui non quit, τραυλίζει: muta pudens est,
At flagrans, odiosa, loquacula, λαμπάδιον fit:
Ἰσχνὸν ἐρωμένιον tum fit, cùm vivere non quit
Præ macie: ῥαδινὴ verò est, jam mortua tussi,
At gemina & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho:
Simula, σιληνὴ ac Satura est; Labrosa, φίλημα.

Propter celebritatem & ἔμφασιν Delphicum illud σεαυτὸν apud Iuvenalem versui insertum est. Sæpè Latina desunt, ut à Græcis necessariò petenda sint, v multis Lapidum, Herbarum, Morborum, &c. nomi Vide & Scal lib. 3.c.98.]

Copia verborum etiam attendenda est, consistit potissimùm in Epithetis, Synony Periphrasi & Patronymicis.

DE EPITHETIS.

Epitheta crebra carmini intexenda sunt, tamen ociosa vel aliena; absurda, vel inepta ex rei natura deprompta & ad rem pertine

[*Versus sine epitheto nudus est & incomptus, ut i* Georg. Sabinus. *Et quidem Epitheta non solùm orna*

quæ explicant obscura, verùm etiam distinguunt ambigua & augent minùs valentia, Fabric. lib. 6. *Vnde* vel ornatus, vel necessitatis gratia adhibentur. *Epitheta aut distinguunt aut addunt, aut minuunt.* Scalig lib. 3. cap 28. *Augent, ut* Pius Æneas: *minùs valentia, ut* grandes guttæ, *pro lacrymis, Virgil.* Immensæ aquæ, *pro mari, Ovid. Distinguunt ambigua, ut* nigra hirundo, *apud Poëtam ad differentiam Ripariarum, Minuunt: ut* Frigida bello dextera. *Interdum sunt æqualia rei, ut* Homo risivus. *Scal. ibid Est autem acri judicio opus, ut accommodata rei sint epitheta. Hinc cùm Sannazarius* Thynnos leves *dixisset, cùm sint grandes & graves, castigatus est à Scal. lib. 6. cap. 4 Consistunt Epitheta in Re, ut cùm quis dicitur* Pius, Justus: *Tum verò in Elocutione, si flexum addam, aut mutem, aut circumloquar, ut* Vir miræ fortitudinis, *potiùs quam Fortis.* Scal. d. l.]

Epithetorum copia facilè ex his parabitur capitibus,

1. Parte rei; *ut tergeminus Geryon.*
2. Quantitate, *ut profundum æquor,*
Exigui numero sed bello vivida virtus.
3. Qualitate, Animi, *ut Diomedes fortis*, Corporis, *ut formosa Helena*, Sensuum, *ut mollis lana*, Affectionum, *ut fervida adolescentia*, Formarum, *ut cælum rotundum.*
4. Respectu alterius rei, *ut Achilles* ab avo *Æacides*, à magistro *Phillyrida discipulus*, à populo *dux Myrmidonum*, à victoriis *Hectoris occisor, &c.*
5. Actione, *ut Homerus Troiani belli scriptor. Æstus calida.*
6. Passione, *ut Vlysses laboriosus.*
7. Loco, *ut volucres aëriæ. Orpheus Rhodopeius.*
8. Tempore, *ut rosa verna.*
9. Habitu, *ut Squammigeri pisces. Ex his deligenda sunt, quæ præsenti rei congruant. Sæpè enim diverso respectu eidem contraria epitheta tribui possunt.*

[Sumuntur etiam interdum Epitheta à præterito, ut Æn. 2.

Quæq; ipse miserrima vidi, ubi vastatam Trojam intelligit. Interdum à præsente, ut ibid. *Oriturq; miserrima cædes*, ubi ipsam cædem præsentem describit, & à futuro, ut Æn. 4.

Venatum Æneas unaq; miserrima Dido
In nemus ire parant.

Ubi futuram miseriam Didonis indicat. Sumuntur & à spe, ut 11. Æn. *Felixq; Tolumnius augur*, qui tamen paulo pòst interfectus est, cum Turnus felicem successum speraret. *Metaphora* & *Hyperbole* multum juvant Epitheta, ut *Ferreum pectus*, *Centum linguæ*, *Ferrea vox*. Medioc ri appellatione pax dicitur placida, cùm longè majora habeat commoda. Ita *Troja* dicitur *perfida* per indignationem. *Semivirum comitatum* Æneæ Dido per contemptum vocat. Et hic epithetorum modus unus est. Alter est proprius quorundam: sic *Phœbus Apollo* dicitur. Alius modus est quasi epitheton, ut *pater Æneas*. Item alius in obliqua oratione, ut:

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus.

Id est, primus. Hæc Scal. lib. 3. cap. 27. Quidam voce Epithetorum intelligunt etiam Periphrasin, Agnominationem, & Patronymica, Appositionem, Imaginem, *Fabr. lib. 6. num.* 78.]

Epitheta ne sint dura & prolixa, aliâs insuavem reddunt compositionem, ut,

Tonantisonus, Incurvicervicum pecus.

[*Sunt hac parte Græci felicissimi in componendis Epithetis: sed Latinitas nō patitur imitationem. Reperiuntur apud vetustissimos Latinos licentiosa admodum Epitheta, ut* Trisecli senex *Nestor, &* dulciore loquus, Multigrumes *fluctus*, tardigemulum *senium, auroræ* pudoricolor, *Memnon* nocticolor, *apud Levium Poëtam. Gell. libr.* 19. *c.* 7. *quæ posterior tamen ætas respuit.* Sic disciplinosus, consiliosus, *apud Catonem*, Facundiosus *apud Sempronium*, *Gell. l.* 4. *c.* 9.]

Epithe-

Epithera ita disponenda sunt, ne ad supplementum pedum addita videantur, *Scal.lib.4. cap. 49.Et pag.*837.Homericum esse,ait, otiosa accidentia apponere substantiis.

[*Id tamen partim lingua Graca nativa mollities, partim antiquitatis reverentia in Homero ita probavit, ut in Graco carmine etiam elegantia loco epithetorum crebritas imitatione Homericâ, usurpari possit.*]

Sic Epitheta quæ in fine versuum existunt, argumentò sæpè sunt coactæ locutionis, quasi sint carminis supplementa, *Scal.l.6.p.*887.

Collocantur Epitheta venustiùs ante substantiva, (quia animum reddunt suspensum) præsertim ita ut quadam vicissitudine cum illis jungantur, ut:

Ovid. *Clauda quòd alterno subsidunt carmina versu.*
Item. *Vecta est franato carula pisce Thetis.*
Tibull. *Et teneat culti jugera magna soli.*

[*Ita Scaliger in hoc Claudiani:* & diræ riget inclementia formæ, *laudat epithetum esse prapositum: dicit autem; non tamen sapè optimè praponi: & ad exemplum Virgiliani hu us:*& vinclis innatet Chlælia ruptis, *accuratius emendat:* & formæ riget inclementia diræ: *Nam suspensus animus in formâ, expectat cujusmodi futura sit, & diritas est in ipsâ voce* diræ; *qui sonus explet animum in fine Orationis.*]

Venusta collocatio est, si à substantivis epitheta per orationis aliquam partem interjectam separantur, ut:

Ovid. *Nudaq; marmoreis percussit pectora palmis.*

Ita, si epitheton collocatur in principio versus vel distichi, nomen substantivum in fine, ut:

Pulverulenta coquit maturis solibus astas.

Sic Virgilius:

Infandum regina jubes renovare dolorem. Æn.2.

Nigra velut magnas domini cùm divitis ades
Pervolat & pennis alta atria lustrat hirundo.

Ovidius:

Fertilis assiduo si non renovatur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.

[Aliàs enim, si collocatio prorsus Grammatica fit, oratio friget, qualis est versus

Lucani, *Amissa leges pereunt discrimine nullo.*

Horatii, *Iejunus stomachus rarò vulgaria temnit.*

Poterat uterque sic:

Amissa pereunt nullo discrimine leges.

Et: *Iejunus rarò stomachus vulgaria temnit.*

Sed tamen diversitas soni sæpè vitium declinat, ut,

Auri sacra fames quid non mortalia cogis Pectora, Virg.]

Epitheta interdum magnam sententiæ vim vel amplificatione, vel affectu addunt.

Amplificatione, ut:

—*Illi stellatus Iaspide fulva Ensis erat*, Æn.4.

Color enim gemmæ auget precium.

Affectu, ut:

Transadigit costas, & pectora candida rumpit. Æn.9.

[*Epithetum (candida)* πάθος *continet commiserationis propter ætatem.*]

Aut causam reddunt, ut:

Mutavit mentem populus levis, Horat.

Ideò enim levis, quia mutabilis.

Duo epitheta uni substantivo sine conjunctione non sunt addenda, nedum plura.

Græci hoc genere licentiores sunt, eorumq; imitatione vetustissimi Latini, ut Tragicus ille apud Cic. 1.*Tusc.*

Per speluncas saxi structas asperis pendentibus
Maximis, ubi rigida constat crassa caligo inferûm.

Notati

Notati sunt à Servio 10. versus in Virgil. in quibus uni substantivo duo adjunxit epitheta. Vide Fabr lib.7.n.74.]

In Epithetis fugienda est humilitas, ut cùm Martialis *Diem serenum* vocat *sine face:* quem jucundiùs Propert. *Sine nube.*

In Epithetis adhibeatur modus, ne scilicet ita densentur, ut tædium pariant.

[Reprehendit hoc nomine Corinna Pindarum, Aristoteles Alcidamãtem, quòd in Epithetis nimis exquisitâ usi sint elegantia. Aristoteles etiam illis nõ ut ἐδέσμασι, sed ut ἡδύσμασι utendum esse inquit. Tale quidam nimia lautitia esse censent illud Ovid.

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

De quo aliorum esto judicium.]

Versus sententiosi sæpè epithetis carent, ut:

Discite justitiam moniti & non temnere divos.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Rusticus expectat dum defluat annus, at hic jam
Labitur & labetur in omne volubilis ævum.
Tempora mutantur, nos & mutamur in illis.

Epitheta temporum pulchrè personis & rebus ipsis attribuuntur, ut:

Nec minùs Æneas se matutinus agebat. Virg.

Id est, *manè.* Item:

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet. —— Ovid.

Id est, *manè pectens.*

Permutantur etiam per Hypallagen epitheta, ut:

Ibant obscuri sola sub nocte per umbras. Æn.6.

Pro *obscura nocte soli ibant.*

Æneid. 1. *Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni*
Aut metus acer erat. —— pro, *Odium crudelis tyranni.*

Idq;

Id potissimùm gravibus materiis, ut in carmine Heroico, competit.

Sic sæpè à personis trahuntur ad res ipsas, ut:

Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum,
Virg Id est *crudelis & avari Regis terras.*
Hæc ait, & socii cessarunt æquore jusso,
Idem. Id est, *socii jussi.*

DE SYNONYMIS ET PERIPHRASI.

Quod de Epithetis diximus conquirendis, idem de Synonymis (seu vocabulis idem significantibus) dictum volumus, ut:

Terra, Humus, Solum, Tellus. Mare, Fretum, Æquor, Salum, Pontus, Oceanus, Pelagus, &c. Videndum tamen quæ vocabula quod carmen deceant: nam vox Tritici *&* Panis *non sunt Heroici carminis, Scalig. pag. 477.*

Quo faciunt plurimùm elegantes Periphrases, id est, circumlocutiones, quæ pluribus verbis rem unam exprimunt, ut:

Pro Terra: *Alma parens frugum. Longus terrarum orbis. Summus telluris margo. Corpus terræ. Sedes terræ.*

Pro Mari: *Aqua immensa. Æquoris unda. Corpus aquarum. Arva Neptunia. Aqua falsa. Vada cærula, &c.*

In quibus omnibus delectus habendus, quænám præsenti negotio congruant.

[*Sic* gruem *Ovid per Periphrasin describit:*
Et quæ *Pygmæo sanguine gaudet avis.*
Ciconiam *Virgil.*
Candida venit *avis, longis invisa colubris.*
Sic Publius apud Petronium Ciconiam describit:
Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,
Pietati cultrix, gracilipes, crotalistria,
Avis exul hiemis, titulus tepidi temporis, &c.
Ita Horat. Canos appellat Capitis nivem, *& venustatem* Veneris munera.]

De

De Periphrasi vide sis Vechnerum in eruditissimo libro de Hellenolexia, lib. 2. cap. 8. & seqq]

Synonymorum variatio præcipuè necessaria est, cùm unius rei crebrò mentionem facere cogimur.

[*Tædiosum enim est, eandem vocem crebrò auribus objicere: Sic Virgilius 6. Æneid. ubi de Aureo Ramo agit modò hoc nomine ipsum vocat, modò auricomos fœtus, modò frondescentem Virgam, item Ramum divitem, aurum frondens, &c. Æneid. 7. aquam in aheno ferventem, undans ahenum, latices, aqua vim, amnem fumidum, &c. Æn. 8. Caci speluncam variè effert. Parit etiam hæc copia in versu facilitatem. Synonymorum modos copiosè tradit Erasm. de copia verborum, unde petantur. Delibabimus nos aliquot exempla.*

1. Loco substantivi adjectivum Neutrum, *ut Solidum pro Terra:*

2. Participium loco nominis, *ut Iacens pro Terra:*

3. Partis connotatio, *ut delecta corpora virûm, pro viri delecti.*

4. Affirmans per Negantem & vicissim, *ut non stabunt, id est, peribunt.*

5. Præsens tempus loco futuri, *ut Vrbe domo socias, id est, sociabis, de Didone.*

6. Interrogatio pro nuda narratione, *ut Quis te magne Cato, tacitum, aut te Cotta relinquat? id est, nec vos relinquam, &c.*

7. Pluralis pro singulari, *quæ enallage Poëtis frequentissima est, ut Numina, pro, Numen, Terrarum, pro, terra.*

8. Possessiva & Denominativa pro simplicibus substantivis, ut, *machina cœlestis, pro, Cœlo, Terrea moles, pro, terra.*

9. Præpositio pro Conjunctione, *ut, Remo cum fratre Quirinus, pro, Remus & Quirinus.*

Breviter: Variatur sermo quatuor modis.

1. Æquipollentiâ vel Synonymiâ, *ut ensis, gladius, machæra.*

2. Figu-

2. Figuris Grammaticis, *Enallage*, *Synecdoche*, *&c.*
3 Mutatione Accidentium & partium Orationis; *ut: Graduum comparationis, relativorum compositionis, modorum, personarum, temporum, activorum & passivorum, Nominis in Pronomen, Verbi in Participium, &c.*
4. Tropis & verbis translatis, *quæ maximè orationem illustrant & tanquam stellæ, Cicerone teste, interlucent, ut* terra Colchica, *id est, horrida & venenata*; area Libyca *Horat. id est, fertilissima*, fluctus Icari, *id est, periculosi; per Synecdochen Generis. Sic* Regina *pro Didone. Item* Axis *pro Cœlo, per Synecdochen partis, &c. Sed de Tropis suprà diximus pag.* 212. *Aliter ita distinguere licet. Variatio Synonymiæ est vel in Verbis simplicibus, vel Constructis, vel Figuratis. Notari potest è Scalig. si tempus (aliudvè accidens) mutandum sit, operam dandam, ut id fiat mollius.* Scal. l. 6. p. 864.]

Periphrasi utimur vel ornatus causa, vel honestatis, *quando sordida, obscœna, vel humilia etiam, aliis verbis circumloquimur*, vel denique occultandi causa, *ut in Griphis, Ænigmatis & similibus.*

[*Scalig. ita: Aliquando ut obumbremus, ita tamen ut cerni atque intelligi possit: aliquando ut magis perspicuam orationem faciamus* lib. 3. cap 78. *Sic Ovid. pro Bubulco dicit.* Immundæ cura fidelis haræ *Virgil. pro Herculis clava:* Ramis vastisq; molaribus instat: *item*, nodis gravatum robur, *&c.*]

DE AGNOMINATIS ET PATRONYMICIS.

Copia verborum etiam paratur per Patronymica & Agnominata.

Agnominata sunt, quæ à certa loci, temporis vel eventus circumstantia, personæ vel rei tribuuntur, ut: *Larissæus*, id est, *Achilles*, *quia Larissæ in Thessalia natus. Castalides*, id est, *Musæ*, *quia fons Castalius Musis sacer est.*

[Ha

[Hæc si personæ vel rei adjunguntur, ad Epitheta pertinent. Si sola ponuntur, ut Larissæus, Pylius, Castalides, hujus propriè sunt loci. Apud Poëtas uterq; modus est frequentissimus.]

Per Patronymica eleganter & frequenter personæ describuntur, ut:

Pelides, id est, *Achilles, à patre Peleo.* Item *Æacides, ab avo Æaco.*

[Et hæc apud Poëtas frequentissimè occurrunt: in sacris etiam usurpari possunt, si pro Bileamo, Achabo, Abrahamo, Davide, Ioabo, Ophnia & Pineha ponatur Beorides, Amriades, Thariades, Isaides, Zerviades & Helida.]

V. DE POESEΩS ETHICA, SEU *Decoro in rebus, personis, verbis, numeris, observando.*

Decorum τὸ πρέπον, comprehendit imitationem rerum Poëtis subjectarum per verborum & pedum ad eas rectam accommodationem, ut res geri potius quàm componi videatur.

Decorum igitur primò in eo consistit, ut cuivis personæ congruus sermo, facta, affectus, mores, attribuantur, pro ætatis, status, aliarúmque circumstantiarum conditione.

[De hoc multa Cic. 1 offic. Alia enim aliam conditionem, aliam ætatem, fortunam, studia, nationem, patriam, &c. decent: & hic virtus Poëtæ quàm maximè elucet, ut sua cuiq; personæ ac rei rectè attribuat. Decorum enim inprimis Poëtæ observandum, Scalig. lib. 3 cap. 16. *De quo infrà in præceptis Comœdiæ & Tragœdiæ plura.* vide & Petr. Crinit. l. 10. c. 9.]

Secundò in rebus per apposita verba & numeros

P



meros exprimendis. *Cui rei Literæ quàm maximè inserviunt.*

[Quia enim poëma est imitatio quædam, & instar picturæ, quemadmodum Simonides, Plutarcho referente, τὴν ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν, τὴν δὲ ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν vocavit; Verba enim rebus maximè conveniant, & in quaq; actione describenda sic absolvatur oratio, ut res geri potius quàm componi videatur. Ita enim interesse & spectare te putes non legere, cùm jucunda verbis suavibus, atrocibus aspera, quieta sedatis, deductis humilia, grandibus ardua proferuntur, si res celeris, currat etiam versus, contrà si tardus, tarde & ipse incedat, & omninò verborum structura & pedum concinnitas rebus inserviat, unde illa orationis honestas & quasi certum decus oritur: Et hanc partem summo studio veteres consecuti sunt auctores, tam in prosa quàm ligata oratione. Exempla vide apud P. Crinitum lib. 10. cap 9. Hinc laudis perfectionem consequitur, si ipso verborum & numerorum sono res subjectas exprimere possit. Hinc sæpè fit, ut Elisiones ascitæ & Cæsuræ neglectæ summam pariant gratiam, verborum item trajectiones in Syntaxi, *(quæ alias damnantur,)* & confragosa asperaq; vocabula magno studio conquisita, pedum item monstrosa dispositio, singularis ornatûs causâ adhibeantur. *Exempla in auctoribus innumera sunt, nos pauca delibabimus.*

1. *Equus incitato cursu graphicè depingitur Æn 8. ita ut præsentem audire se lector putet:*

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

2. *Contrà ictus ingenti libratos mole fabrorum, Georg. 5.*

Illi inter sese multa vi brachia tollunt.

Ubi Spondæi in diversas dictiones terminati accuratè exprimunt alternos ictus fabrorũ, & sequens tandẽ cum Spondæo dactylus, ictus extremos celeriter repetitos repræsentat.

3. *Ejulatus muliebris describitur Æn. 4.* gemituq; & fœmineo ululatu, *ubi vocales O & V crebrò repetitæ & in cæsuram incidentes exactè rem animo insinuant.*

4. *Ira crebra collisione cruda literæ R describitur eodem lib*

lib. —— Terra parens ira irritata Deorum.

5. *Impetum & conatum certantium ostendit Poëta his versibus: Æneid. 5.*

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
Haud mora, prosiluêre suis: ferit æthera clamor.

6. *Turbinis celeritatem vides in hoc versu Tibulli;*

Namq; agor ut per plana citus sola verbere turbo:

Vbi cæsura elegantissimè differtur ad strepitum turbinis repræsentandum.

7. *Turni fugam Virgilius indicat Æneid. 12. his dactylis:*

Ni fuga subsidio veniat: fugit ocyor Euro:

8. *Temporis fugam notat, cùm dicit Poëta:*

Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus.

9. *Item canit classicum. Æn. 9.*

At turba terribili sonitu procul ære canoro.

10. *Atq; hoc modo Dactyli celeritas describitur. Moram autem, lentorem & tarditatem Spondæis repræsentare solent, aut etiam admirationem, gravitatem, dignitatem, &c. ut:* Aut læves ocreas lento ducunt argento: *Æn. 7.*

Saxa per & scopulos & depressas convalles. *Georg. 3.*

Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *Catull.*

Virg. Constitit atq; oculis Phrygia agmina circumspexit. *Sed de his spondaicis versibus vide infrà in Hexamet.*

11. *Ventorum colluctationem ac tempestatum conflictus videre est in his versibus:*

Luctantes ventos, tempestatesq; sonoras.
Præsertim si tempestas à vertice silvis Incubuit.
Sic: Unà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus. —— *Æneid. 1.*

Vbi literæ T, S, R, sonum complentes observandæ sunt, & cæsurarum violentia.

12. *Sic in illo,* Nec nos obniti contrà nec tendere tantum Possumus, —— &c.

Frequens literarum C, N, T, repetitio conatum ostendit.

13. Nunc rapidus retrò atque æstu resoluta resorbet
Saxa. ——

Hic singula dictiones constant literis asperioribus, quibus exprimitur fremitus maris.

14. *Æn.* 2. Rursus in arma feror, mortemq; miserrimus opto.

Literam crudam sive heroicam (ut Scaliger eam appellat) non sine causa vides toties.

15. *Hyperbaton seu constructionis confusa & perplexa disturbatio apprimè describit disjectionem classis Æneia, Æneid.* 1.

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras, &c.

16. *Tempus somni Æn.* 2. *describitur:*

—— Et jam nox humida cœlo
Præcipitat, suadentq; cadentia sidera somnos,

17. *Apud eund.* —— Convellimus altis
Sedibus impulimusq;: ea lapsa repentè ruinam
Cum sonitu trahit. *Hic dactyli volubilitate sua ruinam impulsa turris antevertere videntur.*

18. Et succus pecori, & lac subducitur agnis, *Virg.*
Hic littera I. exilitate soni, defectum alimenti depingere videtur. Vide de hac re supra etiam cap. 1. *hujus. Ex his exemplis liquet, quomodo vocum ordo & collocatio numerorum institui debeat, ut ex earum sono res ipsa quasi elidatur atq; eliciatur, ut docet Scal. l.* 4. *c.* 48. *qui hunc versum Ausonii propterea insuavem vocat.*

Tum hi flumineis habitatrix Nais in oris:
Novies enim exilis illa vocalis posita est: mutavit autem sic:
Tu mihi cæruleis ludens lasciva sub undis.]

Quamobrem magna prudentia & judicio Poëtæ opus est.

[*Electio est summa Poëta virtus.* Scalig. lib. 5. pag. 620. Horatius:

Scribendi rectè sapere est & principium & fons.
Rem tibi Socraticæ possunt ostendere chartæ:
Qui didicit, patriæ quid debeat & quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus & hospes,
Quod sit conscripti, quod judicis officium, quæ
Partes in bellum missi ducis: ille profectò

Redde-

Reddere personæ scit convenientia cuiq;.
Respicere exemplar vitæ, morumq; jubebo
Doctum imitatorem & vivas hinc ducere voces.]

Huc pertinet Affectuum expressio, de qua in Rhetoricis poëseos paulò antè diximus.

[Non enim postrema virtus Poëtæ est, movere affectus, & auditorem lectoremvè captivum ducere & quò velit impellere: sicut de Orpheo & Amphione Poëtæ fabulantur. Nam spiritus atq; eloquentia (Poëtica) sunt affectus, ut docet Cic. l. 2. de Orat. *&* *Quintilian.* l. 6. c. 3.]

VI. DE IIS, QVAE POETAE SVNT PEculiaria; Pedum nempe seu Numerorum Dispositione, quæ Catenatio vocatur, & aliis Poëtæ virtutibus.

Catenatio est pedum concinna dispositio, ut metrum eleganter connectatur.

In hac 1. præcipiunt, ut pedes non constent integris dictionibus, sed alternarum dictionum quasi vinculo connexi usq; ad finem versus deducantur, ut:

Vna sa|lus vi|ctis nul|lam spe|rare sa|lutem.
Vulgus a|miciti|as utili|tate pro|bat.
Sepul|tas simi|li ve|lis se|pulchro
Imbu|i pro|dest viri|dem ju|ventam.

[Hos versus optimos Diomedes *judicat: Et sunt sanè. Verùm cùm varietas ubiq; delectet, ab hac etiam regula, optimorum poëtarum exemplo, recedere licet præsertim in fine Hexametri, ut:*

*Nulla salus bello, pacem te|*poscimus|omnes|.
*Virg. Sic Æneid. 2. ——— Iacet|*ingens|littore|truncus|. *&c.*
*Item, Tityre tu patula recubans sub|*tegmine|fagi|.
Regula enim hac potissimùm intelligi debet de carmine

Hexametro. In reliquis autem, teste Scalig. pag. 534. laxior est lex. Refer huc, quæ suprà de Cæsura diximus. Pulchrè Scalig. Sicut majore firmitate opus est, inquit, in muris, ubi alterna serie saxa aut lateres ita constituuntur, ut unius ordinis juncta capita & substituantur mediis superioribus, & imponantur mediis inferioribus: ita, quorum pedum pars prioris vocis finem cum posterioris initio conjunxerit, aptiorem auribus excitabit connexionem, ut in illo:

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Quanquam ut hac lex perpetuò esse debet, non tamen esse decet perpetuam: tum quia discluderetur hac tam rigida necessitate Poëta à nobilissimis sententiis: tùm quia varietas tot à nobis nominibus tot locis decantata, verissimus intinctus est poëticorum obsoniorum. Dissitas igitur esse partes, & licitum est & confert interdum & necesse est, l. 4. c. 49.]

2. Elisiones crebræ sunt vitandæ, nisi fiant in cognatis vocalibus, vel alioquin gratiam quandam habeant peculiarem, ut *suprà de Elisione satis dictum fuit, pag. 156.*

[*Sæpè enim venustatem carmini addunt, quam, si omitterentur, versus non haberet, ut:*

Subligat atque ensem collo suspendit eburnum *Virgil.*

Hoc mollius sonat quam si dixisset. Ac ensem. *Sic*,

Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas, *Idem*

Qui tractus elisionis jucundior est, quàm si dixisset, nec audit. *Sic Ovid. 2. Metam.*

Constitit ante domum, neq; enim succedere tectis.

Pro nec enim. *Quare judicio aurium exquisito, ut supr diximus, hic opus est. Perpaucis autem aures Poëticæ dat sunt*, Scal. l. 7. p. 916.]

3. Dictiones monosyllabæ si in versu sir crebriores, eundem deformant, ut:

Non ex his est, qui se sanos vivere curent,

[Hi

[*Hinc Murmellius cùm ex versilegulis quæsiisset, cur totiesin versu usurpent voculas; Et, non, sic, vel, nam, &c. Subjicit hanc causam:*

Scilicet ut magnum possis absolvere versum.

O vir præcipua calliditate vafer!]

4. Conjunctio copulativa Verbo trajecto addita, vehementer malè audit, ut in illo Ovid.

Fœmina præfractas conqueriturq; fores.

Messalam terrâ dum sequiturq; mari, Tibull.

[*Fatetur Scalig. à magnis Poëtis & à se quoq; idem factum, sed nunquam à seipso ac ne tunc quidem, quum faceret, fuisse probatum. Mollius tamen hoc fieri* in repetita præpositione *addit Fabricius, ut:*

Perq; tuos oculos, per geniumq; rogo.]

5. Apud Poëtas in principio sententiarum paucisyllabæ dictiones sępè ponuntur, à quibus ad productiores fiat gradus, quò simul cum re ipsa crescat oratio.

[*Sic Virg. fluctuum commotionem & turbinum rotationem à brevibus syllabis deduxit ad ipsum rei habitum, dicens.*

Fluctus uti primo cœpit quùm albescere ponto.

Græcos etiam non longè à Troia delitescentes ostendit, inquiens.

Vix è conspectu Tenedos notissima fama.

Item Sic fatur lacrymans.

In medio verò tumultu voces explicat longiores, ut 8. Æneid.

Extemplo turbati animi: simul omne tumultu

Conjurat trepido Latium, sævitq; juventus.

Poterant hæc ad Decorum etiam referri.]

6. Vitandum est κακέμφατον (*quod Servius vocat,*) seu mala compositio, ne sequens dictio ab eâdem syllaba incipiat, qua præcedens

desinit, *vel*, ne syllabæ iisdem concurrant elementis.

Servii hoc præceptum est. 2. Æn. qui habuit aures tam delicatas, tam puriter lotas, ut ipse solus percipiat malè sonare, quod certatim omnes alii & Græci & Latini probant. Quintil. etiam in Orator. *vetat, ne verbi prioris syllaba ultima sit prima sequentis. Idem improbat Scalig. p. 862. in Ovid.* Animus mutatas *initio Metamorp. Quod tamen interdictum Virgilius adeò non curavit, ut potius ad* 100 *exempla. Erythræo observante, contraria reliquerit, ut* Dorica castra. 2. & 6. *Æneid.* Achaica castra. 2. *Æn.* Fama malum. *Æn.* 4. Sliqua quassante, Teque querelis. Sidera raptum, &c. *Item in Elegiaco carmine etiam laudem meretur*, vide infrà cap 4. sect. 1. observation. 12. *Fusius hanc materiam alii tractarunt:* vide Siberum, volum. 1. orat 2. & Rhetor. p. 106. Turnebum lib. 7. cap. 19. Becman. Manud. ad L. L. p. 208. Ob. Giph. *Geminationem appellat, in Indice Lucret. & exempla ibi laudat.*]

7. A peregrinis & impropriis pedibus est abstinendum.

[*Quinam verò sint improprii pedes & quomodo se habeant, in singulis carminum generibus paulò pòst docebitur. Est tamen, quando à Poëtis per licentiam peregrini pedes adhibiti fuere, sed vel non sine ratione & gravi judicio; vel ita, ut Criticorum reprehensionem non effugiant.*]

8. Danda opera, ne dictiones ociosæ, præsertim monosyllabæ, versum dedecorent.

[*Iuxta illud,* Carmina fac sine Sic, sine Nunc, sine Que, sine Quoq;. *Scal illud uspiam in magnis Poëtis reprehendit, ut in illo Ovidii,* Nil mihi rescribas, attamen ipse veni Attamen *dicit esse ociosum, lib. 6. p. 855. Observatum verò est, apud Poëtas particulam R E in compositis sæpissimè abundare, & tantùm versus explendi gratiâ adjici.*]

9. Deformem versum ajunt, qui in medio & fine exhibet rhythmum seu sonum æqualem.

[*Alii*

[Alii tamen contrà sentiunt, nihil incommodi habere, ut Sabinus. Ac sanè apparet, superiori seculo elegantiam quandam in rhythmis fuisse quæsitam. Exemplo sunt versus Scholæ Salernitanæ. Vide & Scal. lib. 2. c. 29. Plura diximus suprà de Cæsura. pag. 177.]

10. Non est opus, ut singuli versus singulas sententias absolvant, vel, ut sententiæ simul cum strophis absolvantur. *Scal. l. 2. c. 33.* Quinimò venustum est, si versus aliquot ita inter se connectantur, ut sententia aut secundo aut tertio demum, vel quarto, deponatur ac finiatur, ut,

Æn. 1. Qualis apes æstate nova, per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Item.
Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. Horat.

[Plerunq; in Sapphicis strophe sententiam claudit: At in reliquis Lyricis non observatur. De Elegiaco vide infrà, itemq; Epico carmine ubi inprimis decorum est, si sententia per aliquot versus continuetur.]

Apprimè notanda Poëtæ est Scaligeri regula: Ea sanè vel unica vel præcipua virtus Poëtæ est, auditorem quasi captivum detinere, ut animus ejus suspensus sit, *lib. 3. c. 96.*

[Traditur hæc regula ferè in Epico carmine, verùm est generalior. Nam & in Comicis & Tragicis est maximè necessaria. Perit enim Dramati omnis gratia, nisi dubius magno desiderio expectetur eventus. Idem de singulis versibus habendum qui, si simplici verborum serie decurrant, frigent & languent. Perturbandus igitur ordo constructionis, (sed ita, ne quid decedat perspicuitati) ut unum ex altero dependeat, & connexio grata animum auditoris sive lectoris su-

spensum teneat. De epithetis idem monuimus suprà, quâ vicissitudine substantivis jungenda sint: Et in praecedente Canone, quomodo sententia per plures versus suspendenda.]

Quatuor animæ sunt Poëseωs, Nervus, Numerus, Candor, Venustas, *Scalig lib.6.pag.799.*

[*Paulò aliter lib.3.cap.25. quatuor virtutes esse Poëtæ ait,* Prudentiam, *ut utile dulci misceat juxta praeceptum Horatii, & res vero propiores confingat ac sibiipsis convenientes.* Varietatem, Efficaciam, *quam vocat, vim quandam tùm rerum, tùm verborum, quæ etiam nolentem propellit ad audiendum:* Suavitatem, *quæ efficacia illius vim vegetam deducit ex asperitate ad certam temperationem. Quas quidem omnes sequentibus capitibus prolixè tractat. Addit his quintam, lib.6.pag.807.* Modum *scilicet, quem illarum omnium vitam veluti quandam esse affirmat. Eumq; in Pontano, qui quatuor illas omnes assecutus sit, solùm desiderat. Porrò per* Nervum *haud dubiè intelligit Efficaciam: quæ etiam nihil frigidi aut ociosi admittat: per* Numerum, *aptum pedum concursum: per* Candorem, *puritatem & perspicuitatem styli: per* Venustatem, *prudentiam quandam electionis atq; collocationis* δεξιότητα, *lib.4. cap.6. Suavitas alia est à Venustate, & ejus species quædam delicata. Tota Æneis venusta est, suavis non tota Venustas est decor ipsius compositionis. Venustati adversatur turpitudo: Suavitati asperitas, lib.4.cap.11. Addit his etiam* Perspicuitatem, Cultum, *ubi non omnia quæcunq; dicere potes, dicis;* Proprietatem, *non quæ excludit metaphoras, sed nativam significandi vim ex usu doctorum.* Plenitudinem, *cùm nihil deest quod desideres, nihil redundat quod sit exultans.* Puritatem, *nuditatem quæ nihil ornamenti admiscet, in Charactere infimo.* Acumen, Acredinem, *lib.4. cap.3.4.5.8.13.14.15. quæ omnia apud ipsum videantur.*]

Poëtæ finis est, docere cum delectatione, *Scal.l.7.c.2.*

[*Poëseωs originem pulcherrimè Scal. sic eruit. Res omnes nostræ aut* Necessarii, *aut* Utilis, *aut* Delectabilis *genere com-*

comprehenduntur. Horum omnium natura quadam vel à principio constituta, vel procedente posteà tempore visorationis affecta est. Neq; enim potuit homo, cujus perfectio penderet è disciplinis, eo carere instrumento, quod ipsum deberet efficere participem sapientiæ. Hæc prima sermonis natura fuit. Mox amplificatus usus atq; commoditas, additis rudi atq; inchoato corpori veluti dimensionibus, præscriptionibus atq; delineamentis: Vnde dicendi certa lex orta est. Postremò ornatus tanquam mundus ac vestitus quispiam est adinventus, quo jam, & formata & animata splendesceret materia. lib. 1. c. 1. *Præcipuum igitur, quod Poëta quærit, est, ut utilia dicat: Alterum ut cum delectatione dicat: quippe cùm gratiora sint quæ delectant, animumq; magis demulceant. Et Poëta omnium primum sit* Docere; *absq; hoc enim labor λῆρος est. Ideò Seneca Poëtarum ineptias vocat, quãdo aures tantum oblectare sibi propositum habent lib. 1. de benef. cap. 4. Efficitur autem delectatio illa* concinnitate numerorum, & verisimilium effictione, *unde* ποιητὴν *primitùs dictam volunt quamvis illa fingẽdi significatio Dramaticis & Epicis potissimum Exegeticis verò minùs, conveniat. Ideò Scaliger, non à fingendo, sed à faciendo versu Poëtæ nomen initio ductum esse voluit,* lib. 1. c. 2. *Per initia namq; nudam veritatem recitãrunt in Comœdiis: posteà propter rerum novitatem, ficta res, quas nunquam spectator audisset anteà, magis placuêre,* lib. 7. pag. 901.]

Notari possunt & illa Scaligeri. Corinnæ consiliũ, quod Pindaro dederat, est, ne sine fabulis poëmata conderentur: esse namq; eas illorum animam. Cæterùm cùm ea omnia jam sint vulgata, nostrum Poëtam vehementer tùm ab ipsis tùm ab ignotis abstinere jubeo. Nam quemadmodum in illis nulla gratia, ita in his etiam odium subesse arbitror. Pro his igitur sententiæ sunto dulces, luculentæ, non languidæ, non affectatæ, non nimis frequentes, *lib. 6 pag.* 854.

CAPUT

2. Figuris Grammaticis, *Enallage, Synecdoche, &c.*

3 Mutatione Accidentium & partium Orationis; *ut: Graduum comparationis, relativorum compositionis, modorum, personarum, temporum, activorum & passivorum, Nominis in Pronomen, Verbi in Participium, &c.*

4. Tropis & verbis translatis, *quæ maximè orationem illustrant & tanquam stellæ, Cicerone teste, interlucent, ut* terra Colchica, *id est, horrida & venenata*; area Libyca *Horat. id est, fertilissima*, fluctus Icari, *id est, periculosi; per Synecdochen Generis. Sic* Regina *pro Didone. Item* Axis *pro Cœlo, per Synecdochen partis, &c. Sed de Tropis suprà diximus pag. 212. Aliter ita distinguere licet. Variatio Synonymiæ est vel in Verbis simplicibus, vel Constructis, vel Figuratis. Notari potest è Scalig. si tempus (aliudvè accidens) mutandum sit, operam dandam, ut id fiat mollius.* Scal. l. 6. p. 864.]

Periphrasi utimur vel ornatus causâ, vel honestatis, *quando sordida, obscœna, vel humilia etiam, aliis verbis circumloquimur*, vel denique occultandi causâ, *ut in Griphis, Ænigmatis & similibus.*

[*Scalig. ita: Aliquando ut obumbremus, ita tamen ut cerni atque intelligi possit: aliquando ut magis perspicuam orationem faciamus* lib. 3 cep 78. *Sic Ovid. pro Bubulco dicit.* Immundæ cura fidelis haræ *Virgil. pro Herculis clava:* Ramis vastisq; molaribus instat: *item,* nodis gravatum robur, *&c.*]

DE AGNOMINATIS ET PATRONYMICIS.

Copia verborum etiam paratur per Patronymica & Agnominata.

Agnominata sunt, quæ à certa loci, temporis vel eventus circumstantia, personæ vel rei tribuuntur, ut: *Larissæus*, id est, *Achilles, quia Larissæ in Thessalia natus. Castalides*, id est, *Musæ, quia fons Castalius Musis sacer est.*

[Hæ

[*Hæc si personæ vel rei adjunguntur, ad Epitheta pertinent. Si sola ponuntur, ut Larissæus, Pylius, Castalides, hujus propriè sunt loci. Apud Poëtas uterq; modus est frequentissimus.*]

Per Patronymica eleganter & frequenter personæ describuntur, ut:

Pelides, id est, *Achilles*, *à patre Peleo*. Item *Æacides*, *ab avo Æaco*.

[*Et hæc apud Poëtas frequentissimè occurrunt: in sacris etiam usurpari possunt, si pro Bileamo, Achabo, Abrahamo, Davide, Ioabo, Ophnia & Pineha ponatur Beorides, Amriades, Thariades, Isaides, Zerviades & Helida.*]

V. DE POESEΩS ETHICA, SEU *Decoro in rebus, personis, verbis, numeris, observando.*

Decorum τὸ πρέπον, comprehendit imitationem rerum Poëtis subjectarum per verborum & pedum ad eas rectam accommodationem, ut res geri potius quàm componi videatur.

Decorum igitur primò in eo consistit, ut cuivis personæ congruus sermo, facta, affectus, mores, attribuantur, pro ætatis, status, aliarúmque circumstantiarum conditione.

[*De hoc multa Cic. 1 offic. Alia enim aliam conditionem, aliam ætatem, fortunam, studia, nationem, patriam, &c. decent: & hîc virtus Poëtæ quàm maximè elucet, ut sua cuiq; personæ ac rei rectè attribuat. Decorum enim inprimis Poëtæ observandum*, Scalig. lib. 3 cap. 16. *De quo infrà in præceptis Comœdiæ & Tragœdiæ plura.* vide & Petr. Crinit. l. 10. c. 9.]

Secundò, in rebus per apposita verba & nu-



meros exprimendis. *Cui rei Literæ quàm maximè inserviunt.*

[Quia enim poëma est imitatio quadam, & instar picturæ, quemadmodum Simonides, Plutarcho referente, τὴν ποίησιν ζωγραφίαν λαλοῦσαν, τὴν δὲ ζωγραφίαν ποίησιν σιωπῶσαν vocavit; Verba enim rebus maximè conveniant, & in quaq; actione describenda sic absolvatur oratio, ut res geri potius quàm componi videatur. Ita enim interesse & spectare te putes non legere, cùm jucunda verbis suavibus, atrocibus aspera, quieta sedatis, deductis humilia, grandibus ardua proferuntur, si res celeris, currat etiam versus, contrà si tardus, tarde & ipse incedat, & omninò verborum structura & pedum concinnitas rebus inserviat, unde illa orationis honestas & quasi certum decus oritur: Et hanc partem summo studio veteres consecuti sunt auctores, tam in prosa quàm ligata oratione. Exempla vide apud P. Crinitum lib. 10. cap 9. Hinc laudis perfectionem consequitur, si ipso verborum & numerorum sono res subjectas exprimere possit. Hinc sapè fit, ut Elisiones ascitæ & Cæsuræ neglectæ summam pariant gratiam, verborum item trajectiones in Syntaxi, *(quæ aliàs damnantur,)* & confragosa asperaq; vocabula magno studio conquisita, pedum item monstrosa dispositio, singularis ornatus causâ adhibeantur. *Exempla in auctoribus innumera sunt, nos pauca delibabimus.*

1. *Equus incitato cursu graphicè depingitur Æn. 8. ita ut præsentem audire se lector putet:*

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

2. *Contrà ictus ingenti libratos mole fabrorum, Georg. 3.*

Illi inter sese multa vi brachia tollunt.

Ubi Spondæi in diversas dictiones terminati accuratè exprimunt alternos ictus fabrorũ, & sequens tandẽ cum Spondæo dactylus, ictus extremos celeriter repetitos repræsentat.

3. *Ejulatus muliebris describitur Æn. 4.* gemituq; & fœmineo ululatu, *ubi vocales O & V crebrò repetita & in cæsuram incidentes exactè rem animo insinuant.*

4. *Ira crebra collisione cruda literæ R describitur eodem.*

lib.

B.——Terra parens ira irritata Deorum.

5. *Impetum & conatum certantium ostendit Poëta his versibus: Æneid.* 5.

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
Haud mora, prosiluêre suis: ferit æthera clamor.

6. *Turbinis celeritatem vides in hoc versu Tibulli;*

Namq; agor ut per plana citus sola verbere turbo:

Vbi cæsura elegantissimè differtur ad strepitum turbinis repræsentandum.

7. *Turni fugam Virgilius indicat Æneid.* 12. *his dactylis:*

Ni fuga subsidio veniat: fugit ocyor Euro:

8. *Temporis fugam notat, cùm dicit Poëta:*

Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus.

9. *Item canit classicum. Æn.* 9.

At turba terribili sonitu procul ære canoro.

10. *Atq; hoc modo Dactyli celeritas describitur. Moram autem, lentorem & tarditatem Spondæis repræsentare solent, aut etiam admirationem, gravitatem, dignitatem, &c. ut:* Aut læves ocreas lento ducunt argento: *Æn.* 7.

Saxa per & scopulos & depressas convalles. *Georg.* 3.
Æquoreæ monstrum Nereides admirantes. *Catull.*
Virg. Constitit atq; oculis Phrygia agmina circumspexit. *Sed de his spondaicis versibus vide infrà in Hexamet.*

11. *Ventorum colluctationem ac tempestatum conflictus videre est in his versibus:*

Luctantes ventos, tempestatesq; sonoras.
Præsertim si tempestas à vertice silvis Incubuit.
Sic: Unà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis
Africus.—— *Æneid.* 1.

Vbi literæ T, S, R, sonum complentes observandæ sunt, & cæsurarum violentia.

12. *Sic in illo,* Nec nos obniti contrà nec tendere tantum Possumus, —— &c.

Frequens literarum C, N, T, repetitio conatum ostendit.

13. Nunc rapidus retrò atque æstu resoluta resorbet
Saxa.——

Hic singulæ dictiones constant literis asperioribus, quibus exprimitur fremitus maris.

14. *Æn.*2. Rursus in arma feror, mortemq; miserrimus opto.

Literam crudam sive heroicam (ut Scaliger eam appellat) non sine causa vides toties.

15. *Hyperbaton seu constructionis confusa & perplexa disturbatio apprimè describit disjectionem classis Æneia, Æneid.* 1.

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras, &c.

16. *Tempus somni Æn.*2. *describitur:*

—— Et jam nox humida cœlo
Præcipitat, suadentq; cadentia sidera somnos,

17. *Apud eund.* —— Convellimus altis
Sedibus impulimusq;: ea lapsa repentè ruinam
Cum sonitu trahit. *Hic dactyli volubilitate sua ruinam impulsa turris antevertere videntur.*

18. Et succus peccori, & lac subducitur agnis, *Virg.*

Hic littera l. exilitate soni, defectum alimenti depingere videtur. Vide de hac re supra etiam cap. 1. *hujus. Ex his exemplis liquet, quomodo vocum ordo & collocatio numerorum institui debeat, ut ex earum sono res ipsa quasi elidatur atq; eliciatur, ut docet Scal l.*4.*c.*48. *qui hunc versum Ausonii propterea insuavem vocat.*

Tum hi flumineis habitatrix Nais in oris:

Novies enim exilis illa vocalis posita est: mutavit autem sic:

Tu mihi cæruleis ludens lasciva sub undis.]

Quamobrem magna prudentia & judicio Poëtæ opus est.

[*Electio est summa Poëta virtus.* Scalig. lib. 5. pag. 620. Horatius:

Scribendi rectè sapere est & principium & fons.
Rem tibi Socraticæ possunt ostendere chartæ:
Qui didicit, patriæ quid debeat & quid amicis,
Quo sit amore parens, quo frater amandus & hospes,
Quod sit conscripti, quod judicis officium, quæ
Partes in bellum missi ducis: ille profectò

Redde-

Reddere personæ scit convenientia cuiq;.
Respicere exemplar vitæ, morumq; jubebo
Doctum imitatorem & vivas hinc ducere voces.]

Huc pertinet Affectuum expressio, de qua in Rhetoricis poëseos paulò antè diximus.

[Non enim postrema virtus Poëta est, movere affectus, & auditorem lectoremvè captivum ducere & quò velit impellere: sicut de Orpheo & Amphione Poëtæ fabulantur. Nam spiritus atq; eloquentia (Poëtica) sunt affectus, ut docet Cic. l. 2. de Orat. *& Quintilian. l. 6. c. 3.]*

VI. DE IIS, QVAE POETAE SVNT peculiaria; Pedum nempe seu Numerorum Dispositione, quæ Catenatio vocatur, & aliis Poëtæ virtutibus.

Catenatio est pedum concinna dispositio, ut metrum eleganter connectatur.

In hac 1. præcipiunt, ut pedes non constent integris dictionibus, sed alternarum dictionum quasi vinculo connexi usq; ad finem versus deducantur, ut:

Vna sa|lus vi|ctis nul|lam spe|rare sa|lutem.
Vulgus a|miciti|as utili|tate pro|bat.
Sepul|tas simi|li ve|lis se|pulchro
Imbu|i pro|dest viri|dem ju|ventam.

[Hos versus optimos Diomedes *judicat: Et sunt sanè. Verùm cùm varietas ubiq; delectet, ab hac etiam regula, optimorum poëtarum exemplo, recedere licet præsertim in fine Hexametri, ut:*

*Nulla salus bello, pacem te|*poscimus|omnes|.
Virg. Sic Æneid. 2. —— *Iacet*|ingens|littore|truncus|. *&c.*
*Item, Tityre tu patula recubans sub|*tegmine|fagi|.
Regula enim hæc potissimùm intelligi debet de carmine

Hexametro. In reliquis autem, teste Scalig. pag. 534. laxior est lex. Refer huc, quæ suprà de Cæsura diximus. Pulchrè Scalig. Sicut majore firmitate opus est, inquit, in muris, ubi alterna serie saxa aut lateres ita constituuntur, ut unius ordinis juncta capita & substituantur mediis superioribus, & imponantur mediis inferioribus: ita, quorum pedum pars prioris vocis finem cum posterioris initio conjunxerit, aptiorem auribus excitabit connexionem, ut in illo:

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Quanquam ut hæc lex perpetuò esse debet, non tamen esse decet perpetuam: tum quia discluderetur hac tam rigida necessitate Poëta à nobilissimis sententiis: tùm quia varietas tot à nobis nominibus tot locis decantata, verissimus instinctus est poëticorum obsoniorum. Dissitas igitur esse partes, & licitum est & confert interdum & necesse est, l. 4. c. 49.]

2. Elisiones crebræ sunt vitandæ, nisi fiant in cognatis vocalibus, vel alioquin gratiam quandam habeant peculiarem, ut *suprà de Elisione satis dictum fuit, pag.* 156.

[*Sepè enim venustatem carmini addunt, quam, si omitterentur, versus non haberet, ut:*

Subligat atque ensem collo suspendit eburnum. *Virgil.*

Hoc mollius sonat quam si dixisset. Ac ensem. *Sic.*

Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. *Idem.*

Qui tractus elisionis jucundior est, quàm si dixisset. nec audit. *Sic Ovid.* 2. *Metam.*

Constiti ante domum, neq; enim succedere tectis.

Pro nec enim. *Quare judicio aurium exquisito, ut suprà diximus, hic opus est. Perpaucis autem aures Poëticæ datæ sunt,* Scal. l. 7. p. 916.]

3. Dictiones monosyllabæ si in versu sint crebriores, eundem deformant, ut:

Non ex his est, qui se sanos vivere curent.

[Hin

[Hinc Murmellius cùm ex versilegulis quæsiisset, cur totius in versu usurpent voculas; Et, non, sic, vel, nam, &c. Subjicit hanc causam:

Scilicet ut magnum possis absolvere versum.
O vir præcipua calliditate vafer!]

4. Conjunctio copulativa Verbo trajecto addita, vehementer malè audit, ut in illo Ovid.

Fœmina præfractas conqueriturq; fores.
Messalam terrâ dum sequiturq; mari, Tibull.

[Fatetur Scalig. à magnis Poëtis & à se quoq; idem factum, sed nunquam à seipso ac ne tunc quidem, quum faceret, fuisse probatum. Mollius tamen hoc fieri in repetita præpositione *addit Fabricius, ut:*

Perq; tuos oculos, per geniumq; rogo.]

5. Apud Poëtas in principio sententiarum paucisyllabæ dictiones sępè ponuntur, à quibus ad productiores fiat gradus, quò simul cum re ipsa crescat oratio.

[Sic Virg. fluctuum commotionem & turbinum rotationem à brevibus syllabis deduxit ad ipsum rei habitum, dicens.

Fluctus uti primo cœpit quùm albescere ponto.

Græcos etiam non longè à Troia delitescentes ostendit, inquiens.

Vix è conspectu Tenedos notissima fama.

Item Sic fatur lacrymans.

In medio verò tumultu voces explicat longiores, ut 8. Æneid.

Extemplo turbati animi: simul omne tumultu
Conjurat trepido Latium, sævitq; juventus.

Poterant hæc ad Dictorum etiam referri.]

6. Vitandum est κακέμφατον (*quod Servius vocat,*) seu mala compositio, ne sequens dictio ab eâdem syllaba incipiat, qua præcedens

 desinit,

definit, *vel*, ne syllabæ iisdem concurrant elementis.

Servii hoc preceptum est. 2 Æn. qui habuit aures tam delicatas, tam puriter lotas, ut ipse solus percipiat malè sonare, quod certatim omnes alii & Græci & Latini proban —. Quintil. etiam in Orator. vetat, ne verbi prioris syllaba ultima sit prima sequentis. Idem improbat Scalig. p. 862. in Ovid. Animus mutatas *initio Metamorp. Quod tamen interdictum Virgilius adeò non curavit, ut potiùs ad* 100 *exempla. Erythræo observante, contraria reliquerit, ut* Dorica castra. 2. & 6. *Æneid.* Achaica castra. 2. *Æn.* Fama malum. *Æn.* 4. S liqua quassante, Teque querelis. Sidera raptum, &c. *Item in Elegiaco carmine etiam laudem meretur*, vide infrà cap 4. sect. 1. observation. 12. *Fusiùs hanc materiam alii tractarunt:* vide Siberum, volum. 1. orat 2. & Rhetor. p. 106. Turnebum lib. 7. cap. 19. Becman. Manud. ad L. L. p. 208. Ob. Giph. *Geminationem appellat, in Indice Lucret. & exempla ibi laudat.*]

7. A peregrinis & impropriis pedibus est abstinendum.

[*Quinam verò sint improprii pedes & quomodo se habeant, in singulis carminum generibus paulò pòst docebitur. Est tamen, quando à Poëtis per licentiam peregrini pedes adhibiti fuere, sed vel non sine ratione & gravi judicio; vel ita, ut Criticorum reprehensionem non effugiant.*]

8. Danda opera, ne dictiones ociosæ, præsertim monosyllabæ, versum dedecorent.

[*Iuxta illud,* Carmina fac sine Sic, sine Nunc, sine Que, sine Quoq;. *Scal. illud uspiam in magnis Poëtis reprehendit, ut in illo Ovidii,* Nil mihi rescribas, attamen ipse veni Attamen *dicit esse ociosum, lib. 6. p. 855. Observatum verò est, apud Poëtas particulam R Bin compositis sæpissimè abundare, & tantùm versus explendi gratiâ adjici.*]

9. Deformem versum ajunt, qui in medio & fine exhibet rhythmum seu sonum æqualem.

[*Alii*

[Alii tamen contrà sentiunt, nihil incommodi habere, ut Sabinus. Ac sanè apparet, superiori seculo elegantiam quandam in rhythmis fuisse quæsitam. Exemplo sunt versus Scholæ Salernitanæ. Vide & Scal. lib. 2. c. 29. Plura diximus suprà de Cæsura. pag. 177.]

10. Non est opus, ut singuli versus singulas sententias absolvant, vel, ut sententiæ simul cum strophis absolvantur. *Scal. l. 2. c. 33.* Quinimò venustum est, si versus aliquot ita inter se connectantur, ut sententia aut secundo aut tertio demum, vel quarto, deponatur ac finiatur, ut,

Æn. 1. Qualis apes æstate nova, per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fœtus, aut cùm liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Item.
Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. Horat.

[Plerunq; in Sapphicis strophe sententiam claudit: At in reliquis Lyricis non observatur. De Elegiaco vide infrà, itemq; Epico carmine ubi inprimis decorum est, si sententia per aliquot versus continuetur.]

Apprimè notanda Poëtæ est Scaligeri regula: Ea sanè vel unica vel præcipua virtus Poëtæ est, auditorem quasi captivum detinere, ut animus ejus suspensus sit, *lib. 3. c. 96.*

[Traditur hæc regula ferè in Epico carmine, verùm est generalior. Nam & in Comicis & Tragicis est maximè necessaria. Perit enim Dramati omnis gratia, nisi dubius magno desiderio expectetur eventus. Idem de singulis versibus habendum qui, si simplici verborum serie decurrant, frigent & languent. Perturbandus igitur ordo constructionis, (sed ita, ne quid decedat perspicuitati) ut unum ex altero dependeat, & connexio grata animum auditoris sive lectoris su-

 spen-

spensum teneat. De epithetis idem monuimus suprà, quâ vicissitudine substantivis jungenda sint: Et in precedente Canone, quomodo sententia per plures versus suspendenda.]

Quatuor animæ sunt Poëseωs, Nervus, Numerus, Candor, Venustas, *Scalig lib.6.pag.799.*

[*Paulò aliter lib.3.cap.25. quatuor virtutes esse Poëtæ ait*, Prudentiam, *ut utile dulci misceat juxta præceptum Horatii, & res vero propiores confingat ac sibiipsis convenientes.* Varietatem, Efficaciam, *quam vocat, vim quandam tùm rerum, tum verborum, quæ etiam nolentem propellit ad audiendum:* Suavitatem, *quæ efficaciæ illius vim vegetam deducit ex asperitate ad certam temperationem. Quas quidem omnes sequentibus capitibus prolixè tractat. Addit his quintam, lib.6.pag.*807. Modum *scilicet, quem illarum omnium vitam veluti quandam esse affirmat. Eumq; in Pontano, qui quatuor illas omnes assecutus sit, solum desiderat. Porrò per* Nervum *haud dubiè intelligit Efficaciam: quæ etiam nihil frigidi aut ociosi admittat: per* Numerum, *aptum pedum concursum: per* Candorem, *puritatem & perspicuitatem styli: per* Venustatem, *prudentiam quandam electionis atq; collocationis* δἰξιὸτητα*, lib. 4. cap.6. Suavitas alia est à Venustate, & ejus species quædam delicata. Tota Æneis venusta est, suavis non tota. Venustas est decor ipsius compositionis. Venustati adversatur turpitudo: Suavitati asperitas, lib.4.cap.11. Addit his etiam* Perspicuitatem, Cultum, *ubi non omnia quæcunq; dicere potes, dicis;* Proprietatem, *non quæ excludit metaphoras, sed nativam significandi vim ex usu doctorum.* Plenitudinem, *cùm nihil deest quod desideres, nihil redundat quod sit exultans.* Puritatem, *nuditatem quæ nihil ornamenti admiscet, in Charactere infimo.* Acumen, Acredinem, *lib.4. cap.3.4.5.8.13.14.15. quæ omnia apud ipsum videantur.*]

Poëtæ finis est, docere cum delectatione, *Scal.l.7.c.2.*

[*Poëseωs originem pulcherrimè Scal. sic eruit. Res omnes nostra aut* Necessarii, *aut* Utilis, *aut* Delectabilis *genere com-*

comprehenduntur. Horum omnium natura quadam vel à principio constituta, vel procedente posteà tempore vis orationis affecta est. Neq; enim potuit homo, cujus perfectio penderet è disciplinis, eo carere instrumento, quod ipsum deberet efficere participem sapientiæ. Hæc prima sermonis natura fuit. Mox amplificatus usus atq; commoditas, additis rudi atq; inchoato corpori veluti dimensionibus, præscriptionibus atq; delineamentis: Vnde dicendi certa lex orta est. Postremò ornatus tanquam mundus ac vestitus quispiam est adinventus, quo jam, & formata & animata splendesceret materia. lib. 1. c. 1. *Præcipuum igitur, quod Poëta quærit, est, ut utilia dicat: Alterum ut cùm delectatione dicat: quippe cùm gratiora sint quæ delectant, animumq; magis demulceant. Et Poëta omnium primum sit* Docere; *absq; hoc enim labor λῆρ@ est. Ideò Seneca Poëtarum ineptias vocat, quãdo aures tantum oblectare sibi propositum habent lib. 1. de benef. cap. 4. Efficitur autem delectatio illa* concinnitate numerorum, & verisimilium effictione, *unde* ποιητὴν *primitùs dictam volunt quamvis illa fingẽdi significatio Dramaticis & Epicis potissimum Exegeticis verò minùs, conveniat. Ideò Scaliger, non à fingendo, sed à faciendo versu Poëtæ nomen initio ductum esse voluit,* lib. 1. c. 2. *Per initia namq; nudam veritatem recitârunt in Comœdiis: posteà propter rerum novitatem, ficta res, quas nunquam spectator audisset anteà, magis placuêre,* lib. 7. pag. 901.]

Notari possunt & illa Scaligeri. Corinnæ consiliũ, quod Pindaro dederat, est, ne sine fabulis poëmata conderentur: esse namq; eas illorum animam. Cæterùm cùm ea omnia jam sint vulgata, nostrum Poëtam vehementer tùm ab ipsis tùm ab ignotis abstinere jubeo. Nam quemadmodum in illis nulla gratia, ita in his etiam odium subesse arbitror. Pro his igitur sententiæ sunto dulces, luculentæ, non languidæ, non affectatæ, non nimis frequentes, *lib. 6 pag.* 854.

CAPUT

CAPUT III.

DE CARMINE SIMPLICI, SEV *Monocolo.*

CARMEN distribuitur vel ex Constitutione pedum, vel ex Objectis, vel ex Modo.

DISTRIBUTIO PRIMA.

Ex constitutione pedum carmen est vel Simplex vel Multiplex.

Simplex carmen est, quod per se solum consistere potest: seu quod una tantùm metri forma constat, *Vulgò dicitur* Monocolon, *à μόν©, solus, & κῶλον, membrum.*

Cujusmodi sunt: *Heroicum*, *Phaleucium*, *Iambicum* (sub quo *Anacreonticum & Scazon*,) *Trochaicum*, *Choriambicum*, *Adonicum*, *Aristophanicum*, *Ionicum à majore.*

[Usitatiora genera simplicis carminis hic recensere voluimus. Quanquam enim alia etiam reperiantur, tamen hæc sufficere judicamus, quia si quis horum fundamenta jecerit, vel alia inde efformare, vel plura his addere Marte suo ipse poterit. Porrò hæ & similes carminum appellationes non ab uno modo deducta sunt: Interdum enim ab inventoribus seu auctoribus, interdum à materia, interdum à crebriore seu potiore pede, interdum aliunde nomina ipsis imposita sunt, quibus appellantur & mutuò distinguuntur.

Ab inventore appellata sunt: Phaleucium, Sapphicum, Adonicum, Pherecraticum, Alcmanicum, Hipponacticum, Archilochium, Alcaicum, Pindaricum, Asclepiadeum, Glyconicum, Aristophanicum, &c.

A materia, Heroicum, Elegiacum, Satyricum, Bucolicum, Epicum, Genethliacum, Epithalamium, Epiniciū, Georgicum, Comicum, Tragicum, Epitaphiū, &c.

A pede

A pede crebriore: Dactylicum, Jambicum, Trochaicum, Choriambicum, Pæonicum, Jónicum, Anapæsticum, &c.

A numero syllabarum: Pentasyllabum, *ut Adonicum*, Heptasyllabum, *ut Glyconicum*, Hendecasyllabum, *ut Phaleucium & Sapphicum, &c.*

A numero versuum: Disticbon, Tetrastichon, Hexastichon, Ogdoastichon, Dodecastichon, &c. στίχος enim versum significat, Hemistichium, dimidium versum.

A compositione: Monocôlon, id est, Uniforme seu Unimembre, quod non componitur ex aliis seu diversis carminum generibus, ut cum omnia sunt vel Hexametra vel Jambica Senaria vel Dimetra vel Asclepiadéa vel Phaleucia vel Anapæstica, &c. Dicôlon, cùm duo miscentur genera. Sic Tricôlon cum tria conjunguntur.

A depositione: Catalecticum, Acatalecticum, Brachycatalecticum, Hypercatalecticum.

A mensura: Monometrum, Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum, Pentametrum, Hexametrum, &c.]

I.

CARMEN HEROICUM.

Carmen Heroicum est, quod sex regionibus constat; è quibus quatuor primæ indifferenter Spondæum vel Dactylum, quinta Dactylum solum, & sexta Spondæum sibi vendicant, ut:

Schema.

1.	2.	3.	4.	5.	6.
--	-⏑⏑	-⏑⏑	--	-⏑⏑	--
-⏑⏑	--	--	-⏑⏑		-⏑

Pāstō | rēs ŏvĭ | ūm tĕnĕ | rōs dē | pēllĭtĕ | fœtūs. Virg

Et,

. Et, Tū nĭhĭl|invī|tādĭ|cās făcĭ|ās vĕ Mĭ|nervā. Hor.

Id. Aūt prō|dēssĕ vŏ|lūnt aūt|dēlĕ|ctārĕ Pŏ|ētă,

Aūt sĭmŭl|ēt jŭ|cūnda ĕt ĭ|dōnĕă|dīcĕrĕ|vītæ.

Celeberrimum & artificiosissimum carminis genus est Heroicum: hoc siquidem non modò Hymni in laudem Dei, sed etiam res gesta regumq́; ducumq́; & tristia bella decantata fuerunt & quidem à præstantissimis Poëtis Græcis & Latinis. Scal. lib 2 Poët. cap. 37. *Vnde etiam ab* Herôum *gestis appellationem* Heroici *traxit, & ob eandem causam Virgilius illud in laudatione & descriptione Æneæ adhibuit. Scaliger etiam* Constantem *versum nominat, respectu Pentametri Elegiaci, quem Fluxum appellat. lib.* 3. *Poët. cap,* 125. *Dicitur etiam vulgò* Hexametrum *à numero regionum. Dicitur &* Pythium *quòd Apollinis in ventum celebraret; & inde originem duxisse ferunt.* Vide Scalig. lib. 2. cap. 37. & 30. *Cùm enim Apollo Pythona serpentem interfecturus arcum intenderet, accolæ Delphici primùm terrore dejecti eum his verbis tardè prolatis animarunt:*

ἰὴ ¯ ¯ Παιὰν ¯ ¯ ἰὴ ¯ ¯ Παιὰν ¯ ¯ ἰὴ ¯ ¯ Παιὰν ¯ ˘

atq; ita sex hosce Spondæos ipsi acclamârunt, deinde cùm prospero rei successu lætiores redderentur, eundem versum concitatiore voce è sex Iambis recitaverunt:

ἰὴ ˘ ¯ Παιὰν ˘ ¯ ἰὴ ˘ ¯ Παιὰν ˘ ¯ ἰὴ ˘ ¯ Παιὰν ˘ ¯

Vt habetur apud Athenæum & Terentianum. Potuit & ideò Pythium appellari, quòd Apollinis Delphici oracula hoc præcipuè metro sunt edita. Dicitur & Homericum, *quia alio carminis genere Homerus non legitur usus quàm hoc Heroico Hexametro. Præcipuè quoq; Virgilius eo est usus; unde* Virgiliani *nomen promeruit. Cicero vocat* Longum, *quia numerus pedum in eo longiùs excurrit, quàm in plerisque carminum generibus. Quidam inventionem ejus ad Polymnestum Colophonium referunt.*]

OBSER-

OBSERVATIONES
De Carmine Heroïco.

1. Venuſtus eſt ille Heroïcus, in quo Dactyli & Spondæi alternis vicibus ponuntur, ut:

Obſtupuit, retroq́; pedem cum voce repreſſit.
Multa viri virtus animo, multusq́; recurſat
Gentis honor. Virgil.

2. Verſus ne ſint uniformes, ne ſimilitudo, quæ, Cicerone auctore, mater eſt ſatietatis, faſtidium pariat.

[*Quare, etſi hac forma, qua dactyli & Spondæi alternatim miſcentur, ſit elegantiſſima, nequaquam tamen ſemper retinenda eſt, ſed varianda & interdum laxanda vincula, quibus pedes conſtringuntur, idq́; poſt aliquot verſus, prout ſententia requirit. Exemplum eſt ſtatim initio Eclog.* 1. *ubi quinto verſu notabilis eſt in Cæſura variatio*

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſylvas.

Sic Æn. 1. *verſus* 8 *&* 9.

Muſa mihi cauſas memora, quo numine læſo.
Quidvé dolens regina Deûm, tot volvere caſus.

Conformes ſunt in pedibus, ſed ſtatim ſubjungitur diverſiformis.

Inſignem pietate virum, tot adire labores, &c.

Ac poſtea iterum prioribus conformis aſſumitur. Sic ſoluta eſt ſtructura hujus verſus.

Per connubia noſtra, per inceptos hymenæos, *Æn.*4.

Affectum enim graphicè exprimit. Ac velut alba linea in marmore (ut habet proverb.) notam nullam facit, ita verſus ejuſdem tenoris, quantumvis concinni, nihil afficiunt, & ingrati ſiunt. Vide Scal. lib. 6. in cenſura Pontani & Lucani. *Et infrà dicemus cap. ult. de Epico, quomodo obſervanda ſit ubiq́; varietas. Neq́; enim ſatis eſt ad Hexametrum, ſenis pedibus verſum concludere,* Scalig l. 6. pag. 867.]

3. Non

3. Non carent elegantia hexametri, qui plurimis dactylis constant, præsertim si non obstet rei subjectæ conditio, ut:

Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ.

Est tamen variatio ubiq; observanda, ut modò diximus.

4. Venustus judicatur & ille, qui initium capit à Spondæo, qui non sit integra vox, ita tamen, ut duo ei adhæreant Dactyli, ut:

Desertosq; videre locos littusq; relictum,
Defecisse videt sua nunc promissa reposci, Virg.

5. Mirè quoq; elegans est ille, in quo nullus pes integra constat voce, ut:

1. Æn. *Iustitiaq; dedit gentes frenare superbas.*
2. Æn *Infandum regina jubes renovare dolorem.*
3. Æn. *Infelix Priamus furtim mandarat alendum.*

Tibull. *Intonsi crines longa cervice fluebant.* Vide suprà cap 2. pag. 174.

6. Semper in quinta regione Dactylus collocari debet. A quo Vergilius, ut & alii, non nisi urgente singulari causa discesserunt, quando pro Dactylo Spondæum usurparunt, ita tamen, ut præcedat Dactylus: & hic versus vocatur vulgò SPONDAICUS.

Scaliger rectius Spondiacum appellat: Est enim Græcè σπονδειακὸς. *Talis est hic. 2. Æn.*

Constitit atq; oculis Phrygia agmina circumspexit.

Vbi gravi & numeroso versu Sinonem introducit Troianorum multitudinem, caput in utrunq; humerum movendo, circumspicientem. Eclog. 4. Cara Deûm soboles magnum Jovis incrementum, *quo rei gravitatem, difficultatem & majestatem indicare voluit. Item:*

Cornua velatarum obvertimus antennarum.
Caulonisq; arces & navifragum Scyllæum.

Cum

Cum sociis natoq; penatibus, & magnis Dis.
Sunt apud infernos tot millia formosarum, *Prop.*
Discedens chlamydemq; auro dedit intertextam.
Per varias syrtes & terrificos anfractus. *Duza.*

Inprimis autem Spondaicis delectatus est Catullus. Scal. l.4.Poët.p.866. *Nota; rarissimos esse illos Spondaicos, qui & in quarta & in quinta regione Spondæum habent, quales sunt duo Virgiliani, qui quidem singulari artificio, & pedũ morâ & consonantium concursu, rem quasi oculis spectandam exhibent:*

Aut læves ocreas lento ducunt argento:
Saxa per & scopulos & depressas convalles.

Apud Lucret. reperitur integer Spondaicus. lib. 6.

An cœlum nobis naturam introcorruptam.

Et apud Ennium,

Olli respondit rex Albai longai.

Verùm hac temerè imitanda non sunt.]

7. Vel tarditas vel celeritas pedum magnam gratiam carmini conciliare possunt.

[*Sic in illo 2. Æn. de equo Trojano:*

Illa subit mediæq; minans illabitur urbi.

Tres continui Dactyli descensus celeritati apprimè conveniunt, & paulo pòst quatuor Spondai difficultatem tarditatemq; rei pervenisse judicant, ut:

Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.

Ita Virgilius fugientis tauri mugitum expressisse videtur in hoc 2. Æn.

Quales mugitus fugit cùm saucius aras
Taurus & incertam excussit cervice securim.

Vide, quæ suprà pag. 225 de decoro carminis diximus. c. 2.]

8. In fine Hexametri si sint vocabula polysyllaba, versus judicatur duriusculus, qualis est Virgilianus:

Quarum quæ forma pulcherrima Dëiopejam, (vide Scal. l.4. Poët. c.49.)

9. Neq; venustus est, qui monosyllabo clau-

ditur, nisi necessitas concinnitatis deducat ad monosyllabum, *ut Scal. inquit, lib. 2. c. 29.* Quales sunt in Virgil.

——Procumbit humi bos,
——Sub ilicibus sus, &c.

Apud Horat. *nascetur ridiculus mus.*

Mollius clauditur, si monosyllaba sunt duo: ut, Juvenal.

Nullum numen abest si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna Deam, cœloq; locamus.

Hexameter igitur eleganter claudetur dictione bisyllaba vel trisyllaba. Durior a. & inconcinnior est, si duabus bisyllabis simul, ut apud Hor.

——Haud mihi vita.

Parcissimè Virgilius polysyllabis usus est, paulò crebrius monosyllabis, ut: *Bos, Sus, Nox, Mons, Mens, Sol, Rem, Es, Gens, Rex, Res, Ver, Vir, & Que* enclitica, quę tamen pro peculiari voce non habetur, eò quòd cum priore plane coalescat.

10. Graviore pede semper incedat Hexameter Heroïcus quàm Hexameter qui in Elegis adhiberi solet.

[*De reliquis dictum est in observationibus generalibus. Vide & in primo capite libri secundi, quæ de Synalapha, Ecthlipsi & Cæsura, in hoc genere carminis annotavimus.*
Porrò Virgilius sæpe versum heroïcum in medio abrumpit, eoq; planè deserto novum inchoat. Quod nonnulli putant arguere imperfectionem operis nondum absoluti, eò quòd Poëta morte præventus sit. Qua de re dicemus aliquid circa finem Poëtic. in carmine Epico.]

¶ Utrum pręter Spondæum & Dactylum, etiam tetrasyllabi & alii pedes, versum Heroïcum ingrediantur?

Admissi

Admissi etiam sunt, præter Spondæum & Dactylum genuinos Heroici pedes, alii nothi & quasi succedanei. Hi vero se tuentur, aut Resolutione aut Inversione, aut Cæsurâ, aut vocantur ἀκέφαλοι, μείουροι, προγάστορες, &c.

I. Resolvitur Dactylus in Proceleusmaticum. Proceleusmaticus admissus est in regionem primam, secundam & quintam. In prima regione videbis ipsum in hisce versibus:

*Genua la*bant, gelidus concrevit frigore sanguis.
Arietat in portas & duros objice postes.
Tenuia nec lanæ per collum vellera ferre.
*Parieti*bus textum cæcis iter ancipitemq;.

In secunda regione habetur ibi:

Hærent *parieti*bus scalæ postesq; sub ipsos.

In quinto loco cernitur hic:

Ædificant sectaq; intexunt *abiete* costas.
Nequicquam in rectis certatim *tenuia* cera.
Custodes sufferre valent labat *ariete* crebro.

Hi tamen proceleusmatici omnes in Dactylum reduci possunt: si nimirum vocales I & U in consonantes J & V mutentur. Sic apud Horatium Nasidjeni *legi debet &* Pitvita; *pro, Nasidieni & Pituita. Est tamen expressus Proceleusmaticus in Enniano isto,*

Capitibus nutantes pinos, rectosq; cupressos.

Sicut Scalig. inquit lib. 2. cap. 37.

II. Invertitur etiam aliquando Dactylus in Anapæstum; ut.

Fluviorum Rex Eridanus.

Nisi & hic primam vocem per synæresin, trisyllabam efficere velis.

III. Reperiuntur etiam Iambus, & Tribrachus, quos tamen Cæsura potentia reprimere solet, ut 5. Æn.

Olli serva *datur operum* haud ignara Minerva.
Invalidus etiamq; tremens & jam inscius ævi.
Desine plura *puer &* quod nunc instat agamus.
Ecce *trahebatur à* templo adytisq; Minervæ.
Liminaq; laurusq; Dei totusq; moveri.

Trochæum reperies in his:

Dum *trepidant it* hasta Tago per tempus utrumq;.
Rumpe moras omnes *turbataq;* arripe castra.

Ferte citi ferrum, date *tela* scandite muros.

Potior tamen hac sententia videtur, ut in primò τὸ it vel sit præteritum contractum pro Ivit, vel litera H ibi consonantis firmioris potestatem tueatur. In secundo, quidam legunt: Omnes & turbata. *Sed præter necessitatem. Ipsa enim metri turbatio artificiosissimè rei ipsius perturbationem exprimit. In tertio, vi positionis vox* Tela *ultimam extendit.*

IV. Acephalum *versum, (hoc est, cujus initium pro conditione propria legis non integrum procedit,) non semel admiscuerunt Poëtæ. Tales afferuntur:*

Veluti si quando vinclis venatica venox. *Ennius. l.* 10.
Vehemens & liquidus puroq; simillimus amnis. *Hor. l.* 2. *Ep* 2.

Et apud Homer.

Ιλ, ζ. βοϱέης καὶ ζέφυϱος.
Et Ιλιαδ. ψ. βοϱέῃ καὶ ζεφύϱῳ.
Et Οδ π. φθινύθουσι νύκτας τε καὶ ἤματα δακϱυχέουσῃ.

Nos tamen hujus generis versus, ubi primo loco pes æqualis intervalli cum Dactylo reperitur, qualis est Anapæstus, ad inversionem referimus, vel etiam ad resolutionem, ut suprà modò dictum est. Sin verò prima regio Choræum recipiat, Acephali nomen jure obtinebit. Talis est hic Lucilii lib. 30.

Quod tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Et hic Ennii lib. 2.

Annuit sese mecum decernere ferro. (*nisi legas Annuvit, veluti suprà dictum, de Epenthesi.*)

Et hic Virgilii 2. *Georg.*

Tmolus assu git quibus & rex ipse Phanæus.

Vbi tamen τὸ & inferunt emendatores.

V. Admiscuerunt & Teliambum *qui Iambo clauditur, quem alias Miurū antiqui vocant. Et hic apud Homerū non est infrequens: Latinos plurimos Exempli loco cōposuit Terentianus. Et talē* Ob. Gifanius *hunc Virgilii* 2. *Æn. agnoscit:*

Quanquam animus meminisse horret luctuq; *refugit.*

VI. Versus Diphilus *seu* Chœrilus, *cui una deest syllaba ad perfectionem, apud Ennium reperitur, ut:*

Æstatem autumnus sequitur, post acer *hiems.*

VII.

VII. *Περισσοσύλλαβοι seu προγάστορες etiam reperiuntur, quibus in medio syllaba superest, ut Virg.*

Inter se coi isse viros, & decernere ferro.

Tales verò versus Poëtices studiosi temerè non imitabuntur; acephalos verò, teliambos, diphilos & progastoras omninò devitent, vitiosi enim habentur & non nisi summis Poëtis concessi sunt. Aliâs Aurium judicium, (quod Cicero in Orat. superbissimum esse dicit) in componendis versibus consulant, numerósq; sententia planè congruentes efformare student, qua in re ideam ex Virgilio concipiant, de quo Scalig. lib. 5. cap. 3. Non dici potest quàm Virgilio sit familiare semper augustum esse, cujus omnia sunt Apollinis & Iovis ore digna.]

II.

CARMEN PHALEVCIVM.

Carmen Phaleucium quinq; constat regionibus & habet in prima Spondæum, in 2. Dactylum quem sequuntur. 3. Troch. ut:

Taubm. *In rē | cōniŭgĭ | ī mē | hērclĕ | rārō |*
Fēstī | nūm sĭmŭl | ēst ĭ | dēmquĕ | rēctūm.

Schema ejus tale est.

1.	2.	3.	4.	5.
– –	– ⏑ ⏑	– ⏑	– ⏑	– ⏑
				– –

[*Phaleucium nomē habet ab autore, sive is Phaloucus sive Phalacius olim dictus fuerit, & vocatur aliâs (sicut & Sapphicum,* (Hendecasyllabum, *à numero undecim syllabarum. Potest & inter Trochaica referri propter Trochæum, qui plurĭmus in eo dominatur. Verum quidem, Phaleucium iisdem constare pedibus, quibus Sapphicum, Trochæis nimirū & Dactylo, Scaliger docet, quare primum esse Trochæū oportere: quem cū in Spondæum mutatum videret Catullus, ausus est etiā Iambum.* Alii etiam Pyrrhichium substituêre,

neque id ineptè, lascivi enim maximè omnium sunt: Scalig l. 2. c. 98. *Catullus carm.* 10. *non veritus est secundo loco Creticum ponere.*

Istos commoda, nam volo ad Serapin.
Deferri, mane me inquio puellæ.

Item in Priapeiis,

Ut Phœbo puta, filioq; Phœbi.

Suspicari hac res facit Scoppium, Imperativos primæ conjugationis non minùs corripi quàm quosdam secundæ. Vide suprà pag. 93. *&* 94. *Admittere igitur potest primâ regione omnes pedes dissyllabos, quanquam Martialis vix ullo, præter Spondæum usus fuit. Catullus cum Spondæo Iambum & Trochæum posuit, quo & hisce diebus nil frequentius est. Pyrrhichium cernis in hoc vetere:*

Nimio videas strigosiorem.

In Catal. Ios. Scalig. p. 212. *& Iul. C. Scaliger imitatus est in Manibus Catulli, nisi cum aliquibus ita legere malis. Hinno me vidas strigosiorem. Vide etiam Nic. Perottum in Proæmium Plinii.*]

Observationes.

1. Venustius redditur hoc carmen, si cæsura penthemimeri exornatur. Unde Ausonius.

Istos composuit Phaleucus olim.
Qui Penthemimerin habent priorem,

[*Cæsuram hanc rarò observavit Catullus, ut in his:*

Nobis cùm semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.

Qui versus harmoniæ jacturam paterentur, ni se nobilis ipsorum sententia tueretur.]

2. Si verò Penthemimeris abfuerit, Dactylus secundo loco dictionem ferè terminabit, ut:

Docti Scaliger imperator avi.
Quo quis doctior, hoc magis modestus.

[*Quòd si hoc in carmine singulos pedes à singulis verbis absolvi videris, non propterea succensere debes. Affirmat enim Scaliger, hujusmodi verborum disjunctiones in Hendecasylla-*

stylabis minùs periculosas esse, Optimus enim (inquit) ille,
Tecum ludere sicut ipsa posset,
Et nihilo deterior, eo, qui ubiq; connexus est:
Cui dono lepidum novum libellum.]

3. Figuræ dictionis, ut Epanodos, Reciprocationes sive Conversiones & Reversiones, &c. huic carminis generi miram venustatem conciliant, sed omnes singulari judicio & artificio adhiberi debent.

[*Exempla harum omnium venustissima invenire est apud Frid. Taubmannum. Aposiopeseas item, ejusdem Melodesia, p. 245. 254. 258. in Schediasmatis Poeticis innovatis, p. 527. 538. 558. singularia apud antiquos nō obvia paradigmata, studiosis Poetices suppeditare potest, è quibus hæc;*
Quam possem tibi nominare, sed me
Compesco & taceo.
Item. Succire me reciprocate Paule,
Pistorem mihi redde Sarsinatem,
Plautem dico, meum Poeticum cor:
Aut te, sed reprimor.
Item. Sed & tu quoque Christiane, cures,
Ut culter cibicida, quem sinistra
Subduxti mihi clanculum bibenti,
Huc postlimnio revertat, aut te!
Item. Vellem plura: sed aurisorba proles
Victruvi exanimat me, & inchoatum
Interturbat opus.

Quæ tamen non sine judicio hodie usurpari debent. In Heroico aliquoties hac usus est figurâ Virgilius, quamvis non abrupto versu, ut:
1. *Æneid.* Quos ego. Sed motos præstat componere fluctus.
Et 2. *Æneid.* Nec requievit enim, donec Calchante (ministro.
Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?

4. Nec indecora est in fine repetitio unius

vel plurium primorum versuum, quæ Epanalepseos speciem quandam habet, quale est carmẽ 34.& 55. Catulli; qui eandem repetitionem carmine 50. in Jambico Senario quoque usurpavit, quod Poëmatis genus circulus appellatur, cujus finis idem est cum principio. Ita Euthymius circulares eos Psalmos vocat qui eodem finiũt versu quo cæperant, qualis est Psalmus 118. Peter. in Hierog. l. 39.

Venustius redditur carmen, si postremus versus iisdem verbis alium sensum refert, quam primo loco habuit.

5. Crebra item Paronomasia Phaleucos admodum exornat, ut: J.J. Boissardus,

Ite suaviter, ite cantitando.
Ite molliter, ite saltitando. Item:
O Hymen Hymenae cantitate,
O Hymen Hymenae personate. Item; Taubm.
Non possum tibi non id exprobrare,
Quod fortasse meretur exprobrari;
Quin quòd sanè meretur opprobrari, (sio est.
Non possum tibi non id exprobare. In quib. etiam regres-

6. Hiulcos versus (*Græci* λαγαρὺς, *Scaliger inanes & laxos vocat*) omni modo vitari iubemus, quales sunt hi Catulli;

Ebriosi acini ebriosioris, &c,
Vno in lectulo erudituli ambo.

7. In secunda regione pro dactylo nunquam poni debet Spondæus. Id quod Catullus toties sibi indulsit & in carmine 53. decies commisit. *Oramus si fortè non molestum est.*

8. Potest etiam non magna difficultate ex Phaleuco confici Sapphicus versus: Sic

Sic Martialis dixit lib. 10. Epigr. 7.
Nympharum pater amniumq; Rhene.
Sed Melissus in Melicis:
Rhene Nympharum pater amniumq;.
Et Hor. *Montium custos nemorumq; Luna.*
Transpositis dictionibus erit:
Montium nemorumq; Luna custos.
Martialis: *Terrarum Dea gentiumq; Roma,*
Cui par est nihil & nihil secundum.
Roma terrarum Dea Gentiumq;
Cui nihil par est, nihil & secundum.
Sic ex hoc I aubmanni.
Transilvana potest pigere castra.
Vltimum vocabulum primo prapositum efficiet Sapphicum.
Castra Transilvana potest pigere:
Et vicissim ex Sapphico constitues Phaleucum ut Hor. lib. 1.
Omne cùm Protheus pecus egit altos. (*Od.* 2.
Transpone dictiones & habebis Phaleucum.
Altos cùm pecus egit omne Protheus.
Item Od. 12. Aut in umbrosis Heliconis oris.
Verte, Umbrosis Heliconis aut in oris.
Item ex Phaleuco facies non rarò egregium Alcaicum Dactylicum Alcmanium, ut: Mart. lib. 10. *epig.* 104.
Qui pigrum faciant tuum parentem.
Hoc modo. Tuum parentem qui faciant pigrum.
Et vicissim ex hoc Horatii lib. 1. *Od.* 9.
Donec virenti canicies abest.
Hunc gignes Phaleucum,
Donec canities abest virenti.
Ita si tres à fine syllabas demseris, habebis Choriambicum Glyconicum, ut: Mar. lib. 6. *ep.* 28.
Hoc sub marmore Glaucias *humatus*
Juncto Flaminiæ jacet *sepulchro*,
Castis moribus integer *pudore.*
Eodem modo ex Phaleuco fieri potest Iambicum ut ex illo Catulli:
Nobis cùm semel occidit brevis lux,

Nox est perpetua una dormienda.

Fit hoc: Nobis semel quando brevis lux occidit,

Nox una cunctis dormienda est perpetim.

Sic & Pentameter mutari potest in Iambicum transpositione, ut loquitur Georg. Fabricius & detractione, ut:

Frangitur ipsa su s Roma superba bonis.

Suis superba Roma frangitur bonis.]

9. Polysyllaba in Phaleucis sunt jucundissima, mollitudinis enim sunt alumni Scal. l. 4. Poët. c. 49. qualis ille: *Græcarum pater Elegantiarum.*

III.

CARMEN IAMBICUM.

Jambicum Carmen est, in quo præcipuè dominatur pes Jambus.

[Dictum esse volunt, ab ἰαμβίζειν, id est, malè dicendo & insectando; quia primitùs hoc carmine convicia sine imprecationib. cum vituperatione faciebant, posteà verò etiam ad laudationes transiit. Vide quæ suprà p. 146. de etymo Iambi pedis diximus.]

Sortitur autem Jambicum Carmen à numero regionum, diversas appellationes.

Formas tamen quatuor præcipuas habet: Monometrũ, Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrũ.

Observationes.

1. Optimum est, quod solis constat Jambis: quale est quartum carmen Catulli de Phaselo:

[*Sic:* Suis & ipsa Roma viribus ruit *Hoc in genere felicissimus est Sebastianus Hornmoldus: & Iohannes Münsterus Poëta Cæsareus Phil. & Med. Doctor, ac in illustri hac Giessenâ olim Profess. Collega & amicus, dum viveret, dilectissimus. Item Clarissimus Ianus Dusa, in Epodis, quos studiosis in hoc genere legendos commendamus.*]

2. Proximi ab illis sunt, qui Spondæis & Jambis

bis alternatim constant, imò videntur illis venustiores, ut:

Cùm sit tibi dens ater, & rugis vetus
Frontem senectus exaret. Horat.

3. Tribrachus verò, quia resolutus est Jambus, Jambi vices sustinere interdum solet.

[*Vbi elegantia singularis notari potest, Tribrachyn non una dictione constantem, sed in duas divisum, Iambica suavitati respondere, sicut & Dactylum in cæteris regionibus aut certò polysyllabas dictiones dividentem, ut:*

Canidia brevibus implicata viperis, *Horat.*
Sed dubius unde rumperet silentium. *Idem.*
Vix reperies aliter apud Heratium.

Omnibus tamen locis Tribrachum poni non licet, fierent enim omnes syllabæ breves, atq. ita discrimen Iambici & Trochaici carminis tolleretur. Aug. lib. 5. Musica p. 378.

4. Imparibus regionib. recipit præter Jambum etiam Anapæstum, Spondæum, Dactylum, Tribrachum; [*& rarissimè Proceleusmaticum, quod imitandum non est.*]

5. Paribus regionibus cave præter Jambum & resolutum Jambum (quem Tribrachum appellavimus) alium admiseris pedem.

[*Pares regiones vocant Secundam, Quartam, Sextam, Octavam, Reliquas omnes Impares. Comicorum exemplo hac in parte te tueri non potes, qui præter nominatos pedes etiam à Cretico, Amphibracho, Paane & Bacchio non abstinuerunt, gaudent enim hi sua libertate, quorum etiam sermo propter diversorum pedum varietatem diu pedestris habitus fuit,* ut inquit Erasm Roterod. de Metris Comicis, vide Jul. Cæsar. Scalig. de Comicis dimensionibus. *Etiam Phadrus Maronis σύγχρονος tam liber est in Iambicis suis, ut interdum Hexametrum Heroicum pro Iambico invenire liceat. Scal. lib. 6. Poët. p. 826. de Ausonio cùm agit severitatem legis hujus inculcat.*]

6. Tro-

6. Trochæus ab hoc carmine omninò exulabit.

[*Sunt enim hi duo pedes, Iambus & Trochæus, contrarii, quare neuter alterius pomœrium ingredi potest. Quamvis singuli versus Trochaici & Iambici ita combinari possunt, ut polycolon carmen fiat, sicut infra dicemus. Dissimulandum tamen non est, in Anacreonteo tale aliquid occurrere, ut unus versus & Trochæum & Iambum suscipiat, de quo paulò pòst.*]

Schema Carminis Jambici.

Syzygiæ	I.		II.		III.		IV.	
Regiones	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
	⏑ -	⏑ -	⏑ -	⏑ -	⏑ -	⏑ -	⏑ -	⏑ -
	⏑⏑ -	⏑⏑⏑	⏑⏑ -	⏑⏑⏑	⏑⏑ -	⏑⏑⏑	⏑⏑ -	⏑⏑
	- ⏑⏑		- ⏑⏑		- ⏑⏑		- ⏑⏑	
	- -		- -		- -		- -	
	⏑⏑⏑		⏑⏑⏑		⏑⏑⏑		⏑⏑⏑	
Monometrum								
Dimetrum.								
Trimetrum, *sive Senarium.*								
Tetrametrum, *sive Octonarium.*								

Monometrum, est quod habet unam dimensionem, sed duos pedes, ut:

Mănŭs | Dĕī |.

Dimetrum, est quod habet duas mensuras, sed quatuor pedes, ut:

Vĕnī | rĕdēm | ptōr gĕn | tĭŭm.|

6. Trimetrum tres habet dimensiones, sed sex pedes, unde & Senarium Jambicum dicitur & maximè est in usu, ut: Catull.

Quis

Quis hŏc | pŏtēst | vidē | rēsquis | pŏtēst | pătī ? |

Tetrametrum habet quatuor mensuras & octo pedes, unde octonarium appellatur: *usurpatur autem frequentissimè à Comicis, apud quos & major carminis hujus licentia est, quæ extra Comœdiam admitti non debet. Plaut. in Pœnul. Act. 1. Scen. 2.*

Prŏbă mērx | făcĭle ēm | tōrēm | rĕpĕrĭt, | tămĕt | sĭ in ăb | strūsō | sĭta ēst. |

[*Quia usitatissimum est Senarium Iambicum; opera pretium fore duximus studiosos Poëtices sedulò adhortari ad accuratissimam operam in hoc conficiendo præstandam, quam cùm apud Horatium & Martialem, tùm verò apud Senecam videre poterunt; cujus Tragœdias Hieronymus Avantius diligentissimè se dimensum esse ait, Eumq; affirmat hanc solidum legem servare, ut sedes secunda, quarta & novissima serviant uni Iambo: secunda tamen & quarta non repellant Tribrachum Iambo comparem.*

Primus pes, inquit, *ultra Iambum recipit Spondæum & Spondæi dissolutiones, id est, Dactylum, Anapæstum & aliquando Proceleusmaticum: Tribrachum verò, qui par est Iambo, in hac prima sede admittūt versus unº suprà viginti.*

Tertia sedes admittit Iambum, Spondæum, Dactylum, Tribrachum, nunquam in hoc tertio loco invenies Anapæstum præter hunc versum scilicet: Inter senem juvenemq;, sed propior seni. *Nisi dictio insit quatuor syllabarum, quod accidit versibus viginti.*

Quintus locus ut sæpissimè, imò semper aut Spondæum, aut Anapæstum, ita nunquam utitur Tribracho: Iambum verò & Dactylum nunquam assumit, nisi in novem versibus, quorum ultimæ dictiones, sunt quatuor syllabarum, scilicet Nepotibus, Cacumine, Prometheus, Capharides, Polyxena, facinorum, *& ter* memoriæ.

Seneca igitur Trimetri non Cacometri, sed omnes probabiles appellantur à Victorino & Terentiano, cùm præsertim in nulla sede reperiatur Trochæus aut Pyrrichius & cùm ubiq; devites Scazonta, cumq; nullus versus cōstet ex Iambis omnib.

omnib. ut Tragicorum lex præscribit. Hæc ille. *Sed Lipsius in secunda sede liberiorem interdum hunc vidit, magis strictum tamen in quarta.*

Ex quibus non obscurè apparet, quicunque ad normam Senecæ Iambicos suos Trimetros composuit, illum non nisi optima nota versus daturum esse. Facessant igitur, quicunque sedibus secunda, quarta & ultima, nobis non modò Anapæstum, (qui, quòd à brevi syllaba, ut jambus incipit, aliquo modo, sed ægrè tamen tolerari possit) verùm etiam tardiorem Spondæum ejusque resolutionem Dactylum obtrudere conãtur. Nec quicquam juvat exemplum comicorum, qui ut propiùs ad pedestrem orationem accederent, studiosè alios pedes admiscuerunt; Quam libertatem non nisi imperitè & insulsè alii sibi arrogaverint, Idem judicium est de Scazonte, de quo paulò inferiùs.]

Mutatio Iambici generis etiam appellationem novam infert, ut in Anacreontico & Scazonte.

DE ANACREONTEO.

Si ultimus Dimetri pes dirimitur, vocatur Anacreonteus, (ab autore Anacreonte Græco Lyrico, qui frequentissimè ipso usus est:) vulgò Dimeter Catalecticus dicitur, ut:

Vēnĭ | rēdēm | ptŏr ŏr | bĭs.

Schema.

1.	2.	3.	4
˘ –	˘ –	˘ –	˘
˘ ˘ –			–
– –			

[Non possumus, quin Anacreontici carminis summã elegantiam studiosis commendemus. Eminet enim inter Lyrica. & propemodum palmam sibi deposcit. Nulla siquidem figura est, quam non acquirat, quam non obtineat: Tam floridum est ut perpetuò vivere gaudeat. Adeò venustum est, ut nihil à quoquam venustius excogitari possit. Tam concinnũ tamque rotundum est, ut concinnius rotundiusque carminis

genus

gium fingi vix queat Est in eo, quod Quintil. lib. 10. de Xenophonte judicat inaffectata jucŭditas, sed quam nulla possit affectatio consequi, ita ut ipsæ Charites, sermonem fecisse videantur. Qua de re Horatius de ipso scripsit:

Qui persæpè cava testitudine flevit amores,
Non elaboratum ad pedem, *lib. Epod.* 14.

Sed cùm apud priscos Latinos nemo quisquam classicorum hoc genus nobis reliquerit, facem hanc nobis prælucebit Clarissimus Poëta Taubmannus, in quo & celeberrimo N. Reusnero, Meibomio, itemq; Christoph. Pelargo Theologo & Caspare Barthio, primùm hac ætate Anacreon revixit.]

Observationes.

1. Suavitas Anacreontici potissimùm consistit in Figuris dictionis. Igitur primò Anaphoræ plurimùm illud exornant, ut:

Quæ vota nuncupavi
Reciprocanter hythmo
Vernacula loquela
Prægnante pro marita.
Progerminante fœtu,
Pro Celsitate vestra,
Pro Saxonumq; rutâ.

Sic Anacreon.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας | Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν.

2. Repetitiones reciprocæ planè illustrant hoc carmen. Suntq; vel integrorum versuum, vel vocabulorum singulorum, ut;

Cœlestis illa vis est,
Qua consit hac corona.
Qua consit hac corona,
Cœlestis illa vis est.
Item: *Tandē venire pergas,*
Pergas venire tandem.
Bellam beatulamq;
Beatulamq; bellam, &c.

3. Poronomasia suavissima est, ut:

Ut eroget voluntas
Quod derogat facultas:
Item, *Et Musicas Camœnas,*
Et voculas amœnas.

Sic Anacreon.

Ἰν᾽ ἀμφιεῖς ἐπίλθῃ, | Λάθῃ τι, καὶ παρέλθῃ.

4. Epistrophen sæpè admittit non sine lepôre, ut:

Ego

Ego te meam columbam,
Dicaculam columbam,
Loquaculam columbam,
Virgunculam columbã, &c.

5. Exclamationes cum Reciprocatione si concurrant, venustissimæ sunt, ut:

O Chrysalisce belle,
O belle Chrysalisce.
Item: *O virginella bella,*
O bella virginella, &c.

6. Symploce est in his:

Ego te meam subinde,
Materculam vocabo,
Ego te meam subinde,
Sororculam vocabo, &c.
Item: *Et corculo voraci,*
Et vocula salaci,
Et osculo procaci,
Et lingula loquaci, &c.

Sic Anacreon.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι,
Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

7. Deliberatio sæpè inseritur non sine jucunditate, ut:

Age ? asicompsa dic me,
Quid Chrysalisce dicam?
Paterculum: sed adde
Fraterculum, quid inde?
Anserculum, sed adde
Cuniculum, quid inde?
Vulpeculam, sed adde
Furunculum quid inde, &c.

Sic Anacrèon.

Τί σοι θέλεις ποιήσω;
Τί σοι λάλη χελιδών;
τὰ ταρσοὶ σεῦ τὰ κοῦφα;
θέλεις λαβὼν ψαλάξω; &c.

8. Aposiopesis sæpè adhibetur, ut:

Me poscis Ida? dixi:
Dixi: sed illa contrà, &c.

9. Sæpè unicum vocabulum, Anacreonteũ versum constituit, & quidem elegantiùs in hoc genere, quàm Adonico, ut:

Reciprocationes:
Laboriosiori:

Quod tamẽ ingratũ fit; si duo immediatè se consequantur; nisi rerum conditio ex lege τοῦ πρέποντος *id exegisse videatur.*

{Nimis extenderetur carminis hujus tractatio, si omnes ejus elegantias comportare velimus; Præbebunt hæc qualecunq specimẽ. Cæterum Anacreon in Græcis creber quidem est hi ipsis figuris, sed non ita multus, id est, nõ illis tãdiu immoratur, sed ferè terna aut quaterna repetitione contentus est, ut

τὸ

τὰ ἱμφέρετον χορείας	τὸν ὁμότροπον ἔρωτι
τὰς πολλὰς ποθοῦντα μολπάς,	τὸν ἱερόμενον κυθήρης.

Peculiare in Græcis ornamentum, nescio an in Latinis imitabile, est Repetitio Articuli, ut:

ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς κυθήρης.	ὁ δραπέτης μ' ὁ χρυσός
τὸ ῥόδον τὸ τῶν ἐρώτων.	(&c.

Hoc metri genere Theocritus totum Idyllium 30. in mortuum Adonidem scripsit, ab Eobano Latinitate donatum; item Prudentius Hymnum:

Ades pater supreme, Quem nemo vidit unquam.

Notandum etiam, loco Iambi Anacreontem usquiam admittere peregrinos pedes, ut Trochæum, Pyrrichium: interdum & interserere Dimetrum Acatalecticum, ut:

σύναπτε κύρυς εὐπρεπεῖς	καὶ χαῖρε πας γελῶσας.
μᾶλλον πλεῖ δίσκον γόνον.	κατὰ φύλλον κατὰ κλῶνα,
	(&c.

Exempla hujus licentiæ Latina vide apud Scaligerum prima parte Poëmatum.

Ad extremum: Anacreonticum carmen facilem viam sternit ad componendum Phaleucium. Nam Anacreonticus, qui ab anabasto incipit, est dimidius Phaleucus, ut:

Generare Masculinam, Generare Fœmininam.

Præpone tres syllabas, habebis Phaleucum integrum, ut:

Et prolem generare masculinam,
Et prolem generare fœmininam

Sic additâ syllabâ Anacreontico à fine, fit Dimeter, Iambicus. ut ex suprà dictis patet.]

DE SCAZONTE.

Trimetrum Jambicum, si sexto loco Spondæum recipit, vocatur Scazon, id est, claudicãs: *Vel Choliambus, à χωλὸς, claudus, & ἴαμβος. quia videtur propter longas in fine syllabas claudicare.*

Schema.

- -	υ -	- -	υ -	υ -	υ -
υ -		υ -			
Ō quid	sŏlū	tīsēst	bĕā	tĭūs	cūrīs.

[*Aliam licentiam non habet, quam Iambus Senarius, quinimò leges habet constrictiores. Nam in Secunda, Quarta, & Quinta regione, Spondæus nūquam poni debet, nec alius pes, sed solus jambus, ut è Schemate patet. Quod etiam Martialis ubique observavit, itemq; Catullus, qui tamen in aliis latissimæ fuit licentiæ, ut inquit Scalig. Idem observatum vides in Prologo Persii, qui meris Scazontibus constat, Boëtius semel atque iterum neglexit, quapropter magno Scaligero nō probatur.* lib.2.c.34. *qui plus tria millia dedit, & expertus est, quid in his fieri possit. Nullū enim carminis genus, quod faciliùs expeditiusq; esse quærenti offerret, invenit, Scal.l* 2.c.9. *Eadem sententia est Terentiani Mauri, & commentatorum in Persium, Philippi Engelberti, fol.* 5. *& Ant. Foquelini Veromandui pag.* 5. *Vitiosissimus igitur est Scazon, qui in tres Spondæos desinit.*

Hoc amplius scabie i propter resinosam.

Vbi etiam tertio loco Anapæstus perperàm pro Iambo positus est. Cæterùm Scazontis inventorem dicunt esse Hipponacten, Scal d.l.

Appendix.

Tetrametrum si Catalecticum ponitur, Anacreonticum à Scaligero appellatur, ut:

Ămōr | mĕdūl | līs īn | sĭtūs | sŭbā | spĕrā | scĭt ā | cĕr.

[*Quo genere usus est Catullus carmine* 22. *cujus hic est versus,*

Remitte pallium mihi meum, quod involasti.

*Solet hodiè hic versus dividi in Iambicum dimetrū Acatalecticum & Catalecticum. & tunc ad Dicola composita referri debet, ut Taubm. Schediasm. edit. prioris p.*201.

O Christiani corculum | Ubi sacrosancti dogmatis,
Hæc ille Witteberga est, | Clangor per universas
Ger.

Germaniæ provincias
Eliquido canali
Tubæ Lutheri spiritu
Ardente percrepabat

Hîc illud, hîc Ecclesiæ
Donarium latebat.
Pro quo Dynastæ Saxones
S & cuncta devovebant.

Solemus Germani ad hanc plerunq; faciem hymnos & Cätilenas nostras rhythmicè conficere, quarum compl'ures à magno Luthero aliisq; orthodoxis concinnatas, VVolffg. Ammonius nō ineptè (nisi quod aliquando in legem pediā impegit) in Latinos numeros transtulit. Hujusmodi est pii Poëtæ Christiani Egenolphi illud è Psal. 13.

Quousque tu me negligis.
Extrema jam timeatem?
Quousque tu me despicis
Vultus tuos petentem?
Quousque consili mihi
Ineptus auctor luctui
Damnoq; devovebor; &c.

Reperitur & interdum genus Septenarium, quod septem constat pedibus, sed præcipuè apud Comicos: Propter quos ex superioribus repetendum hic est, singula Iambicorum genera quadruplici forma constitui, videlicet ut sint, Brachycatalectica, Catalectica, Acatalectica, Hypercatalectica: quibus formis illi variè admodum usi fuêre, quamvis non ex æquo omnibus. Sic Monometrum non facilè reperias, additur autem tanquam reliquorum principium. Ex reliquis etiam nō omnia promiscuè imitanda, sed pro specimine Comicarum anomaliarum habenda sunt. De Acatalecticis notandum, pedem finalem in Iambico carmine non nisi Iambum esse vel Pyrrichium: quo sensu intelligendum est Schema generale Iambici carminis, quod suprà posuimus.

Subjungere placet tabellam, ex qua omnium constitutio & differentia, uno intuitu pateat.

✱ (o) ✱

TABELLA.

OSTENDENS OMNES IAMBICI CARMINIS SPECIES, à MONOMETRO

ad Tetrametrum, ultrà quem non fit progressus.

Ita ēst								Monometer Brachicatalecticus.
Prŏfē-	ctŏ,							Monometer Catalecticus.
Omnēs	pĭi							Monom. Acatalect.
Dĕum	vĕrēn-	tŭr,						Monom. Hypercatalect.
Et nō-	mĕn il-	liŭs						Dimeter Brachycatalect.
Hŏnō-	rĕ prō-	sĕquūn-	tŭr,					Dimeter Catalect.
Eiŭs-	quĕ sān-	ctis lē-	gĭbŭs					Dimeter Acatalect.
Obtēm-	pĕrā-	rĕ mēn-	tĕ pū-	rā,				Dimeter Hypercatalect.
Quāntūm	săcŭl-	tās sŭf-	fĭcĭt,	stŭdēnt,				Trimet. Brachycatalect.
E os	vĭcĭs-	sĭm Mā	xĭmŭs	lĕbō-	vă			Trimet Catalact.
Ex ō-	mnĭbŭs	mălĭs	pŏtēn-	tĕrē-	rĭpĭt,			Trimeter Acat. vulgò Senarius.
E os	quĕ cŏl-	lŏcăt	rĕdēm	ptōs īn-	sălū-	tĭs		Trimet. Hypercalect.
A sy	lŏn,et	tūtōs	sŭb ā-	lās sŭb	lĕvāt	sŭās.		Tetramet. Brachycatal.
Hinc sŭa-	vĭs ēx-	ūltā	tĭō	prōtŭ-	bĕrăt	pĭo-	rŭm	Tetramet. Catal.
Hinc tō-	tŭs ŏr-	bĭs āl-	lĕlū-	jă Chrī	stĭā-	nī° cōn	cĭnĭt	Tetram. Acatal. vulgò Octonarius.

IV.

CARMEN TROCHAICUM.

Trochaicum carmē est, in quo præcipuè locum habet Trochæus, *ſicut in Iambico Iambus,*

[Præcipuè, *id eſt ita, ut omnibus locis Trochæum recipiat, ſicut & Iambicum omnibus locis Iambum ferè recipit. Aliâs enim in Sapphico, Phalacio, aliisq; Trochæus quidem reperitur, ſed non locis indifferenter omnibus.*]

Trochæum igitur ubiq; recipit. Et Imparibus quidem regionibus perpetuó. Ejus tamen vice admittitur Tribrachus. At penultima regio Trochæum ſemper requirit.

In locis autem Paribus eoſdē recipit pedes, quos Jambus in imparibus; nempè Tribrachū, Spondæum, Anapæſtum, Dactylum. Jambum verò omninò reſpuit, ſicut viciſsim verſus Jambicus reſpuit Trochæum,

[*Cæterùm apud licentioſiſsimos Comicos eſt, ubi Proceleuſmaticus reperitur, quod imitandū non eſt, ſed ita potiùs habendum. Quò plures Trochæi fuerint, eò meliorē verſum futurum, aut ſaltem Trochæi Spondæis alternatim ſunt jungendi. Comici enim tàm Trochaicos quàm Iambicos ita cōtaminarunt, ut penè omnes pedes omnibus locis, ipſum etiam Creticum, miſcuerint. Quare illorum exemplum nō eſt ſequendum, niſi fortè in Comicis, ubi major conceditur licentia.*]

Schema.

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
-υ	-υ	-υ	-υ	-υ	-υ	-υ	-υ
υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	υυυ	--
	-υυ		-υυ		-υυ		
	υυ-		υυ-		υυ-		
	--		--		--		

Non minùs varium est quàm Jambicum: Sed tamen usitatissimum est,

Tetrametrum, seu Octonarium Catalecticum Monocolon, ut:

Dīscĭ | plīnām | vŭlgŭs | ōdĭt, | ātquĕ | lēgŭm | vĭncŭ | lă
Spērnĭt, | ārtĭ | būsquĕ | vīvĭt | dēdĭ | tūm tŭr pĭssĭ | mis.

Item:

Pœnico bello secundo Musa pinnato gradu
Intulit se bellicosam in Romuli gentem feram. Item
Consules fiunt quotannis & novi Proconsules;
Solus aut Rex aut Poeta non quotannis nascitur.

Notandum autem inprimis, proprium hujus, carminis Tetrametri esse, ut quartum pedem unà cum dictione finiat, ut:

Nullus unquam namq; vates | digna lectu carmina
Proferat vel eruditis | grata quæ sint auribus,
Quæq; luce diu fruantur | illius post funera,
Ni prius Dei favorem | dexteramq; sibi impetret.

[*Vnde à quibusdam singuli versus in duos distinguũtur, ut fiat Dicolon. Facilimè è Trochaico Iambicũ feceris, si principium una syllaba auxeris, ut in præcedente;*

Nunc disciplinam vulgus odit atq; legum vincula
Contemnit, artibusq; vivit deditum turpissimis.]

Est etiam aliud Trochaicum, nõ infrequens, Ityphallicum dimetrum brachycatalecticum dictum, hoc modo:

-υ	-υ	-υ
Huc a	*des su-*	*premi.*
Fili	*us To*	*nantis.*
Virgi	*nisq;*	*partus.*
Vni	*cus pu-*	*ellæ.*

[*Quod*

[*Quod de variis formis Brachycatalecticorum, Catalecticorum, Acatalecticorum, Hypercatalecticorum suprà in Iambicis diximus, idem hic etiam est notandum. Quanquam in Trochaicis illa rariores sunt.*]

V.

CARMEN CHORIAMBICUM.

Choriambicum est, quod Choriambum pedem præ cæteris amat.

[*Hujus genera Horatius habet quinq.* 1. Glyconicum (*in quo unus est Choriambus,*) 2 Asclepiadeum (*in quo duo Choriambi,*) 3. Alcaicum, (*in quo tres Choriambi*), 4. Aristophaneum, *sicut à nonnullis appellatur, magna enim in nominibus est varietas: Cui associari solet.* 5 Sapphicum, (*non illud hendecasyllabum vulgare, sed aliud quoddam à nonnullis ita dictum.*) *Ex quibus duo tantum, secundum & tertium, quæ simplicia sunt, hic tractabimus: Reliqua ad Polycolon genus pertinent. Quanquam Prudentius, Boethius, & G. Fabricius usi etiam sunt Glyconico puro. Duo igitur usitata sunt simplicia Choriambica, Asclepiadeum & Alcaicum.*]

Choriambicum Asclepiadeum quatuor habet regiones: In prima Spondæum: Secunda & tertia Choriambos duos: quarta Jambum.

Mēcœ̄ | nās ătăvīs | ēdĭtĕ rē | gĭbŭs.

Observationes.

Carmen hoc Cæsuram requirit Penthemimerin; quæ si omittatur, versum planè languidum efficit, ut:

Mecœnas atavis | edite regibus.

[*Vnde quidam ita metiuntur, Spondæo, Dactylo & Cæsura, deinde duobus dactylis:*

R 4 Mecœ-

Mecœ|nas ata|vis|edite|regibus.|

Quidam verò excluso Choriambo per simplices pedes metiuntur, Molosso, Anapæsto, duobus Dactylis. Sed nos sequimur τὴν λεωφόρον.]

In hoc carmine sæpè singulæ voces dant singulos pedes, quod in Hexametro vitiosissimum esse suprà diximus, hìc verò non sine decoro adhibetur, ut Horat.

Quassus | indocilis | pauperiem | pati.

[*Potest Asclepiadeum facilè in Elegiacum Pentametrum mutari insertâ unâ syllabâ brevi, ut:*

O & præsidium & dulce decus meum:

O & præsidium dulce decusq; meum. *Item, si ex Hexametri medio & fine partẽ sustuleris, habebis Asclepiadeũ, ut:*

Sum virtute potens *Deus* atq; tenacior *ira.*

Sic: Jam jam nulla mora est. *sequor* en, modò ducite, *pergam,*

Si item è medio unã longam syllabam cum ultima dictione dissyllaba tollas, ut:

Jam jam nulla mora est, *me* me modò ducite, *pergã.*]

Choriambicum Alcaicum quinq; habet regiones, in prima Spondæum: Secunda, Tertia & Quarta Choriambos, Quinta Jambum;

1.	2.	3.	4.	5.
– –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	∪ –
				∪ ∪
Insp̄ē	*rātă tŭā*	*cū vĕnĭēt*	*pœ̄nă sŭpēr*	*bĭā.*

[*Nihil differt ab Asclepiadéo, nisi quòd in medio auctum est Choriambo uno. Talia sunt apud Horatium tria, lib. 1. Ode 11. & 18. lib. 4. Ode 10.*]

Appendix.

Est etiam aliud Monocolon, quod tribus regionibus constat, Prima habet Trochæum, Secunda Choriambum, Tertia Jambũ, hoc modo:

Clau̅stră | pa̅dĭtĕ jă | nŭă.

Hujus generis optima nota est apud Catullum, sed dicolô pentastrophon, quod tamen alibi quoque purum inveniri non dubitamus.]

Præterea reperitur apud Boëtium, (lib.3. metro 1. & hujus imitatione G. Fabriciũ, lib.3. Oda. 23.) Choriambicum, quod habet primò Dactylum, deinde Choriambum, tertiò Pæonẽ quartum, vel Proceleusmaticum, hoc modo:

1.	2.	3.
-vv	-vv-	vvv-
		vvvv
Vivere	*fac bene, fac*	*bene mori.*

[*Quanquam alii Dactylicum Ithyphallicum appellant & Choriambo excluso ita metiuntur:*

1.	2.	3.	4.
-vv	-vv	-vv	v-
Pu̅lchră dĭ	*ēs rŏsĕ*	*ōs ăgĭt*	*ĕquōs.*

VI.

CARMEN ADONICUM.

Adonicum carmen duas regiones habet, priore Dactylum, posteriore Spondæum, ut:

1.	2.
-vv	--
Pēllĕ tĭ	*mōrēm.*

[*Est particula hexametri postrema. Quare tyrones versificatoria hoc super cortice primò natare solent, & in hoc carminis genere se prius exercere, cũ sit perfacilè, & viã Hexametro sternat. Apud veteres, præter Boëtium tale genus solũ vix reperies, apud novitios verò nõ insitatũ est, & ante mille quasi annos quidam Columbanus Abbas ultra centũ & quinquaginta* Versus bipedales, *ut ipse hoc genus appellat, cõdidit, quos cum aliis ejusdem notis illustratos in lucè publi-*



eam edidit literatissimus vir M. H. Goltastus, quem vide d. l. p. 96. Sed in Lyricis Sapphico carmini semper subjungitur, & apud Tragicos Aristophanicis Anapæstis. Si unica dictione constet, non admodum probatur, ut:

Omnipotentem. Concelebrare.

Columbanus hoc carminis genus ita describit:

Si tibi cura	Inde sequenti
Fortè volenti	Parte Trochæus
Carmina tali	Proximus illi
Condere versu,	Rite locetur:
Semper ut unus	Sæpè duabus
Ordine certo	Claudere longis
Dactylus istic	Ultima versus
Incipiat pes,	Jure licebit.

Elegantias cum Phaleuco habet ferè communes.]

VII.

CARMEN ANAPAESTICUM

Anapæsticum est, in quo regnat pes Anapæstus, *unde & nomen traxit.*

[*Omnibus enim locis Anapæstum admittit, cujus vices interdum supplent Spondæus & Dactylus: Idq; tàm promiscuè, ut sæpè versus occurrant, in quibus Anapæstus est nullus; atq; illi nihilominus Anapæstici vocantur. Scal. de Poëtica lib. 2. cap. 36. Omissis variis illius generibus, quæ Scal. lib. 2. cap. 11. recensèt, quæq; apud vetustiores rarò occurrũt: nos vulgatissimum hic tractabimus. Diciturq; Dimetrum Acatalecticum; alio nomine Aristophanicum, quia Aristophanes eo plurimùm est usus.*]

Aristophanicum Anapæsticum, quatuor locis constat: quibus singulis recipit Anapæstum, ejusq; vice etiam Dactylum & Spondæum.

1.	2.	3.	4.
υυ-	υυ-	υυ-	υυ-
--	--	--	--
-υυ	-υυ	-υυ	υυυ

[*Hoc*

[Hoc frequentissimè usus est Seneca, cujus hi sunt versus ex Hippolito.]

Quanti	*casus*	*huma*	*na rotant,*
Minus in	*parvis*	*fortu*	*na fuerit,*
Levius	*q; ferit*	*levio*	*ra Deus*
Servat	*placidos*	*obscu*	*ra quies,*
Præbet	*somnos*	*casa se*	*curos.*

Observationes.

1. Puri Anapæstici nullam observant Cæsuram: id quod aliis in versibus vitiosum est, hic verò gratiam meretur.

Optimus igitur ille est, in quo singuli pedes singulis verbis constant.

2. In Dimetro; Spondeo Dactylus eleganter præponitur, duriùs verò Dactylo Spondæus. Grata est etiam Dactylorum & Anapæstorũ vicissitudo, itemq; Anapæstorũ & Spondæorum.

[Potest gen' Anapæsticum pedum numero vel augeri, vel minui, unde & diversas appellationes sortitur, ut: Dimetrũ, Trimetrum, Tetrametrum. Vide & paulò post sect. 10. §. 5.

Dimetrum reperire est apud Senecam in ludo de morte Claudii Cæsaris, è quo damus hosce versus exempli gratiâ:

Deflete virum,
Quo non alius
Potuit citiùs
Discere causas,
Unâ tantum
Parte auditâ,
Sæpè & neutrâ.
Quis non judex
Toto lites
Audiet anno?
Tibi jam cedet
Sede relicta
Qui dat populo
Jura silenti
Cretæa tenens
Oppida centum?
Cædite mæstis
Pectora palmis
O causidici
Venale genus.
Vosq; Poetæ, &c.

Pro-

Proceleusmaticus pes est peregrinus, & potiùs observandus in veteribus, quàm adhibendus.]

IIX.

CARMEN GALLIAMBICUM.

Galliambicum constat sex regionibus, quarum prima recipit Anapæstum: Secunda & tertia Jambum: quarta & quinta Dactylum: sexta Anapæstum, ut:

1.	2.	3.	4.	5.	6.
∪∪-	∪-	∪-	-∪∪	-∪∪	∪∪-
Sŭpĕr āl	tă vē	ctŭs A	tȳs cĕlĕ	rĭrătĕ	tĕtĭgīt.

[*Hæc est vulgaris dimensio & usitata. Antiquitus tamẽ ex Anapæsto, duobus Iambis & syllabâ constabat longâ; quibus addebantur rursum Anapæstus & duo Iambi, quorum prior in tribrachin liquescebat, hoc modo.*

Vice Veris & Favoni glacies resolvitur.

Vide plura apud Muretum ad Catulli Atyn. Verùm quando pedum licentiam admittit, habet in prima regione præter Anapæstum, aliquando Spondæum, aliquando Creticum, quin & Proceleusmaticum. In secunda, pro iambo etiam Anapæstus ponitur, & meliore jure Tribrachus, eâdem verò licentia Spondæus, quâ & Anapæstus: quare & Dactylus se ingessit. Tertiã verò sedem haud alius fere subit pes, quàm Iambus. Quarta & quinta Dactylus debetur: sed ita, ut à quinta nunquam dimoveatur, de quarta cedat, quod mirũ est, etiam Iambo. Sextus & ultimus locus semper habet Anapæstum. Hæc Scal. l. 2. c. 41. *Itaq; tàm variorum pedum licentia hoc constituit dimensionis Schema:*

1.	2.	3.	4.	5.	6.
∪∪-	∪-	∪-	-∪∪	-∪∪	∪∪-
--	∪∪-		∪-		
-∪	∪∪∪				
∪∪∪∪	--				
	-∪∪				

Geor-

Gurgius autem Fabricius hoc carmen constituit Tetrametrum: primoq; loco Paonem tertium: secundo Epitritum secundum: tertio Paonem tertium: quarto Paonem quartum vel Proceleusmaticum, hoc modo:

1.	2.	3.	4.
⏑⏑–⏑	–⏑––	⏑⏑–⏑	⏑⏑⏑–

Hujus generis apud veteres nullũ reperitur, præterquàm apud Catullum carm. 61, *quod Scalig. divinum nominat, frustraq; à se sæpe tentatum ait lib. 6. cap. 7. Item ex recentioribus semel apud* Marull. in hymnis Scaliger. *etiam elegantissimum, sp acio vix duarum horarum, inter infinitas occupationes effudit: Item* Paulus Meliss. meletem. lib. 6. Carm. 1 *nec non* G. Fabricus lib. 2. Oda. 4. *Vnde studiosi Poëtices exempla depromere possunt.*]

IX.

CARMEN IONICVM
à Majore.

Jonicum à Majore est carmẽ Tetrametrum, primaq; & secunda regione habet pedem Jonicum à majore: tertiâ Ditrochæum, & quartâ Spondæum, ut Scal.

1.	2.	3.	4.
––⏑⏑	––⏑⏑	–⏑–⏑	––
Pōst Iōni	cūm bis pōsi	tūm dăbis trŏ	chāōs.

Mart. l 3. *Has cum gemina compede dedicat catenas Saturne tibi Zoilus annulos priores.*

[*Primâ sede etiam Paonem secundum, & tertiâ pro Ditrochæo assumit Epitritum secundũ. Interdum omnibus locis habet Ionicũ à majore, & tùm vocatur purum, Dicitur etjam Metrum Sotadéum, à Sotade Poëta. Terentianus enim inquit, Sotadem hoc pede multa fuisse locutũ. Habet & hoc cũ aliis carminũ generibus commune, ut resolutiones pedũ admittat, & unam syllabam longã in duas breves dissolvat, ut fiat Mesomacer, cujusmodi exemplum est apud Terentianũ:*

Ele.



Elementa ru|des quæ pue|ros docent ma|gistri.

Idem videre est in his Scaligeri, Epidorp. 182.

Benefac male|facientibus, |hoc De|o su|premo
Fies similis, qui reficit bonos malosq;

Et contrà interdum locis paribus duæ breves in unam longã contrahuntur, ut Molossus pro Ionico: Præterea tertio loco etiã resumit Ionicũ à majore, ut in hoc ejusdẽ Terẽtiani.

Vocali|um quædam memo|rant conson|quædam|

Et in Græco hæc Hephæstionis:

ἤρην ποτέ|Φασιν διὰ|τὴν περικί|ερουνον.

Id tamen danda opera, ut quod ejus fieri potest, vel è solis Ionicis à majore, vel ad eam formam, quam in Schematè præscripsimus, hoc genus conficiatur.

In Catalecticis Scaligeri extat quoq; Ionicum Trimetrum M. Terentii Varronis quod tale est, De Quinq; zonis: p. 146.

Mundus domus est maxima rerum,
Quinque altitonæ hanc fragmine zonæ
Cingunt: per quas limbus pictus
Bis sex signis stellimicantibus
Altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas. * Solisq; receptat.

X.

DE ALIIS QVIBVSDAM CARMInibus Monocolis.

Reperiuntur præter hæc alia quædam Carminum simplicium genera, sed non admodum usitata, quæ conjunctim hic breviter perstringemus. Sunt enim ferè desumpta ex Polycolis.

1. Sapphicum Hendecasyllabum solum, omisso Adonio, usurpavit Seneca & Boëtius, ut:

-υ | -- | -υυ | -υ | υ- |
Diva | non mi | ti gene | rata | Ponto. |

Hujus-

Hujusmodi est Chorus primus in Hippolyto; Chorus penultimus in Hercule Oetæo, Boët. l. 2. & 4. de quo genere seq. capite plura.

2. Ex Alcaico composito Tetrastropho primi duo versus cõtinuati peculiare dant genus carminis, *quo usus est Claudianus, Buchananus Psal. 26. &c. Fabricius l. 2. Oda 16. &c. P. Melissus lib. 6. Oda 3. & 6. hoc modo:*

1.	2.	3.	4.
--	υ--	-υυ	-υυ
Me vi	*tyrannus*	*persequi*	*tur palam.*

De quo cap. seq. latiùs.

3. Ex Dactylo Archilochio heptametro (cui Horatius alium subjecit) solo, confecit carmẽ idem Meliss. *lib. 6. Od. 5. ut:*

--	--	-	-υυ	-υ	-υ	--
Non de	*speran*	*dum Chri*	*sto duce*	*pravi*	*oq;*	*Christo.*

4. Boëthius utitur Dactylico Alcmanio l. 1. metro 2.

--	-υυ	--	-υυ	--
Heu quàm	*præcipi*	*ti*	*mersa pro*	*fundo*

vel ita: --|-υυ-|-υυ-|υ, ut sic Asclepiadéum Catalecticum.

5. Idem adhibuit Anapæsticum Partheniacũ, quod est dimetrum Catalecticum, hoc modo:

-υυ-	υυ-	υυ-	υ
--			
Qui se	*volet es*	*se poten*	*tem,*
Animos	*domet il*	*le fero*	*ces.*

Estq; particula posterior hexametri, in quem facilè mutari potest.

6. Apud

6. Apud Catullum extat unum, quod Priapeium à Censorino, Anatispasticum Angelicum à Diomede appellatur, constans, I. ex Ditrochæo -u-u, vel Epitrito quarto ---u, II. Dijambo u-u- III. iterum Ditrochæo -u-u IV. Amphibracho, u-u ut:

-u-u ---u	u-u-	-u-u	-u-
O coloni	*a quem cupis*	*ponte læde*	*re longo.*

Quàm simile est Hexametro Heroico, facilimeq; in eum commutari potest, imò haud rarò accidit, ut unus hujus generis & simul Heroici vicem præstet: qualis est hic.

Hunc lucum tibi dedico consecróque Priape.

Videantur plura ad hoc Carminis genus pertinentia apud Muretum in Catull. Et G. Fabric. l. 3. Oda 7.

7. *Pentameter Elegiacus*, quia rarissimè solus reperitur, inter Monocola referri vix potest.

[*Virgilius quatuor uni hexametro subdidit*, Sic vos non vobis, *&c. Ausonius Thaletis Milesii dicta pentametris comprehendit. Martianus Capella nuptias Philologiæ & Mercurii meris Pentametris descripsit. Et apud Heliodorum extat oda, quæ pentametris versibus mensurari potest; lib. 3. hist. Æthiopica. Alibi vix reperias. Quare in Polycolo illi dabimus locum.*

Possunt præter hæc dari plura, sed statuendus est modus. Qui volet petat è recentioribus, qui sibi multum indulsêre in novis excogitandis Habes in Melisso, Melic pag. 35. & seqq. *Huldrico Buchnero, Anagrammatograph. Scaligero & aliis, qui Psalmos variis carminum modis edidêrunt, non pauca. Atq; hæc de carmine simplici.*]

CAPUT.

CAPUT IV.

DE CARMINE MTLTIPLICI, *seu Polycolo.*

Explicato carmine simplici, sequitur Multiplex sey Polycolon, id est, multiforme, vel multimembre.

Multiplex carmen est, in quo multa simplicium genera concurrunt.

Ideoq; certis Strophis distinguitur.

Strophen vocant, quando ad primum genus fit reditus, id est, quando primùm genus carminis reassumitur.

Polycolon 1. ex numero stropharum, est vel Distrophon, vel Tristrophon, vel Tetrastrophon, vel Pentastrophou.

Distrophon *est, cùm post secundum versum ad prius genus revertimur, ut in Elegiacis, &c.* Horat. l. 1. Oda. 3.

Tristrophon *est, cùm post tertium versum reditus fit ad primum*, ut Oda.12.l.3.Horat.*&c.*

Tetrastrophon, *cùm post tertium versum reditur ad primum. Hunc numerum Horatius non transcendit: utitur autem eo genere frequentißimè in Sapphicis, Alcaicis & Choriambicis.* ut lib.1. Ode.2.5. & 9.

Pentastrophon, *cùm post quintum versum ad priorem fit recursus. Hoc rarius est. Exemplum extat in Catullo*, carm.59. *P. Melisso* l. 5. Ode. 21, *Prudentio*, in Roman.& Eulal.

{*Plura polystropha posse inveniri dubiũ non est: quemadmodũ in plerisq; omnibus Pindaricis Strophis & Antistrophis itemq; Epodis videmus. Sed quando apud Horatium aliosq; Latinos ultra tria carminũ genera & quatuor uni Stropha versus conjungi nõ solent, maluimus his esse contenti. Poëtis*

plura excogitare licet, quod multos fecisse videmus, præsertim illos, qui Germanicas cantiones Latinis psalmodiis, habita metrorum ratione nobis præcinunt.]

Polycolon 2. à varietate versuum, est vel Dicolon, vel Tricolon; id est, Bimembre vel Trimembre.

[*Tetracolon. Quadrimembre, addidissemus, si vel apud Horatium vel apud Boëtium ulla ejus forma extaret. Neque tamen prorsus excludimus, aut inveniri posse negamus; Siquidem P. Melissus in* Mel. pag 8. & 27. *Frid. Taubmannus* in Columb p.126. Melodæ p.213. *exempla nobis ostenderunt. Nos Poëtices studiosos ad frequentiora remittimus. Poetas verò non raro juvat ante hac nunquàm visa tentare, quamvis ne sic quidem omnes numerorum varietates complexi sunt, quin plures excogitari possint, inquit Taleus* lib. 1. Rhet. c. 16.]

Dicolon est; in quo duo carminum genera conjunguntur, veluti hæc Distropha sequentia: *Elegiacum, & alia cum Hexametro juncta: Iambicum Dimetrum cum Anacreontico: Archilochium: Hipponacticum: Glyconicum cum Asclepiadéo: Choriambicum, Sapphicum sive Epichoriambicum:*

Tristrophon: *Ionicum à Minore.*

Tetrastropha hæc: *Sapphicum Asclepiadéum cum Glyconico:*

Hoc Pantastrophon, *Glyconicum cum Ityphallico.*

[*Nota, Polycola carmina ita scribi, ut Singuli versus, qui è novo genere carminis sunt, novo etiam linearum positu distinguantur, ut:*

Quid sit futurum cras, fuge quærere, &
Quem sors dierum cunq; dabit, lucro
Appone, nec dulces amores
Sperne puer, neq; tu choreas.

Quanquam aliqui tantum linearum inæqualitate Strophas distinguunt.]

I. CAR-

I. CARMEN ELEGIACVM.

Carmen Elegiacum eſt, quando Hexametro Heroico ſubjicitur verſus Pentameter dactylicus.

[*Funebribus lamentationibus primùm adhibitum eſſe carmen Elegiacum, nomen ipſum arguit: teſtatur etiam Ovidius, lib.4. Amorum Eleg.8.*

Flebilis indignos Elegïa ſolve capillos,
 Ah nimis ex vero nunc tibi nomen ineſt.

Dicta autem eſt Elegia à miſeratione, ἐλεὸν λέγειν, ideoq; Horatius Elegos appellavit miſeros lib.1.Oda 23 poſteà quoque omnibus rebus applicari cœpit, nullamq; materiam hodie reſpuit. Et vel unus Ovidius demonſtrat, quàm varia eſſe poſſit materia hujus carminis. Idem enim non modo triſtia, quinque libris & quatuor aliis, à Ponto, deſcripſit, ſed etiam amores & faſtos, item gratulationes (ad Germanicum de triumpho:) In IBI etiam maledictiones; ut non abs re Horatius ſcripſerit in arte:

Verſibus impariter junctis querimonia primum;
Pòſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.]

De Hexametro dictum eſt præcedente capite:

Pentameter à quinq; regionibus nomen habet. Recipit autem in prima & ſecunda regione indifferenter Spondæum vel Dactylum, deinde ſupereſt Cæſura Penthemimeris, poſteà duo ſubjiciuntur Dactyli cum reſidua ſyllaba, quæ cum ſuperiore Cæſura conjuncta facit pedem quintum Spondæum vel Trochæum.

Schema.

-vv --	-- -vv	-	-vv	-vv	-
Vūlgŭs ă	*mīcĭtĭ*	*ās*	*ūtĭlĭ*	*tātĕ prŏ*	*băt.*
Rēgĭă	*lāus, Rē*	*gūm*	*rēgĭă*	*fāctă sĕ*	*qui.*

Observationes.

1. Debet igitur prius Hemistichium claudi syllaba longa; *quapropter Quintilianus hic Spondæum duobus Anapæstis præire voluit*, quanquam interdum ea syllaba sit brevis, sed quæ propter Cæsuram extendi possit:

[*Scalig. lib. 2. c. 40. Negant quidã, inquit, præcisionem sive cæsuram Elegiacam esse brevem posse, addunt rationem, propterea quod si Anapæstis metiare, nequeat consistere, necesse enim est tertium pedem esse Spondæum. Quòd si penthemimeres illa sit brevis, Iambus fiat. Nos in nostris poëmatis eam legem nequaquam servavimus, maximorum exemplo virorum. Catulli illud est:*

Perspecta ex igitur unica amicitia.

Illud Propertii: Vinceris, aut vincis, hæc in amore rota est.

Et ille: Aut pudor ingenus, aut retinendus amor.

Tibull. Lactens & mistus obriguisse liquor.

Ovid. Indigus effectus omnibus ipse magis.

Præterea à Simonide id neglectum est.

γείτων ἵππαρχον ἦγε καὶ ἁρμόδιος.

Idem Quintilianus lib. 9. scribit veteres finem Pentametri mensos fuisse per Anapæstos, cujus præcepta imitatus est Talæus in Rhetoricis, sed nos consuetudinem sequimur pervulgatam, inquit G. Fabricius, lib. 1. pag. 48. Locum igitur hic habeat axioma Victorini Afri in lib. de Orthog. Antiquitatem posterior consuetudo vincit.]

2. Cœsura hęc pentametro non parum decoris addit, & nisi versus ita medio secetur, insuavis est, nec auribus Poëticis probari solet.

[*Catullus semel atque iterum duo illa hemistichia unâ voce connexuit non sine duriore sono sed rei accommodo & aptissimo, ut:*

Troja virûm & virtutum omnium acerba cinis.

Et alibi: Illam affligit odore, ipse perit podagra.

Item

Item. Nec desistere amare, omnia si facies.

Nempè ex antiqua dimensione.]

3. In fine Pentametri ultima dictio non solet esse duabus syllabis longior.

[*Grammatici id pro regula tradidêre, ad quam tamen Poëta non debet astringi: Trisyllaba enim & tetrasyllaba usurpari possunt, si res tristiores & langvidiores, itemq; si gravitatem quandam innuere volumus: lib. 3. de Ponto:*

Sint utinam mites solito tibi more, tuasq;
Non duris lacrumas vultibus aspiciant.

Et lib. 4. El 14. Nil me præterea quod juvat invenies.

Item: Id quoq; credibile est, Charitas te audisse ululanteis
Hoc nigropeplarum dedecus Eumenidum.

Sic: Anne & Laurigeris? sed in aurē hoc certus habeto.
Innumeris potior tu mihi Laurigeris.

Item: Ecce repente nova turbatur imagine fatum:
Atque mihi atque meis eripior numeris.

Item: Quod superest, porrò firmum & durabile semper,
Sit precor inter nos fœdus amicitiæ.

In quibus omnib⁹ ferè ardua res & tristis repræsentatur. Et Propertius in talibus Polysyllabis præcipuum lepòrem frequentasse & coluisse videtur, tàm crebro illis utitur. Verùm Scalig. judicat ipsum quidem affectavisse primùm, mox verò consiliū mutasse ex populi studio. li. 4. Poët. c. 49. Videatur V. Acidali⁹ de carmine Elegiaco, & Pracid. Dusa in Tibul. c. 9.]

4. Cavendum etiam, ne vel media Cæsura vel finis Pentametri; (ut & suprà in Cæsura attigimus) cadat in monosyllabam dictionē, in quo Catullus nimis fuit licentiosus.

O dii reddite mî hoc pro pietate meâ.

Idem: *Aut facere, hæc à te dictaq; factaq; sunt.*

[*Monysyllabam autem dictionem utrobiq; excusat altera monosyllaba proximè præcedens, ut:*

Præmia si studio consequar ista, sat est.

Item, si cum præcedente dictione per Elisionem coalescit, ut:

Nomina mutarunt, hic Deus, illa Dea est.

Item: Qui minimus natu spes mihi magna domi est.

Et: Illaque conjugii copula nupta cui est.]

5. Rariùs etiam claudendi sunt participio in NS; quam clausulam, ut duriusculam, doctiores plerique hodie respuunt.

[*De qua re olim jucundum certamen decertare vidimus Sim. Stenium & L.L. Pithaum, utrunq; Academiæ Palatinæ Professorem.*

6. Solet quoque integra sententia plerunq; Hexametro & Pentametro, hoc est, Disticho absolvi, ne fortè lectoris animus nimis suspendatur; *quod tamen non adeò necessarium judicat Scalig. lib. 2. Poët. c. 40. exemplo nobilissimorum Poëtarum.*

His neq; protulerim Maja talaria nati,
Penna beat cœlo, penna volare facit,
Astra super, &c.

7. Ornatum addunt egregium huic carmini frequentes commiserationes, conquestiones, exclamationes, apostrophæ, prosopopœiæ & alia Rhetorica decora, *quæ aptissimè cum ipsa re cohærere debent.*

8. Etiam exempla flagitat: *Debent igitur inseri pulchræ inductiones exemplorum, sive ea sint vera & historica, seu ficta & fabulosa, ducta vel à simili vel dissimili & contrario.*

9. Sed quò breviùs paucioribusque verbis hujusmodi antiquitates seu historiarum seu fabularum, efferuntur, eò venustius carmen redditur.

10. Sen-

10. Sententiis acutis & brevibus tanquam gemmis splendere debet Elegia, *qua tamen, ut etiam exempla, manu seri debent nō culeo aut sacco, hoc est, passim hinc inde aspergi, nisi quippiam amplificandum sit. Ibi enim requiritur copia, ut supra dictum est.*

11. Synalæphis & Ecthlipsibus parciùs hic utendum est; *remorantur enim fluentes hujus carminis delitias, & sunt tanquam scopuli & cautes, quibus elegātia reprimitur: pro causa tamen decorè adhibeantur.*

12. Ejusdem syllabæ continuatio elegantiam hujus carminis amplificat, qua Tibullus inprimis delectatus est, ut:

Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Ipse seram teneras maturo tempore vites.
Rusticus, & facili grandia *poma manu.*

Idq; toties sibi indultum voluit, ut non casu, sed dedită operâ id factum constet.

13. Addi potest, quod Scaliger in Tibullo & Ovidio reprehendit: nimis frequentem usum infinitivorum præteriti temporis fugiendum, ut: *Continuisse, discibuisse, increpuisse, pertimuisse, &c.* lib. 6. p. 863. *Et tantùm de Elegiaco.*

ALIA CUM HEXAMETRO JUNCTA.

1. Subjicitur etiam Hexametro Heroico Jambicus Senarius, ut:

Altera jam teritur bellis civilibus ætas,
Suis & ipsa Roma viribus ruit.

[*Horatius hoc genus habet Epod. 16. ubi notandum, secundum quemq; versum esse purè Iambicum. Quamobrem versum illum;*

Eamus omnes execrata civitas.

Porphyrion ita legendum inquit, Eamus omnis: *in singulari: quam lectionem optima queq; editiones tuentur.*]

II. Item eidem additur Jambicus Dimeter, ut Hor. epod.14.& 15.

Nox erat & cœlo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera,

III. Etiam Penthemimeris heroica, (id est, duo dactyli cum syllaba una) eidem subjungitur, ut, Hor. l.4. Od.7.

Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribusq; comæ.

IV. Præterea hexametro additur dactylicus Alcmanius tetrameter Acatalecticus, ut: Hor. lib.1. Ode.7.

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi, &c.

V. Jambico Senario addi eam solet Jambicus Dimeter, ut, Hor. epod.1.

Ibis Liburnis inter alia navium
Amice propugnacula.

De Jambico Dimetro, cui Ancreonticum subjicitur, suprà pag. 258. dictum est.

ARCHILOCHIUM.

Archilochium dicolon est, quando duo Archilochii, alter heptameter Ityphallicus, alter verò Catalecticus conjungitur, hoc modo:

-vv 1. - -	-vv - -	-vv - -	-vv	-v	-v	- -
Solvitur	*acris hy*	*ems gra*	*ta vice*	*veris*	*& Fa*	*vonI.*

Tra-

- -	v -	- -	v -	v -	-	
2. v -						
Trahunt	*q̃; sic*	*cas ma*	*china*	*cari*	*nas.*	

Prior versus constat septem regionibus, quarum priores tres promiscuè Spondæum vel Dactylum recipiunt, quartus semper dactylũ: tres posteriores tres Trochæos. Est igitur Hexameter cum Trochaico commixtus.

[*Primus versus videtur magnis quibusdam viris in duos posse separari, ut prior sit tetrameter dactylicus, posterior trimeter Trochaicus, hoc modo:*

Solvitur acris hyems grata vice
Veris & Favoni.

Et tunc Carmen Tricolon fieret. Quia verò à pluribus cõjunctim scribitur, nolumus nos hîc singulares esse. E Schemate patet, quæ regiones ad plures pedes sint indifferentes, quæ ad certos astricta.]

HIPPONACTIVM.

Trochaicus dimeter Catalecticus adjuncto Jambico trimetro Catalectico constituit Hipponactium, ut:

1. - v	- v	- v	-		
2. v -	v -	v -	v -	v -	-
Non e	*bur ne*	*q̃; aure*	*um*		
Mea	*reni*	*det in*	*domo*	*lacu*	*nar.*

[*Quidam primum versum voluerunt etiam Iambicum dici, verùm res ipsa contrarium ostendit. Horatius hoc genere semel usus est, lib. 2. Od. 18. Appellatur autem Hipponactium ab auctore Hipponacte.*]

GLYCONICVM CVM ASCLEPIADEO.

Glyconicum Choriambicum cum Asclepia-

deo Choriambico carmen dicolon conſtituit.

Glyconicum conſtat tribus regionibus; I. Spondæo. II. Choriambo. III. Jambo. Conjunctim ſic habet:

1. - -	- v v -	v -	
2. - -	- v - v	- v v -	v -
Audax	*Iapeti*	*genus.*	
Ignem	*fraude mala*	*gentibus in*	*tulit.*

[Glyconicum facilima eſt compoſitionis, & formam habet penè Phaleuci, in quem adjecto Amphibracho facilè commutatur, ut:

Audax Japeti genus protervi.

Reperitur hoc genus ſæpius apud Horat. ut lib. 1. Oda. 3. 13. 19. 36. &c.

CHORIAMBICVM SAPPHICVM; VEL Epichoriambicum.

Eſt & Choriambicum carminis genus, quando Choriambico Monometro ſubjungitur Choriambicus Sapphicus, hoc modo;

1. - v v -	v - -		
2. - v - -	- v v -	- v v -	v - -
Non Deus i	*pſe mortē*		
Vult, ſed ut vi	*vat reſipi*	*ſcens ſcelera*	*tus omnis.*

Primus verſus conſtat Choriambo & Bacchio. Secundus Epitrito ſecundo, duobus Choriambis & Bacchio. Extat apud Hor. li. 1. Oda. 8.

[Poſterior non multum diſtat à Sapphico vulgari, & prior ab Adonico: quare & invicem non difficulter commutari poſſunt, ut:

Vult, ſed ut vivat ſceleratus omnis,
Et reſipiſcat.

Caruit hoc carmen peculiari nomine, ſed à nonnullis propter iſtã cum Sapphico affinitatē Sapphicũ dictũ eſt: Et prior ver-

versus Aristophanicus à Micyllo Epichoriambicus non incommodè vocatur. Nos Choriambicum Sapphicum *causâ satis manifestâ appellavimus.*]

IONICUM à MINORE.

Jonicum à Minore post duos Trimetros assumit Tetrametrum, habetq; omnes pedes Jonicos à minore, unde & nomen accepit, ut:

u u - -	u u - -	u u - -	
u u - -	u u - -	u u - -	
u u - -	u u - -	u u - -	u u - -
Miserarũ est	*neq; amori*	*dare ludum*	
Neq; dulci	*mala vino*	*lavere aut ex-*	
Animari	*metuentis*	*patrua ver-.*	*bera lingua.*

[*Hæc est regularis forma, quàm nobis præscripsit Horatius lib. 3, Oda. 12. semel tantùm hoc genere usus. Per licentiam verò vel potiùs anomaliam, easdem resolutiones & contractiones patitur, quas Ionicum à Majore. Et recipit interdum dipodias Trochaicas, (perinde ut Ionicum à Majore,) ita tamen, ut Ionica Syzygia, si Trochaicam præcedat, quinq; temporum sit, videlicet ex Pæone tertio. Vicissim Trochaica Syzygia, si Ionicam præcedat, septem temporum sit, videlicet ex Epitrito secundo constat,*

Exempli gratiâ:

u u - u	- u - -	u u - u
- u - u	u u - u	- u - -

Per resolutionem pedum sæpè pro Pæone tertio non rarò est Palimbacchius. Et tùm plerumque Trochaica quæ sequitur, Tribrachum à parte priore habet, resolutâ syllabâ longâ in duas breves. Prætereà & Molossus interdum incidit in regionibus imparibus, quemadmodum in Ionico Majore locis paribus idem reperitur

Exempli gratiâ:

u u - u	- - u	u u u - u
- - -	u u - -	- - -

Vide Micyll. lib. 1, & varias ejus species ap. Scal. li. 2. c. 15.]

SAP-

SAPPHICUM.

Sapphicum cum Adonico copulatum, carmen dicolon facit.

Sapphicum est, quando Trochæum Spondæus, deinde Dactylum duo Trochæi sequuntur, ut:

-v	--	-vv	-v	-v
Inte	*ger vi*	*ta scele*	*risq;*	*purus.*

[*Vetustius Sapphicus, dactylum duobus utrinq; Trochæis clausit, quales sunt hi Catulli,*

Seu Sacos sagittiferosq; Parthos,

Et: Pauca nunciate meæ puellæ:

Quos nonnunquã Melissi suavitas imitata est, ut l.1.Od.14.

Stella dux comesq; viæ Magorum.

Item: Conscio super mare, mater in quo.

Hæc pedis celeritas postea à Spondæo castigata est, inquit Scal, l. 2.c.16 quo jam omnes utimur. A numero syllabarum dicitur Hendecasyllabum: nominatur & Choriambicum Trimetrum Goltasio & Micyllo. Senecam hic interdum pedes permutare deprehendit Lipsius, ut:

Sumere innumeras solitum figuras.

Quæq; ad Hesperias jacet ora metas.

Si quæ Parthasiæ glacialis ursæ.]

Gaudet hoc carmen Cæsura Penthemimeri, qua valdè exornatur.

Ductor argutæ | fidicen Thaliæ.

[*Est tamen quando ab Horatio negligitur, sed ferè non sine emphasi, ut:* Oderit cura | re, & amara læto, *quasi cæsuram se non curare dicere vellet. lib. 2. Oda. 16.*]

Tribus Sapphicis subjicitur versus Adonicus, in hunc modum:

Sæpius ventis agitatur ingens

Pinus, & celsæ graviore casu.

Deci-

Decidunt turres, feriuntq; summos
—— Fulmina montes,

Observationes.

1. Si prima vox sit bisyllaba; addenda est trisyllaba vel monosyllaba cum bisyllaba altera. Si v. prima sit trisyllaba, addatur bisyllaba. Quòd si eadem monosyllaba, tùm aut una quadrisyllaba, aut duæ bisyllabæ sequantur: videlicet propter Cæsuram Penthemimerim.

3. Adonicum versum una dictione comprehendere indecorum est; quanquam magni nominis Poëtis hæc licentia est concedenda: ut *Mercuriusq;* apud Horat.)

Et superjecto pavida natarunt
Æquore damæ:
Item: —— *Feriuntq; summos*
Fulmina montes, &c.

[*Quomodo Adonius sæpè sit* ἀκέφαλος, *ut prior sylla-ba ad Sapphicum reducatur, suprà pag.* 118. *dictum est. Et quomodo ex Sapphico Phaleucus fiat, ibidem cap. præcedente p.* 249. *docuimus*]

ASCLEPIADEVM CVM GLYCONICO.

Tres Asclepiadei sæpè cum Glyconico conjunguntur, ut fiat tetrastrophon, *ut Horat. lib.* 4. *Oda.* 15. 24. *lib.* 3. *Ode.* 16. *&c.*

Inclusam Danaën turris ahenea,
Robustæq; fores & vigilum canum
Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab adulteris.

[*Differt à superiori Glyconico solummodò strophis, illud enim est Distrophon, hoc Tetrastrophon. Et in illo Glyconicum præcedit, hic sequitur.*] GLY-

GLYCONICUM CUM
Ityphallico.

Glyconici quatuor cum Ityphallico Dicolon constituunt, quo semel usus est Catullus, carmine 59. hoc modo:

- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v
Collis	*ô Helico*	*nii,*
Cultor	*Uraniæ*	*genus,*
Qui ra	*pis teneram ad*	*virum*
Virgi	*nem, ô hymenæ*	*e hymen,*
Hymen	*ô hymenæ*	*e.vel*
Exer	*cete juven*	*tam.*

[*Vbi notandum. I. Glyconicum in prima regione habere Trochæum. II. Ityphallicum unâ syllabâ tali Glyconico esse breviorem: Et hunc alii Pherecraticum ternariũ faciunt.*]

DE ALIIS CARMINIBUS
Dycolis.

Atq; hæc sunt Dicola usitatissima, quib⁹ cùm vetustiores Poëtæ usi sunt, tum & recentiores adhuc utũtur: ubi quod ad finem capitis tertii monuimus, hîc etiam locũ habere volumus: Reperiri nimirũ & alia apud alios, & posse quotidiè novas species excogitari, dum videlicet diversorũ generũ versus combinãtur, & ita certũ novumq; genus cõstituunt, qua ratione Buchananus, *Ps. 8. Sapphico vulgari Iambicũ Dimetrum, & Ps. 33. eidem Glyconicũ subjicit. Sic Ps. 66. duobus Trochaicis dimetris Acatalecticis subjungit alium Catalecticum. Sic Ps. 100. Trochaicus dimeter Catalecticus, Iambicum dimetrum Acatalecticum secum habet. Et* Boëthius

Iam-

Iambico Trimetro Pentametrum Elegiacum ſubjunxit: Eundemq; alibi Phaleucio addidit, Idem Sapphico Glyconicũ ſubjecit, &c. Quemadmodum & Meliſſus *duobus Iambicis Trimetris dimetrum addidit, & aliâs alia nova uſurpavit genera; non tamen ideò, ut Poëtices Tyrones iis præ veteribus & aliâs frequentiſsimis uterentur, ſed quod ſibi ſuoq; ingenio hanc licentiam indultam eſſe cenſuit, aliisq; Poëtis factũ hanc libertatis Poëticæ præferre voluit. Tu imitare Horatium, & quæ is frequenter, ea & tu libenter, quæ verò is rarius uſurpavit, ea & tu infrequentius imitare.*]

DE CARMINE MULTIPLICE Tricolo.

Hactenus Dicola monſtravimus, ſequitur Tricolon.

Tricolon eſt, cùm tria verſuum genera concurrunt ad conſtituendam Strophen.

Talia ſunt præ cæteris *Alcaicum*, & *Choriambicum* cum *Pherecratico*.

I. ALCAICUM.

Alcaicum Carmen appellamus, cùm duobus Dactylicis Alcaicis Acatalecticis ſubjungitur Jambicus Archilochius dimeter hypercatalecticus, & tandem dactylicus Alcmanicus, ut apud Hor. lib. 2. Oda 3.

Æquam | memento | rebus in | arduis
Serva | re mentem, | non ſecus | in bonis |
Ab in | ſolenti | tempe | ratam
Lætiti | a, mori | ture | Deli.|

Primi duo verſus conſtant Penthemimeri Jambicâ & duobus Dactylis, ſeu primâ regione habent Jambum vel Spondæum, ſecundâ Bacchium, id eſt, Jambum & ſyllabam longam quæ

quæ interdum cæsuram Penthemimerin constituit, hoc modo:

1. ῠ - | υ - - | - υ υ | - υ υ |
2. ῠ - | υ - - | - υ υ | - υ υ |

Tertius primâ & tertiâ regione habet Spondæum; nec Jambum à principio excludit, in tertia rarò admittit, deinde Jambum cum syllaba in fine residua. Vel; primo loco recipit Spondæum, & interdum Jambum, secunda Bacchiũ, tertia & quarta Trochæos, hoc modo:

3. ῠ - | υ - - | - υ | - υ |

In quarto duos continuos Dactylos sequuntur duo Trochæi.

4. - υ υ | - υ υ | - υ | - υ |

[*In tertio versu, sicut & in duobus prioribus, Cæsura illa Penthemimeris admodum venusta est, & valdè decora; quanquam invenias apud Horatium non unam Odam, in qua hic tertius versus ea Cæsura omninò destituitur. Prima item syllaba priorum duorũ versuum indifferenter aut longa aut brevis ponitur, Tertii autem plerunq; longa est, rarissimè verò brevis, quanquam Buchananus eam frequentiùs corripuit. Similiter & quintam ejusdem syllabã aliquando invenire est brevem: Tu tamen vide quid usus concedat.*

Nullum carminis genus Horatio tantopere placuisse apparet ex usu frequentiore, quare quibusdam hujus autor esse videtur. Verùm supersunt fragmenta quædam Alcæi Poëtæ veteris, hoc metro scripta, quæ probant Horatium primum autorem non esse.]

CHORIAMBICVM CVM *Pherecratio.*

Est & aliud Tricolon Choriambicum, quando duobus Asclepiadéis subjungitur Pherecratius Trimeter, constans Spondæo, Dactylo

& Spondæo, Glyconicusq; strophen claudit, hoc modo:

Primâ nocte domum claude:neq; in vias
Sub cantu querulæ despice tibiæ:
Et,te sæpè vocanti
Duram,difficilis mane.

– –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	∪ –
– –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	∪ –
	– –	– ∪ ∪	– –
	– –	– ∪ ∪ –	∪ –

Reperitur apud Horat lib.1. Ode 5.14.21.&c.

III. DE ALIIS TRICOLIS.

Sic à doctissimis quibusdam Poëtis ad Tricolon referuntur, Oda 11.& 13. libri Epodon, ubi secundum versum dividunt in Penthemimerim heroicam & Jambicum dimetrum, ut in hac Penthemimeris sequatur, in illa verò præcedat. Idem sentit Theod. Pulmannus, & Buchanano placuisse videmus, Psalm.138.& 145.

[*Eaq; ordinis inversio probat, hoc genus Tricolo potius annumerandum esse, quàm Dicolo, quemadmodum Glyconicus modò Asclepiadéo præmittitur, modò submittitur. Paucissima hujusmodi invenire est apud veteres Poëtas, qui frequentiùs dicolon usurparunt. Recentioribus verò diversorum versuum mixtio valdè placuit, & præsertim doctissimo Paulo Melisso. Hic enim Melet.lib. 5. Oda 11. primò Glyconicum, deinde Iambicum Senarium Catalecticum, tertiò Creticum Trimetrum posuit, hoc modo:*

– – – ∪ ∪ – ∪ –
∪ – ∪ – – ∪ ∪ – –
– ∪ – – ∪ – – –

Sic Oda prima libri quinti est Tricolos, composita ex Hexametro Heroico, Trochaico Hypercatalectico & Pentametro Elegiaco, hoc modo:

-˘˘ -˘˘ -˘˘ -˘˘ -˘˘ --
-˘ -˘ -˘, --˘
-˘˘ -˘˘ -˘˘ -˘˘ --

Idem libr. 4. Oda 24. carmen Tricolon ex omnibus syllabis brevibus composuit, primus versus est hexameter, habétque sex tribachos; secundum est tetrameter, & habet quatuor tribrachos; tertius est trimeter constans tribus tribrachis, hoc modo:

˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘
		˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘
			˘˘˘	˘˘˘	˘˘˘

Appellaturq; hic versus Enoplius.

Talia sunt Carmina Pindarica, quæ variis & multis versuum generibus constant. Itemq; Emmetra apud Meliss. l. 3. Melit. Od. 15. & pag. 396. & alibi apud Auratum p. 133. apud Lauban. l. 3. Od. 1. Sic Carmina variè mixta dederunt Dan Heinsius & Eobanus noster in sylvis. Referri quoq; huc potest Oda 4. libr. 1. Mel. Laubani & in Cal. Novemb. Melissi Melicis Ita quoq; Simmias Rhodius Ovum, Alas, Securim, Fistulam & Aram dedit, omnia ex diversis & variis carminibus constantia: Scaliger etiam duo Ova pusillum & grandius posuit. 2. Poet. c. 25.

Atq; hæc in universum de variis istis Carminum generibus dicta sufficere speramus, quæ quidem ex pedum varietate oriuntur. Reliqua, quæ apud neotericos fortè præterea occurrunt, ex his dijudicari poterunt.]

CAPUT V.

DE SECVNDA CARMINVM DISTINCTIONE EX MATERIA VEL OBJECTO.

HActenus prima divisio ex diversitate pedum: sequitur

II. DIVISIO POEMATUM EX MATERIA.

Ex materiæ distinctione carmen multiplex est: ad has tamen classes genera præcipua reducuntur,

I. Ex

I. *Ex rebus lætis sunt:* Genethliaca, Epithalamia, Propemptica, Apobateria, Epibateria, Epinicia, Scolia.

II. *In rei laudem:* Hymni, Soteria, Encomiastica, *sub quibus* Panegyrica, Pædeuteria.

III. *Ex rebus tristibus sunt:* Elegia, *sub qua* Threni, Epicedia, Epitaphia.

IV. *Ex mediis sunt:* Emblemata, Ænigmata, *sub quibus* Logogriphi, Anagrammatismi, Eteosticha, Acrosticha, Palindroma, Echones.

Carminum genera in his fere omnibus libera & arbitraria sunt. Dicemus ordine de singulis.]

I. GENETHLIACUM.

Genethliacum est carmen natalitium; *seu in* honorem natalium conscriptum.

Dictum ἀπὸ τῆς γενέθλης, *id est, à generatione.*

[*Genethliaci natura, ratio seu inventio, & multorum habet imitationes & vias penè innumeras unde ducantur. Duo tamen primaria capita sunt: Alterum à majoribus, alterum à spe ipsius infantis. Ubi varia se offerent circumstantia, quæ carmen exornabunt: Neq; enim stemmata aut res gesta sine locis, (in quibus amœnissima poëseώs diverticula sæpè reperiuntur,) neq; spes sine comparatione virtutum præteritarum cum futuris, existunt: Etiam ab Oraculis, vel somniis vel Auguriis argumentum peti potest. Quod si hæc non adsint, affingere aliquid licet, & ad exornationem adducere: Sic Ecloga 4. è Sibyllinis oraculis Genethliaca oriuntur. Tempus etiam aliquid monebit, ut si die festo natus sit, quemadmodum Mecœnas Floralibus. Licet Auroram, Solem, Lunam, Astra alloqui; item temporis partes, Ver geniale, Æstatem opulentã, Autumnũ frugiferum, Hyemẽ genialem. Ex priscis quoq; monumentis afferri multa possunt, ut de incunabulis Iovis, dactylis Idæis, capra Amalthaa: itẽ Sue, cujus grunnitu produnt Cretenses infantis vagitum oc-*

Porphyrion ita legendum inquit, Eamus omnis: *in singulari: quam lectionem optima quaq; editiones tuentur.*]

II. Item eidem additur Jambicus Dimeter, ut Hor. epod. 14. & 15.

Nox erat & cœlo fulgebat Luna sereno
Inter minora sidera,

III. Etiam Penthemimeris heroica, (id est, duo dactyli cum syllaba una) eidem subjungitur, ut, Hor. l. 4. Od. 7.

Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis,
Arboribusq; comæ.

IV. Prætereà hexametro additur dactylicus Alcmanius tetrameter Acatalecticus, ut: Hor. lib. 1. Ode. 7.

Laudabunt alii claram Rhodon aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimarisve Corinthi, &c.

V. Jambico Senario addi eam solet Jambicus Dimeter, ut, Hor. epod. 1.

Ibis Liburnis inter alia navium
Amice propugnacula.

De Jambico Dimetro, cui Anacreonticum subjicitur, suprà pag. 258. dictum est.

ARCHILOCHIUM.

Archilochium dicolon est, quando duo Archilochii, alter heptameter Ityphallicus, alter verò Catalecticus conjungitur, hoc modo:

-vv 1. - -	-vv - -	-vv - -	-vv	-v	-v	- -
Solvitur	*acris hy*	*ems gra*	*ta vice*	*veris*	*& Fa*	*voni.*

Tra-

- - 2. v -	v -	- -	v -	v -	-	
Trahunt	q; sic	cas ma	china	cari	nas.	

Prior versus constat septem regionibus, quarum priores tres promiscuè Spóndæum vel Dactylum recipiunt, quartus semper dactylū: tres posteriores tres Trochæos. Est igitur Hexameter cum Trochaico commixtus.

[Primus versus videtur magnis quibusdam viris in duos posse separari, ut prior sit tetrameter dactylicus, posterior trimeter Trochaicus, hoc modo:

Solvitur acris hyems grata vice
Veris & Favoni.

Et tunc Carmen Tricolon fieret. Quia verò à pluribus cõjunctim scribitur, nolumus nos hic singulares esse. E Schemate patet, quæ regiones ad plures pedes sint indifferentes, quæ ad certos astrictæ.]

HIPPONACTIUM.

Trochaicus dimeter Catalecticus adjuncto Jambico trimetro Catalectico constituit Hipponactium, ut;

1. - v 2. v -	- v v -	- v v -	- v -	v -	-
Non e	bur ne	q; aure	um		
Mea	reni	det in	domo	lacu	nar.

[Quidam primum versum voluerunt etiam Iambicum dici, verùm res ipsa contrarium ostendit. Horatius hoc genere semel usus est, lib. 2. Od. 18. Appellatur autem Hipponactium ab auctore Hipponacte.]

GLYCONICUM CUM ASCLEPIADEO.

Glyconicum Choriambicum cum Asclepia-

deo Choriambico carmen dicolon conſtituit.

Glyconicum conſtat tribus regionibus; I. Spondæo. II. Choriambo. III. Jambo. Conjunctim ſic habet:

1. - -	- υ υ -	υ -	
2. - -	- υ - υ	- υ υ -	υ -
Audax	*Iapeti*	*genus.*	
Ignem	*fraude mala*	*gentibus in*	*tulit.*

[*Glyconicum facilima eſt compoſitionis, & formam habet penè Phaleuci, in quem adjecto Amphibracho facilè commutatur, ut:*

Audax Japeti genus protervi.

Reperitur hoc genus ſæpius apud Horat. ut lib. 1. *Oda.* 3. 13. 19. 36. *&c.*

CHORIAMBICUM SAPPHICUM; VEL *Epichoriambicum.*

Eſt & Choriambicum carminis genus, quando Choriambico Monometro ſubjungitur Choriambicus Sapphicus, hoc modo:

1. - υ υ -	υ - -		
2. - υ - -	- υ υ -	- υ υ -	υ - -
Non Deus i	*pſe mortē*		
Vult, ſed ut vi	*vat reſipi*	*ſcens ſcelera*	*tus omnis.*

Primus verſus conſtat Choriambo & Bacchio. Secundus Epitrito ſecundo, duobus Choriambis & Bacchio. Extat apud Hor. li. 1. Oda. 8.

[*Poſterior non multum diſtat à Sapphico vulgari, & prior ab Adonico: quare & invicem non difficulter commutari poſſunt, ut:*

Vult, ſed ut vivat ſceleratus omnis,
Erreſipiſcat.

Caruit hoc carmen peculiari nomine, ſed à nonnullis propter iſtā cum Sapphico affinitatē Sapphicū dictū eſt: Et prior ver-

versus Aristophanicus à Micyllo Epichoriambicus non incommodè vocatur. Nos Choriambicum Sapphicum *causâ satis manifestâ appellavimus.*]

IONICUM à MINORE.

Jonicum à Minore post duos Trimetros assumit Tetrametrum, habetq; omnes pedes Jonicos à minore, unde & nomen accepit, ut:

vv--	vv--	vv--	
vv--	vv--	vv--	
vv--	vv--	vv--	vv--
Miserarũ est	*neq; amori*	*dare ludum*	
Neq; dulci	*mala vino*	*lavere aut ex-*	
Animari	*metuentis*	*patrua ver-*	*bera lingua.*

[Hæc est regularis forma, quàm nobis præscripsit Horatius lib 3, Oda. 12. semel tantùm hoc genere usus. Per licentiam verò vel potiùs anomaliam, easdem resolutiones & contractiones patitur, quas Ionicum à Majore. Et recipit interdum dipodias Trochaicas, (perinde ut Ionicum à Majore,) ita tamen, ut Ionica Syzygia, si Trochaicam præcedat, quinq; temporum sit, videlicet ex Pæone tertio. Vicissim Trochaica Syzygia, si Ionicam præcedat, septem temporum sit, videlicet ex Epitrito secundo constat,

Exempli gratiâ:

vv-v	-v--	vv-v
-v-v	vv-v	-v--

Per resolutionem pedum sæpè pro Pæone tertio non rarò est Palimbacchius. Et tùm plerumque Trochaica quæ sequitur, Tribrachum à parte priore habet, resolutâ syllabâ longâ in duas breves. Prætereà & Molossus interdum incidit in regionibus imparibus, quemadmodum in Ionico Majore locis paribus idem reperitur

Exempli gratiâ:

vv-v	--v	vvv-v
---	vv--	---

Vide Micyll. lib. 1, & varias ejus species ap. Scal. li. 2. c. 15.]

SAP-

SAPPHICUM.

Sapphicum cum Adonico copulatum, carmen dicolon facit.

Sapphicum est, quando Trochæum Spondæus, deinde Dactylum duo Trochæi sequuntur, ut:

-v	--	-vv	-v	-v
Inte	*gervi*	*ta scele*	*risq;*	*purus.*

[*Vetustius Sapphicus, dactylum duobus utrinq; Trochæis clausit, quales sunt hi Catulli,*

Seu sacos sagittiferosq; Parthos,

Et: Pauca nunciate meæ puellæ:

Quos non nunquã Melissi suavitas imitata est, ut l.1.Od.14.

Stella dux comesq; viæ Magorum.

Item: Conscio super mare, mater in quo.

Hæc pedis celeritas postea à Spondæo castigata est, inquit Scal, l.2.c.16. quo jam omnes utimur. A numero syllabarum dicitur Hendecasyllabum, nominatur & Choriambicum Trimetrum Goltasto & Micyllo. Senecam hic interdum pedes permutare deprehendit Lipsius, ut:

Sumere innumeras solitum figuras.

Quæq; ad Hesperias jacet ora metas.

Si quæ Parrhasiæ glacialis ursæ.]

Gaudet hoc carmen Cæsura Penthemimeri, qua valdè exornatur.

Ductor argutæ | fidicen Thaliæ.

[*Est tamen quando ab Horatio negligitur, sed ferè non sine emphasi, ut:* Oderit cura | re, & amara læto, *quasi cæsuram se non curare dicere vellet. lib.2.Oda.16.*]

Tribus Sapphicis subjicitur versus Adonicus, in hunc modum:

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ graviore casu.

Deci-

Decidunt turres, feriuntq; summos
—— Fulmina montes,

Observationes.

1. Si prima vox sit bisyllaba; addenda est trisyllaba vel monosyllaba cum bisyllaba altera. Si v. prima sit trisyllaba, addatur bisyllaba. Quòd si eadem monosyllaba, tùm aut una quadrisyllaba, aut duæ bisyllabæ sequantur: videlicet propter Cæsuram Penthemimerim.

3. Adonicum versum una dictione comprehendere indecorum est; quanquam magni nominis Poëtis hæc licentia est concedenda: ut *Mercuriusq;* apud Horat.)

Et superjecto pavida natarunt
Æquore damæ:

Item: —— *Feriuntq; summos*
Fulmina montes, &c.

[*Quomodo Adonius sæpè fit ακέφαλος, ut prior sylla-ba ad Sapphicum reducatur, suprà pag.* 118. *dictum est. Et quomodo ex Sapphico Phaleucus fiat, itidem cap. præcedente p.* 249. *docuimus*]

ASCLEPIADEVM CVM GLYCONICO.

Tres Asclepiadei sæpè cum Glyconico conjunguntur, ut fiat tetrastrophon, *ut Horat. lib.* 4. *Oda.*15.24.*lib.*3.*Ode.*16.*&c.*

Inclusam Danaën turris ahenea,
Robustæq; fores & vigilum canum
Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab adulteris.

[*Differt à superiori Glyconico solummodò strophis, illud enim est Distrophon, hoc Tetrastrophon. Et in illo Glyconicum præcedit, hic sequitur.*] GLY-

GLYCONICVM CVM *Ityphallico.*

Glyconici quatuor cum Ityphallico Dicolon constituunt, quo semel usus est Catullus, carmine 59. hòc modo:

- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v -
- v	- v v -	v
Collis	*ô Helico*	*nii,*
Cultor	*Vraniæ*	*genus,*
Qui ra	*pis teneram ad*	*virum*
Virgi	*nem, ô hymenæ*	*e hymen,*
Hymen	*ô hymenæ*	*e. vel*
Exer	*cete juven*	*tam.*

[*Vbi notandum. I. Glyconicum in prima regione habere Trochæum. II. Ityphallicum unâ syllabâ tali Glyconico esse breviorem: Et hunc alii Pherecraticum ternariũ faciunt.*]

DE ALIIS CARMINIBVS *Dycolis.*

Atq; hæc sunt Dicola usitatissima, quib⁹ cùm vetustiores Poëtæ usi sunt, tum & recentiores adhuc utũtur: ubi quod ad finem capitis tertii monuimus, hic etiam locũ habere volumus: Reperiri nimirũ & alia apud alios, & posse quotidiè novas species excogitari, dum videlicet diversorũ generũ versus combinãtur, & ita tertũ novumq; genus cõstituunt, qua ratione Buchananus, *Ps. 8. Sapphico vulgari Iambicũ Dimetrum, & Ps. 33. eidem Glyconicũ subjicit. Sic. Ps. 66. duobus Trochaicis dimetris Acatalecticis subjungit alium Catalecticum. Sic Ps 100. Trochaicus dimeter Catalecticus, Iambicum dimetrum Acatalecticum secum habet. Et* Boëthius

Jam-

Iambico Trimetro Pentametrum Elegiacum subjunxit: Eundemq; alibi Phaleucio addidit, Idem Sapphico Glyconicũ subjicit, &c. Quemadmodum & Melissus duobus Iambicis Trimetris dimetrum addidit, & aliâs alia nova usurpavit genera; non tamen ideò, ut Poëtices Tyrones iis præ veteribus & aliâs frequentissimis uterentur, sed quod sibi suoq; ingenio hanc licentiam indultam esse censuit, aliisq; Poëtis factã hanc libertatis Poëticæ præferre voluit. Tu imitare Horatium, & quæ is frequenter, ea & tu libenter, quæ verò is rarius usurpavit, ea & tu infrequentiùs imitare.]

DE CARMINE MULTIPLICE Tricolo.

Hactenus Dicola monstravimus, sequitur Tricolon.

Tricolon est, cùm tria versuum genera concurrunt ad constituendam Strophen.

Talia sunt præ cæteris *Alcaicum*, & *Choriambicum* cum *Pherecratico*.

I. ALCAICUM.

Alcaicum Carmen appellamus, cùm duobus Dactylicis Alcaicis Acatalecticis subjungitur Jambicus Archilochius dimeter hypercatalecticus, & tandem dactylicus Alcmanicus, ut apud Hor. lib. 2. Oda 3.

Æquam | memento | rebus in | arduis
Serva | re mentem, | non secus | in bonis |
Ab in | solenti | tempe | ratam
Lætitĭ | a, mori | ture | Deli, |

Primi duo versus constant Penthemimeri Jambicâ & duobus Dactylis, seu primâ regione habent Jambum vel Spondæum, secundâ Bacchium, id est, Jambum & syllabam longam quæ

quæ interdum cæsuram Penthemimerin constituit, hoc modo:

1. ᴗ̄ -	ᴗ - -	- ᴗ ᴗ	- ᴗ ᴗ
2. ᴗ̄ -	ᴗ - -	- ᴗ ᴗ	- ᴗ ᴗ

Tertius primâ & tertiâ regione habet Spondæum; nec Jambum à principio excludit, in tertia raro admittit, deinde Jambum cum syllaba in fine residua. Vel; primo loco recipit Spondæum, & interdum Jambum, secunda Bacchiū, tertia & quarta Trochæos, hoc modo:

3. ᴗ̄ -	ᴗ - -	- ᴗ	- ᴗ

In quarto duos continuos Dactylos sequuntur duo Trochæi.

4. - ᴗ ᴗ	- ᴗ ᴗ	- ᴗ	- ᴗ

[*In tertio versu, sicut & in duobus prioribus, Cæsura illa Penthemimeris admodum venusta est, & valdè decora; quanquam invenias apud Horatium non unam Odam, in qua hic tertius versus ea Cæsura omninò destituitur. Prima item syllaba priorum duorū versuum indifferenter aut longa aut brevis ponitur, Tertii autem plerunq; longa est, rarissimè verò brevis, quanquam Buchananus eam frequentiùs corripuit. Similiter & quintam ejusdem syllabā aliquando invenire est brevem: Tu tamen vide quid usus concedat.*

Nullum carminis genus Horatio tantopere placuisse apparet ex usu frequentiore, quare quibusdam hujus autor esse videtur. Verùm supersunt fragmenta quædam Alcæi Poëtæ veteris, hoc metro scripta, quæ probant Horatium primum autorem non esse.]

CHORIAMBICUM CUM *Pherecratio.*

Est & aliud Tricolon Choriambicum, quando duobus Asclepiadeis subjungitur Pherecratius Trimeter, constans Spondæo, Dactylo

& Spondæo, Glyconicusq; strophen claudit, hoc modo:

Primâ nocte domum claude: neq; in vias
Sub cantu querula despice tibia:
Et, te sæpè vocanti
Duram, difficilis mane.

– –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	∪ –
– –	– ∪ ∪ –	– ∪ ∪ –	∪ –
	– –	– ∪ ∪	– –
	– –	– ∪ ∪ –	∪ –

Reperitur apud Horat lib.1. Ode 5.14.21.&c.

III. DE ALIIS TRICOLIS.

Sic à doctissimis quibusdam Poëtis ad Tricolon referuntur, Oda 11.& 13. libri Epodon, ubi secundum versum dividunt in Penthemimerim heroicam & Jambicum dimetrum, ut in hac Penthemimeris sequatur, in illa verò præcedat. Idem sentit Theod. Pulmannus, & Buchanano placuisse videmus, Psalm.138.& 145.

[Eaq; ordinis inversio probat, hoc genus Tricolo potius annumerandum esse, quàm Dicolo, quemadmodum Glyconicus modò Asclepiadéo præmittitur, modò submittitur. Paucissima hujusmodi invenire est apud veteres Poëtas, qui frequentiùs dicolon usurparunt. Recentioribus verò diversorum versuum mixtio valdè placuit, & præsertim doctissimo Paulo Melisso. Hic enim Melet. lib. 5. Oda 11 primò Glyconicum, deinde Iambicum Senarium Catalecticum, tertiò Creticum Trimetrum posuit, hoc modo:

– –   – ∪ ∪ –   ∪ –
∪ –   ∪ – –   – ∪   – –
– ∪ –   – ∪ –   – –

Sic Oda prima libri quinti est Tricolos, composita ex Hexametro Heroico, Trochaico Hypercatalectico & Pentametro Elegiaco, hoc modo:

-ŭu -ŭu -ŭu -ŭu -uu --
-u -ŭ -u --u
-uu -ŭu uu -uu --

Idem libr. 4. Oda 24. carmen Tricolon ex omnibus syllabis brevibus composuit, primus versus est hexameter, habétque sex tribachos; secundum est tetrameter, & habet quatuor tribrachos; tertius est trimeter constans tribus tribrachis, hoc modo:

ŭuu	uuu	ŭuu	uuu	uuu	uuu
		ŭuu	uuu	uuu	uuu
			uuu	uuu	uuu

Appellaturq; hic versus Enoplius.

Talia sunt Carmina Pindarica, quæ variis & multis versuum generibus constant. Itemq; Emmetra apud Meliss. l. 3. Melit. Od. 15. & pag. 396. & alibi apud Auratum. p. 133. apud Lauban. l. 3. Od. 1. Sic Carmina variè mixta dederunt Dan. Heinsius & Eobanus noster in sylvis. Referri quoq; huc potest Oda 4. libr. 1. Mel. Laubani & in Cal. Novemb. Melissi Melicis. Ita quoq; Simmias Rhodius Ovum, Alas, Securim, Fistulam & Aram dedit, omnia ex diversis & variis carminibus constantia: Scaliger etiam duo Ova pusillum & grandius posuit. 2. Poet. c. 25.

Atq; hæc in universum de variis istis Carminum generibus dicta sufficere speramus, quæ quidem ex pedum varietate oriuntur. Reliqua, quæ apud neotericos fortè præterea occurrunt, ex his dijudicari poterunt.]

CAPUT V.

DE SECUNDA CARMINUM DISTINctione ex Materia vel Objecto.

HActenus prima divisio ex diversitate pedum: sequitur

II. DIVISIO POEMATUM EX MATERIA.

Ex materiæ distinctione carmen multiplex est: ad has tamen classes genera præcipua reducuntur.

I. Ex

I. *Ex rebus lætis sunt:* Genethliaca, Epithalamia, Propemptica, Apobateria, Epibateria, Epinicia, Scolia.

II. *In rei laudem:* Hymni, Soteria, Encomiastica, *sub quibus* Panegyrica, Pædeuteria.

III. *Ex rebus tristibus sunt:* Elegia, *sub qua* Threni, Epicedia, Epitaphia.

IV. *Ex mediis sunt:* Emblemata, Ænigmata, *sub quibus* Logogriphi, Anagrammatismi, Eteosticha, Acrosticha, Palindroma, Echones.

Carminum genera in his fere omnibus libera & arbitraria sunt. Dicemus ordine de singulis.]

I. GENETHLIACUM.

Genethliacum est carmen natalitium; *seu in* honorem natalium conscriptum.

Dictum ἀπὸ τῆς γενέθλης, *id est, à generatione.*

[*Genethliaci natura atq; ratio seu inventio, & multorum habet imitationes & vias penè innumeras unde ducantur. Duo tamen primaria capita sunt: Alterum à majoribus, alterum à spe ipsius infantis. Ubi varia se offerent circumstantia, quæ carmen exornabunt: Neq; enim stemmata aut res gesta sine locis, (in quibus amœnissima poëseωs diverticula sæpè reperiuntur,) neq; spes sine comparatione virtutum præteritarum cum futuris, existunt. Etiam ab Oraculis, vel somniis vel Auguriis argumentum peti potest. Quod si hæc non adsint, affingere aliquid licet, & ad exornationem adducere: Sic Ecloga 4. è Sibyllinis oraculis Genethliaca oriuntur. Tempus etiam aliquid monebit, ut si die festo natus sit, quemadmodum Mecœnas Floralibus. Licet Auroram, Solem, Lunam, Astra alloqui; item temporis partes, Ver geniale, Æstatem opulentã, Autumnũ fructiferum, Hyemẽ genialem. Ex priscis quoq; monumentis afferri multa possunt, ut de incunabulis Iovis, dactylis Idæis, capra Amalthæa: itẽ Sue, cujus grunnitu produnt Cretenses infantis vagitum oc-*

cultatum. Item de natalibus Bacchi, Silenis, Satyris, Pantheris curribus, Etiam Cupido exhibere potest carminibus suis sui ortus initia, quo tempore, cùm è chao exiluit primus, omnia comparibus suis cohæserunt, &c. Hæc & sequentia ex Scal. lib. 3. c. 102. &c Sed tamen Ethnica illa sobriè tractanda sunt, & non rarò per collationem impurium. Exemplum habes in Epicis A. Th. Siberi p. 312. Cæterùm dispositio in hoc carmine ut & seqq. est libera & arbitraria.]

II. EPITHALAMIVM.

Epithalamium est carmen nuptiale, *seu*, quo nuptię celebrantur: alio nomine *Gamelion*, & *Hymeneus*, & *Talassio*

Dictum ab ἐπὶ *&* θάλαμος, *id est, cubiculo nuptiali,* γαμήλιον ἀπὸ γάμου *nuptiis. De Talassione vide Plutarch. in Romul.*

[Inventio multiplex esse potest: A sponsorum desideriis, studiis erga sese, à laudibus utriusq;, quæ ex Rhetorum Schola petuntur. A bonis omnibus, hinc vota pro fœcunditate, descriptio thalami, laus nuptiarum, amoris è Platonis Symposio. Item è monumentis priscorum de hymenæo, tædis, facibus, cereis, flammeo, &c. de quibus copiosissime Scal. lib. 3. cap. 103. Alexand. ab Alex. Genial. 2. c. 5. Modus est vel διηγηματικῶς*, id est, per directam narrationem, vel* μιμητικῶς*, id est, per colloquia fictarum personarum, ut in Eclogis: Quod idem in reliquis etiam locum habet carminum generibus. Talia duo sunt apud Catull. Alterum dactylicis structuris; alterum pentastrophis Choriambicis summa elegantia, Scalig. censente d. l. Totidem apud Claudian. atque diverso genere carminum.]*

III. PROPEMPTICVM.

Propempticum est carmen itinerarium, quo prosequimur abeuntes votis & bonis ominibus.

Ἀπὸ τοῦ προπέμπειν, præmittere: alio nomine ἀποπεμπτικὸν *&* ὁδοιπορικόν*, aut etiam* εὐκτικόν*, votivum.*

[Su-

[*Sumitur argumentum à Tempore, Loco, Officio, Comitatu. Tempore, ut si alloquamur ventos, diem, noctem, æstum, frigus, ne lædant. Loci ratio duplex, Quò & Quà, unde amplissima materia è singulis circumstantiis. Exemplum est in Æschyli Promotheo, à quo Io audivit vaticinium fugæ suæ. Si navigandum, ventos alloqui licet, ne sæviant. Ab officio, veluti si Legatus, si cum imperio aut exercitu, si pro pace, si ad aliud officium vocatus; ubi laudes ejus enumerabuntur. A comitatu, describes collegas, comites, aliasq́; circumstantias. Summa carminis est εὐφημία, votum, cui vel ἦθη vel πάθη adhærere possunt. Ut si dolorem nostrum ex discessu, testemur, si quis invitus discedat, si liberos relinquat & amicos: aut parentes, cōjugem. Ornari hæc possunt fabulis priscis & historiis. Tale est Horatii, l.1.Od. 3. & Epod. 1. E Statio quoq;, Frischlino: Melisso, Sibero & Taubmanno multa depromi possunt, itemq́; ex Academia Altorfiana P-I O.*]

Observatio: Προσευκτικὸν *in genere dicitur carmen votivum pro salute. Velut ægrotantis, ut, Horat. lib. 2. Od. 27. Tibull. pro seipso.*

[*In quo insinuatione opus est & humilitate, ne extorquere videamur, quod petimus. Huc pertinet Catulli seculare.*]

Huic confine est ἀποτρόπαιον *seu* ἀπευκτικὸν, *deprecatorium, ad avertendam instantem cladem.*

[*In quo assurgere licet altiùs atq; instare. Miseratio namque major movetur in periculis, aut re aliqua atroci.*]

IV. APOBATERION.

Apobaterion est carmen, quo utuntur discedentes.

Ἀπὸ τοῦ ἀποβαίνειν, *abire.*

[*Variæ discessus sunt causæ & modi, unde variæ argumēti inventiones. Si à patria, multa sanè sunt, quæ affectus cieant. Si reditus in patriam, qui potest in ulla terra relinqui, quod expleat patriæ desiderium aut extinguat? Qui iturus est in exilium, interdum etiam ipsos lapides commiserationē movet. Qui ab Senatu aut Republ. temperatiore stylo utentur,*

tur. Commendantur liberi, uxor, familia populo, ejusq; fides laudatur. Quam ad rem Oratio ad Equites Ciceroni adscripta multum adjumenti affert. Decedens aliena terra in qua diu vixeris, eam patriæ nomine appellabis. Beneficiorum memoriam æternam fore pollicêberis, & negabis chariorem tibi futuram ullam. Claudes poëma faustis precationibus.

'Αποβατήριον nomen primus indidit Scaliger ad modum ἐπιβατηρίου, cùm à Græcis dicendi magistris ἐπιτακτικὸν appelletur. Tale est Ovidii feliciss. simul & valdè miserabile, & Frischl. lib. XV. Eleg. XI. ad Acad. Marpurgensem. Unde potius ad sequentem classem rerum tristium referendũ est.]

V. EPIBATERION.

Epibaterion est carmen, quo reduces alloquuntur suos populares.

Dictum παρὰ τὸ ἐπιβαίνειν εἰς πατρίδα.

[Modus hujus poëmatis est, ut Deo agantur gratiæ pro felici reditu, & princeps seu Resp. celebretur, & cives appellentur, quorum favor ex frequentia deprehenditur. Quod si diuturno postliminio reversus quis fuerit, majores affectus addet. Patrios primùm lares salutabit, eumq; diem tanquam natalem suum colet. Tùm conversus ad civitatem, ordietur laudes tanquam parentis & altricis. Sumet initium à conditore, à magnitudine, privilegiis, situ, fertilitate, fluminibus, munitione, aëris salubritate, amœnitate. Si munitione careat, libertatem Lacedæmoniorum, Scytharum, aureæ ætatis commendabit, quando absq; mœnibus habitabant. A vetustate, magnificentia ædificiorum. Civium inde contexet laudem, Matronarum sobrietatem, pulchritudinem, quo conferent ex Herodoto Pæonum fœminæ: Patavinæ, Romanæ, Spartanæ, Cimbræ ex aliis, Virorum studia in armis, literis, mercaturis, artibus, &c. Leges, mores, res gestæ, concordia, hospitalitas, humanitas, fortitudo, pietas: & si quæ alia Rhetores argumẽta laudationis habent. Verùm parcè omnia ac breviter, ne in μακρηγορίᾳ excrescat oratio. In fine poëmatis benè precari patriæ convenit, seq; illi devovere. Hujus generis est oratio Cic. ad Quirites post reditum, & Erasmi

Rote-

Roterodami Panegyricus ad Philipp. Burgundionum Principem. Exemplum habes apud Siberum in Epicis p. 309.]

VI. EPINICION.

Epinicion est carmen triumphale, quo victoribus gratulamur.

Ab ἐπὶ super & νίκη, victoria.

[*Potissima hic est, laus victoris, cura pro patria, fortitudo, prudentia, felicitas. Si ostendatur, quàm difficilis fuerit, quàm necessaria sit, quàm salutaris patriæ victoria. Describetur hostium ferocia, minæ, patriæ metus: post ejusdem summa lætitia, & gratiarum actio, quæ agnoscat salutem suam illi soli acceptam deberi, qui cùm antea filius patriæ fuerit, jam pater ejusdem extiterit. Addi possunt omina, auguria, quæ vel patriæ vel Victori olim obtigerunt, depromiq; fictione poëtica possunt ex insignibus Gentilitiis victoriis. Exemplis & historiis omnia amplificabuntur. & comparari potest Victor cum Heroibus antiqui seculi, cùm Scipione, Iulio Cæsare, Alexandro M. & Carolis Imperatoribus Romanis. Exemplo esse potest* Carmen Eobani Hessi, de victoria Würtembergensi ad Philippum Magnanimū Hassiæ Landgrav. &c. *Postremò votū fiet pro ejus longævitate. Tale ferè est apud* Hor. l. 3. Od 5. & l. 4. Od. 14 *Præterea apud antiquos Epicinia dicebātur in eos, qui in ludicris certaminib⁹ victores extitissent, cujusmodi sunt omnes Odæ Pindaricæ.*]

VII. SCOLION.

Scolion est carmen convivale, quo vel laudes fortium virorum celebrantur, vel aliæ sententiæ ad rectè vivendum introducuntur.


[*Vnde dictum ita sit, dubitatur. Verisimile Scalig. putat σκόλιον esse ab obliquo & flexuoso ordine, quo in convivio ultrò citroq; excipiebatur, (neq; enim ordine canebant directo.) Et quidem vel à pluribus simul, aut singulis. In nuptiis etiam à discumbentibus lauro vel myrto coronatis, cani solitum fuit. Quo genere carminis qui vicissent, poculo donabantur, quod poculum ab eo cantu ᾠδὸς appellabatur.*

Scal l. 1. c. 44. *Huc referri possunt Ithyphalli; obscœna carmina, ab ebriis stantibus cantari solita. Ab hoc carmine Pes* Scolius *nomen obtinuit, ut suprà dictum in Amphibrachis. Nisi malis contrà, à pede nominatum carmen.*]

IIX. HYMNUS.

Hymnus est carmen in laudem Dei.

[*Ὕμνος generatim laudem significat, κατ' ἐξοχὴν verò sic vocatur laudatio Dei: qualem cecinerunt Orpheus, Linus, Musæus, Homerus, Callimachus aliiq; Ethnici. In specie Paan dicebatur laus Apollinis; Dithyrambus laus Bacchi, eò quòd δὶς εἰς θύραν ἀνέβη, bis januam vitæ introierit. Genera multa: κλητικοὶ, invocatorii, ἀποπεμπτικοὶ, dimissorii, quum Deum aliò se convertentem prosequebantur, φυσικοὶ, μυθικοὶ, γενεθλιακοὶ, cùm nativitatem celebrabant, πεπλασμένοι, ficti, εὐκτικοὶ, votivi, ἀπευκτικοὶ, deprecatorii, &c. quorum multa ferè satius ignorare est, cùm Ethnicismo infecta sint, quàm imitari. Christianus Poëta S. Trinitatem celebrabit, & singularum personarum erga humanum genus beneficia, ubi materiam inveniet amplissimam, in omnipotentia Creatoris, misericordia Redemptoris, amore Sanctificatoris, &c. hoc est, imitari debet hymnographos sacros, quales fuerunt Moses, David, Therapeutæ sive Anachoretæ, Synesius Cyrenæus, Hilarius Pictaviensis, D. Ambrosius, Paulinus, Beda, Theodulphus, &c. Si quæris, in quē finem Deus laudetur laudis nostræ non indigus? respondet Scalig. quia nos indigemus cognitionis ejus, qua fiamus ipsius similes. Tales Hymnos cecinit Prudent. aliiq; recentiores. Mirandulanus, Vida, Pontanus, Scaliger. in Epiphania, in Natalem, Nomen Iesu, &c. qui partim sunt εὐχαριστικοὶ, partim εὐκτικοὶ, &c. Carminis genus, ut, antè dictum, liberum est. Antiquissimi hexametro usi sunt, quod ad citharam canebatur, eratq; sæpè satis prolixum, ut in Homericis apparet. Horatius & recentiores Ecclesiastici Lyricum genus usurparunt, quod videtur concinnius.*]



IX. SO-

IX. SOTERION.

Soterion est carmen, quo Deo pro salute præstita gratias agimus.

'Απὸ τῆς σωτηρίας dictum.

[*Id quod fit vel reduce principe, aut familiari: vel recuperata sanitate, cujusmodi cecinit Statius. Pro sanitate inquam vel aliorum vel sui ipsius; illius exemplum est apud Taubmannum in Melodesia, pag.* 457. *hujus, apud eundem p.* 38. *Et apud Prophet. Esaiam, c.* 38 *In Soteriis liber animus requiritur à malo metu, periculis; exultans lætitia; narrans beneficia, & studiosè amplificans figuris comptis, acribus, frequentibus; addicens se ei, cujus opera tam benè affectus est.*]

X. ENCOMIASTICON.

Encomiasticon est carmen in laudes aliarum rerum vel personarum.

[*Hujus materia à Rhetoribus copiosa traditur in genere demonstrativo, à patria, sexu, natalib⁹, parētibus, &c. Quare nō opus ea huc infercire.* Legi potest & Scal. l. 3. c 110.]

XI. PANEGYRICUM.

Panegyricum est carmen laudatorium, quod recitatur ad multitudinem congregatam.

'Α Πανήγυρις, id est, multitudo universa.

[*Species est Encomiastici, & differt ab aliis, quod non tantùm legatur, sed recitetur publicè. Græci enim certis celebritatibus in unum locū universi conveniebant, ut animi eorum vel præceptionibus sapientum, vel fortium æmulatione imbuerentur, vel ludorum festivitatibus laxarentur. Carminis initium esse potest ab ipso Deo, conditum abdita eruditione, verùm absq; arrogantia & parcè. Deinde gentis laudes exponendæ & res gestæ, ut excitentur civium animi ad gloriam suam propagandam, quo loco fabellas quoq; Poëta intermiscere licet, vel à majoribus acceptas, vel aliunde. Tū celebritatis ipsius cōmendatio sequitur, ejusq; utilitas exponitur, & antiquitas à monumētis exornatur, quæ plurima*

ac fortè omnia habentur in Scal.l. 1. Poët. *Apostrophe item ad præsidem fieri potest. Deniq; postrema pars in votis & exhortationibus, pro conditione seu scopo congregationis consumitur. Magnam cum eo habet cognationē Horatii carmē seculare, quod genus vocatur* ἐπιπομπευτικόν. Scal.l 1 c.44.]

XII. PAEDEVTERION.

Pædeuterion est carmen, quo gratias agimus Præceptoribus,

Ἀπὸ τοῦ παιδεύειν, *instituere.*

[*Nihil optabilibus materia nostra brutæ tribui à Deo potest, quàm forma illa, quam sui similem fecit ipse. Nihil ergò conducibilius homo homini præstare queat, quàm illum animum ita colere, ut illud cognoscere & expetere, & consequi valeat. Id verò est à Præceptoribus. Quorum & fides, & probitas, & solertia, & sapientia, & æquanimitas, & sedulitas, frequentes illustresq; sententias suppeditabunt. Exemplum Socratis. qui opibus discipulorum, ne nummo quidem ditior factus est, ob liberalitatem: Non quemadmodum Gorgias, Hippias aut Protagoras, pecuniæ avidiores. Chironem quoq; adducet & Phœnicem utrumq; præceptorem Achillis, Iliad. 9 Aristotelem Alexandri, &c Detestaberis ingratitudinem Herculis erga Linum Artes ipsæ, quas doctus es, materiam suppeditabunt, quarum inventores ex Plinio eruuntur. Polliceberis perpetuam memoriam gratam, quamvis, ut Aristoteles inquit* libr. 9. Ethic. Nicomach. *æquivalens reddi nequit. Hæc ferè Scal. d. l.*]

XIII. ELEGIA.

Elegia in genere est carmen lugubre.

Dicta ἀπὸ τοῦ ἒ ἒ *vel* αἰ αἰ λέγειν, *vel* ἐλεῖν λέγειν, *vel* ἐλεῦ λέγειν, *quæ vox est Tragica. Vide Scalig. lib. 3. cap. 125. & lib. 1. cap. 50.* παρὰ τὸ ἐλελεγεῖν τοὺς τεθνεῶτας, *quia ejus materia lugubris & in funeribus Carmen hoc primùm enunciatum censetur. Acidal. in Orat. ubi & Argumenta ejus vide & apud Scal. p. 430.*

[*Ille*

[Ille enim sonus Tragicus frequens, luctui proprius est, Platone etiam teste. Ab hoc dictum est carmen Elegiacum, (de quo suprà,) quod & ipsum Elegia nomine appellatur. Hinc Ovid. in mortem Tibulli.

Flebilis indignos Elegeia solve capillos:
—Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit!

Primùm enim res miserabiles & luctuosas huic carmini aptabant.postea alia quoq; materia admissa.

Versibus impariter junctis querimonia primùm
Pòst et iam inclusa est voti sententia compos. *Horat.*

Non tamen probamus eorum sententiam, qui pro arbitrio & libidine sua in hoc genus carminis omnia, quæ se offerunt, conferre solent argumenta, parùm cogitantes, rectène & commodè an pravè & ineptè id fiat; Sanè veteres illi novas quidem semper addiderunt materias primæ illi materiæ; sed nihil addiderunt, quod contra naturam Carminis esset, aut cujus non possent certas rationes explicare: Acidal. in Orat. p. 384. & seq. *Candidam oportet esse, mollem, tersam, perspicuam, atq; ut ita dicam, ingenuam. Affectibus anxiam, non sententiis exquisitis. Non conquisitis fabulis obfuscatam. Cultus nitidus potiùs, quàm pexus. Scal d. l.*]


Species ejus sunt Threni, Epicedia, Epitaphia.

XIV. THRENI.

Threni sunt carmina lugubria in eversione urbium aut regionum. *Scal. l. 3. c. 122.*

[Instricta scilicet significatione, aliàs θρῆνος, lamentum in genere significat: Amplificanda hic damna ex vastatione orta: & affectus, qui vocantur πάθη, ciendi: Describenda insignis amplitudo, ornatus, decor, magnificentia, dum adhuc in flore esset urbs vel regio (ex locis Rhetorum.) Imprecanda cladis autori dira (si meruit,) qui non pepercerit immerentibus lapidibus & solo. Exempla adducenda tùm eorum, qui artificiosis ædificiis & structuris clementer pepercerunt, tùm qui tyrannicè erga homines ac lapides sævierunt, & in divinam posteà ultionem incurrerunt, ut Attila, Tamerlanes, Nabuchodonosor, &c. Cæterùm copiosissi-

ma



ma Threnodia affectuum plena extat in Prophetia l…
qua librum seorsim conficit.

XV. XVI. EPICEDION ET
Epitaphium.

Epicedion est carmen funebre in defun…

Epitaphium est carmen inscriptum, (*vel* …*bendum*) tumulo.

Ab ἐπὶ *super &* κῆδος *funus, &* τάφος *sepulchru…* *lio nomine Nenia, Inferia, Monodia, &c.*

[*Differentiam utriusq; Servius notavit.* 1. Epic… *enim dicitur corpori nondum sepulto,* Epitaphion … *mulum, seu tumulo, inscribitur; ut:* Eclog. 5.

Et tumulum facite & tumulo superaddite carm…

2. *Differunt & in eo, quod Epicedion non repetitur…* *taphium autem quotannis repeti potest. Nenia à Græco…* *&* νήνιτος, *Scal. derivat, contractè ex* νεανία, νεάνιτ… *cut* νήτη *ex* νεάτη, *& significat ultimum, extremum.* M… *dia, quando unus ex choro prodiens defuncti laudes cel…* *bat, ex* μόνος *&* ᾠδή. *Materia omnium ferè eadem, la…* *jacturæ demonstratio; luctus; consolatio, exhortatio.* E… *dium interdum ab exclamatione, interrogatione,* Quo… *nobis dicendum simul & silendum est? Hoc dolor, illud…* *cium postulat, utrumq; defuncti virtus: Cujus encom…* *texitur, à prosapia, natalibus, rebus gestis, &c. Amplific…* *deinde rei amissæ desiderium, & luctus exponitur.* L… *communis de fragilitate vitæ semper hic occurrit, de qua…* *numeræ apud autores sententiæ. Invehi quoq; licet in r…* *tem, quæ nos tantò bono privârit, nec respexerit virtu…* *defuncti. Detestari item causam mortis, bellum, pestem, t…* *pestates, &c. Exempla multa & elegantia sunt in Poëm…* *bus* Friderici Taubmanni: *Elegiacis* Frischlini *& Ep…* *diis* Eobani nostri Hessi: *Est ubi res inanimatas & bes…* *ad luctum hortamur, quæ non rarò etiam lugere verè c…* *specta sunt, ut Ecl. 4.*

Non ulli pastos illis egere diebus, &c.

Consolatione ostenditur modus, quo resarciri damn…

poſſit, ut in ſucceſſore, harede, &c. Sapè exhortatio additur, ne nimis indulgeamus luctui, cum mortuo benè agi, exoptandam potius talem mortem quàm lugendam, &c. Deniq; beatam conditionem exprimere potes, quod relictâ hic fama bona in æthere æternis gaudiis perfruatur, Sed enim una ratio præſcribi nec debet, nec poteſt, cùm inventiones ſint variæ. Et materia quoq; diverſa, pro Imperatore, Principe, Nobili, Milite, Literato, Conſanguineo, Patrefamilias, Infante, Adoleſcente, Amico, quin & interdum Hoſte. De quibus omnibus ſigillatim & prolixè admodum Pontan. inſtitut. Poët lib. 3. & Scalig. lib. 3. c. 123. *quæ omnia perſequi ratio inſtituti noſtri non fert. Quod ſuprà dicebamus de 3 modis in epithalamio, idem etiam repetitum hic volumus. Eſt enim patheticum, defunctos introducere loquentes. Regnant autem potiſſimùm πάθη in hoc genere, unde quò παθητικώτερον Epicedion, eò ſuavius eſt & præſtantius.]*

XVII. EMBLEMA

Emblema eſt carmen morale, additum picturæ vel ſymbolo.

Ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, immittere, inſerere. Alio nomine ἄγαλμα, id eſt, ſimulacrum.

[Emblemata propriè vocantur lapilli colorati, gemmæ, claviculi, effigies parvæ rerum diverſarum, pavimento, parieti, poculis, clypeis, culcitris, repoſitoriis, aliiſve rebus in morem oculorum pro ornamento inſerta, inciſa, inſculpta: Quæ in parietibus, dicuntur vermiculata: in pavimẽto teſſellata, in linguis ſegmentata. Μεταφορικῶς verò ita dicitur carmen in ejuſmodi ſculpturas. Tria ferè ſunt, quæ ad emblema pertinent. 1. Titulus quẽ Martialis vocat lemma; ſeu ſymbolum. 2. Pictura vel imago. 3. Ipſum carmen. Proxima accedunt ad hieroglyphica Ægypticorum, apud quos ſingulæ virtutes certis ſtatutis repræſentabantur, ut ſerpentis Agalmate, Aſtutia: Pſittaci, Eloquentia, &c. Vide Agalmata Pierii Valerii. Deſumuntur emblemata vel ex Hiſtoriis, ut carmen, in Lucretiam ſeipſam ob pudicitiam violatã transfodientem: Symbolum caſtitatis. Sic, carmen in Coclem ſtan-

tem in ponte Tyberino contra Porsenam Symbolum fortitudinis. Vel ex Physicis; ut in palmam sub onere semper assurgentem: Symbolum victoriæ aut virtutis. Alii addunt, ex Ethicis: verùm nos Emblemata potiùs Ethica esse existimamus, quæ vel ex Historiis vel Physicis depromantur. Quodlibet enim Emblema aliquid docet, adhortatur aut dehortatur, idq; exemplo vel simili. Selecta sint oportet, arguta & jucunda, qualia Alciati, Reusneri, Camerarii, Sambuci, Taurelli, Iunii, Paradini, Bezæ & aliorum.]

XVIII. ÆNIGMATICVM.

Ænigmaticum est carmen, quæstionem obscuram proponens explicandam.

'Από ἐ αἰνίττειν. *Latini quidam Scrupos appellant, Gell. lib. 12. cap. 6.*

[*Tale est Ecl. 5. duorum pastorum. Item de Christo illud.*
Sum quod eram, nec eram, quod sum, nunc dicor utrunq;.
Item: hac, de Adamo Protoplasto.
Fœmineo ex utero non est ille editus unquam,
Pro tumulo gremium qui genetricis habet, *Item*
Nondum natus eram, cùm me mors abstulit atrox:
Et me natalem mors rapit ante diem.
Et hoc Germanicum de Eva primâ matre viventium:
Ein Jungfraw eines Tages alt/
Nam ein Mann gar wol gestalt/
Vnd ehe vergieng ein gantzes Jahr/
Sie jhm ein jungen Sohn gebahr.
Sie starb auch ehe sie ward geborn/
Jhr Leib vnd Seel ist vnverlohrn.
Argutia in hoc genere commendatur, & certè acuunt ænigmata ingenium. Innumera suppeditabit Ænigm. Reus.]

Hujus species quædam sunt; Logogriphus. Anagrammatismus, Acrostichis, Eteostichon, Echo, Palindromon.

XIX. LOGOGRIPHVS.

Logogriphus est carmen ænigmaticum, ex eodem

eodem Nomine multa significata eruens, vel retrò lecto vel in syllabas dissipato, vel literis demtis, aliisvé additis; quæ significata figuratis verbis exponuntur.

Α᾽ λόγος & γρῖφος. *Vocatur etiam simpliciter γρῖφος, id est, Nassa, quod est vas vimineum; hinc γριπεῖς, id est, Piscatores & αἰνιγματώδεις verborum perplexitates dicuntur γρῖφοι, quòd sint intorta & flexuosa verba, ut viminum, laquei & nodi, ex quibus nassa contexta sunt:* Ivo Villiom.

[*Hoc genus ænigmatis Scaliger se excogitasse profitetur* l. i. c. ult. *qua de re peculiarem libellum factum, inscripsit* Logogriphos. *Exemplum. E. Mens, fit M & ENS.*

Quod sibi nolebant parci licuisse Latini,
Exibit, primo si vertice *Millia* tollas.
Omnia si sunt hic, cur omnibus addita Mille?

Id est, ablato M manet Ens, si Ens, ergò omnia sunt Si omnia, cur mille, id est, M à fronte additur? Sic è Muf-ca-tum, *fit* Mus, Musca, Mastum. *Vnde Distichon:*

Si caput est, currit: ventrem superadde, volabit:
Adde pedem, comedes, & sine ventre bibes.

Tale est illud:

Redde mihi mediam, Lunam Solem & Canis iram.
Atq; una totum te mihi tradideris.

Id est, COR. Joseph. Scaliger *in Epistolis differentiam Griphorum & Ænigmatum docet, illorum obscuritatem, inquiens, in verbis, posteriorum in sententia consistere, & facilè deprehendi, si ansam aliquam habueris, hoc est, si aliquid occurrat, quod non ignoretur, ut apud Gellium ex Varrone de Termino, non ignoratur, qui ovi ipsi magno noluit concedere. At aliter in Griphis occurrit, in quibus, quot verba, & tot αἰνιγματώδη sunt. Huc pertinet Alexandri illud spectrum, σὰ Τύρος, id est, σὰ Τύρος, tua Tyrus, cum Tyrum expugnaturus esset. Plutarch. in Alexand. Vide & Ænigmatographiam Reusneri, Lauterbachii, & aliorum.*]

XX.



XX. ANAGRAMMATISMVS.

Anagrammaticum carmen eſt, quod Anagrammatiſmos evolvit.

Anagramma vel Anagrammatiſmus, eſt ænigma ex tranſpoſitione literarum omnium in Nomine, *id eſt, quando aliæ voces ex tranſpoſitis literis, vel ſyllabis eruuntur, quæ certum ſenſum gignunt.*

Ab ἀνὰ & γράμμα quaſi reſolutio literarum. Appellatur & μεταστοιχείωσις, id eſt tranſpoſitio elementorum.

[Quoniam Anagrammatiſmis carmina addi vel iidem verſibus includi ſolent, quibus explicentur, & obſcuritas, ſi qua eſt, evolvatur; ideò hoc loco eos conjunctim ponere libuit: Neq; enim convenientior locus occurrebat. Exempla *Anagrammatum ſunt innumera, ut:*

Ex Ludovicus, *Fit* Luco divus. *Ex* Fridericus *Fit*, Fide curris. Ex Philippus Landgravius Haſſiæ, *prodit*: Pia planta! vi ſurgis ſpe laudis. *Sic ex* Anagramatiſmus *fit*: Magna ſumma artis. *Et*: Mimus amans grata.

Eſt autem vetuſtum admodum Anagrammatis inventum, haud dubiè ab Hebræis eorumq; Cabala ortum, ut non temerè arbitratur Guil. Blancus tract. de Anagramm. *Illi enim juxta primam partem Cabalæ per Gematriia literas tranſponunt, ut Eſai. 40. v. 26.*

Micellech bara: *quis creavit hæc*: Per *anagramma* Bara elohim, *creavit Deus*: Gen. 1. v. 1. Reuchlin. lib. 1. Cabal. *Sæpè etiam valore numeri literæ invicem permutantur. Quorum exemplorum plenus eſt liber dictus* Arba Turim. *Adeoq; ſingularem argutiam inde aucupantur Cabaliſtæ. Quod quidem in lingua Hebræa perfacile eſt, cum remotis punctis literæ conſonantes ad varias vocum permutationes, aliis atq; aliis vocalibus ſubintellectis, promptiſſimè ſe offerant: At ſæpe magna cum jucunditate videre eſt, voces ita permutatas ſenſu ſibi invicem plane correſpondere. Videat, qui volet, marginalia Bibliorum Maſorethicorum (ultimæ editio-*


editionis) *excerpta ex* Baal Turim *Apud Graecos Antiquissimus anagrammatistes memoratur Lycophron, tempore Ptolemai Philadelphi; cui admodum carus ob istam artem fuit. Vocavit illum Lycophron per anagramma:*

Πτολεμαῖος· ἀπὸ μέλιτος: *& Reginam.* ἀρσινόη; ἴον ἥρας, *&c.* Isaaicus Tzezes proleg. in Lycophr.

Meminit & Anagrammatismi Eustath. Iliad. 1. v. 55. *& multa exempla affert, ut:* φλύαρος, φλαῦρος, χόλος ὄχλος, ἀρετή, ἐρατή, *&c. Sunt & apud Euripidem exempla, ut* οὐ μάντεως ὅτου ἔμενες, οὐ χρόνου σκίψεων ἐνείμας. *Apud* Bernhardum *est illud:* EVA, AVE; *nisi mavis id Palindromon appellare. Apud* Hom. Iliad. α. v. 24. 25. μῦθος *sermo;* θυμὸς *animus:* ἥρα *Iuno, est,* ἀὴρ *aër. Caeterùm in Anagrammate omnes literae nominis reperiri debent, ita ut nec ulla omittatur, nec nova asciscatur, nec una in aliam mutetur. Haec enim lex anagrammatismi est, ut neq; literarum aliquid detrahatur, neq; addatur, neq; immutetur, Secus quàm fit in Logogriphis. Sed tamen aliquando nobis aliquid remittitur de hoc stricto anagrammatismi jure, si non primaria sit nominis litera, quae rejicitur, vel additur, vel mutatur, sed aliqua ex illis sine quibus posset facilè per se subsistere nomen.* Blanc. d. l. *ut fit saepè in peregrinis, verbi gratia Henricus, Heinricus, Hainricus, Fredericus, Friederichus, Fridericus, Federicus, ex Graeco* φιδηρῖκος: *praesertim si elegans sit sensus. Item litera Peregrina, ut K, Y, W, solet resolvi: ut Y in duo II, K in C. W in VV; & diphthongi Æ & OE, E in sua simplicia. Z in Ts, & SS, à quibusdam dissolvitur. De H notandum, pro arbitrio scribentis vel retineri, vel abjici posse, quia à quibusdam magis pro aspiratione quam literâ habetur. I autem & V, vel pro vocalibus, vel pro consonantibus, prout commodum fuerit, usurpare licet. In Graecis etiam diphthongos dissolvere nihil prohibet: ut ει in ι. α. Sed de jota subscripto sciendum, rectiùs illud literis connumerari. Verùm accentuum & spirituum nulla habetur ratio: ut in illo quod* Auratus *primus Galliae Anagrammatistes fecit.* Ἰησοῦς, σὺ ἡ οἶς; Tu es ille agnus.

Caeterùm observanda quantum fieri potest, communis &

V *à pro-*



à probatis recepta Orthographia. Qui enim suo arbitrio nomina mutare, torquere & excruciare volet, non is tam ex nomine Anagramma, quàm ex Anagrammate nomen conficiet & ridendum se doctis propinabit. Quod si nomen rarum sit, nec usitatum aut peregrinum, ad analogiam reliquorum erit revocandum. Conclusio est: Anagrammatismum tantò propiùs ad perfectionem accedere, quantò longiùs abest ab omni licentia. Blanc. d. l. *Species quædam est Anagrammatismi, quando syllabæ commutantur, ut Roma, Mora, Porrò licet & interdum notas numerales in Anagrammatismum inferre, prout communis scribendi ratio postulat, verbi gratia.*

Rudolfus II. *id est* Secundus, Vi floridus.

Id quod & in perveteri hoc trochaico videre est:

Quippe malim unum Catonem quā CCC. Socratas.

At nomen ipsum præstat integrum scribi. Neque enim pro Petro aut Paulo scribam simplex P. Alioquin excitandi ab inferis essent Valerius Probus & Petrus Diaconus, qui has singulares nominum literas, ut à Gell. l. 17. c. 9. vocantur, interpretarentur. Notandum & illud, non tantum nomina gentilitia, sed & nomina officiorum & dignitatum anagrammatismo tracti, ut Iohann. Garsa.

Rudolphus Secundus de Austria Imperator.

Ardoris vacuus tu de splendore triumphas.

Ubi etiam versu includitur anagrammatismus. Quod ut difficillimum, ita longè est artificiosissimum. Tale est Frischlini de Imperatore:

RUDOLPHUS SECUNDUS, DEI GRATIA electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ ac Bohemiæ rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Comes Tyrolis [illegible]

Hic hic è magno grege [illegible] & orbis asylum,

Heros præsignis, Davides alter, & alter

Ævo huic Adriades, verum [illegible] & numen amicum.

Pax pugnæ, crux tarda reo. Vox cætera dura.

Addemus & Sebastiani Hornmoldi non minùs artificiosum, licet extra numerum:

Ru-

RVDOLPHVS SECVNDVS, DEI GRATIA Romanorum Imperator, semper Augustus, Germaniæ, Vngariæ, Boheimiæ, Dalmatiæ, Crovatiæ & Sclavoniæ Rex: Archidux Austriæ: Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & VVirtembergæ: Comes Tyrolis, &c.

Revera hic rex de Deo, beatæ hujus terræ Germanicæ patriæ nostræ peramœnæ unica salus, lux & corona: Dux imperii comis & benignus, Deo charus, ut olim Hebræus David: cui magna majestas, gravior gratia & ardua virtus rem ac gloriam tulit.

Sic hoc Anagramma Heroicum, M. A. in honorem Imperatoris Matthiæ I. cui ipsius Symbolum inest:

MATTHIAS invictissimus Romanorum CÆSAR;
Tu fies Mars insomnis; Amat victoria curam.

His adjicere libuit hoc nostrum in Nuptias Illustrissimorum Principp. d. 4. Calend Sextil. anno 1610 celebratas:

PHILIPPVS, LANDGRAVIVS HASSIÆ, *Comes in Cattenelnbogen, Decia, Ziegenhaino, & cætera, atq; Anna Margarita Comes Deisoltia & Brunchorstii; Domina in Burchelohe.*

Conjugio benedicat ei Pater ætheris alti,
Dona ferens thalami nomine req; pii.
Sit proles, crescat generosa, ac multa vigescat,
Connubio tali Magna bene adveniant.

Quo in genere El. Reusnerus singularem felicitatem experitur: Sed quæ non cuivis obtingat. Quare Poëtices studiosum, nisi peculiarem naturæ influxum sortitus fuerit (quod tamen vix uni è mille datum est) potiùs dehortamur à tali carnificina ingenii, & monemus fideliter, ut bonas horas meliùs collocet.

De usu Anagrammatis breviter. Sortibus adscripsit Peucerus de divinatione. Fit tàm in vituperium quàm in laudem sed non ita, quasi argumenta apodictica laudis vituperiivé præbeat: quemadmodum Cratylus olim & Heracli-

tus ex superstitione Cabalistica vocabulis naturalem dam vim inesse somniarunt. Vsus eorum non solum Latinos est, sed etiam apud Germanos invaluit, item Gallos, Italos, Britanos & alias nationes. Sunt equi terdum nomina ominosa, verbi gratia, Philipporum cedonia, (de quibus oraculum extat, quod alter reg florem, alter in cinerem redacturus esset.) Item Abr Isaac, Iacobi, Nabal, &c. qualia notantur & in ai Ζω patre & filio; αἵμων & μαίων itidem patre & fi de omnibus ubiq; id affirmare temerarium & stolid rit, cùm sæpe ex eodem nomine contraria provenir mus. Vnde eleganter Taubmannus comparat ea fo typis Typographicis, dicens:

Queis hominem laudant Elementis, carpere p
Et culpæ & laudis Nomina semen habe
Æmula Chalcographis opera est ea prorsus:
Dedecus atq; decus qui struere ære sole

Hinc Sabinorum somnia *appellat, quia Sabini volebant somniabant. Summa: est lusus quidam autoris exprimens affectum, qui adjecto epigramma ratur. Vbi danda opera, ut epigramma anagramm mnibus respondeat & omnia aptè & venustè inte reant. Improbanda verò quorundam est curiosit quolibet nomine cudere anagrammata conantu cum bonarum horarum dispendio se miserè torque bus reverâ anagrammatismi sunt carnificina ing rectè Paganus celebris Poëta Hassus olim dixerat.*

XXI. ETEOSTICHON.

Eteostichon est carmen Ænigmaticu ris numeralibus certum annum design

Ab ἔτος annus & στίχος versus. Alio nomi στίχον χρονόμετρον, ἐπολογικόν.

[Talia in præcipuas historias veteris testamen licitate concinnavit Iacobus Zucvvolfius, aliiq; bus complures, ut Eobanus in expugnatione Mon anno 1535.

Urbe Monasterio Capta FranCIsCe tVLIstI
FrIVoLa pannIfICI sVb IVga regIs opes.
Item: RegIs CarnIfICIs, VatIs, SartorIs In Vno
CIVe MonasterII Westphala faCta Leges.
Talia sunt & ista:
OCCVbIt patrIo bellator CIngLIus ense,
Et pressa est arMIs gens popVLosa sVIs.
Item, Rustica seditio:
Et CIVes Ipsos consVadere tenrat & arCes,
RVstICa Vesana ConDItIone Cohors.
Sic anno 1248. Sophia Hassia Landgravia patrimonium suũ ab Henrico illust. March. Misnia, & Turin. reposcebat,
HassIæ opes SophIe patrIasque eXposCIt habenas;
PosCere opes patrIas IVsqVe pIVMqVe sInVnt.
Sic Dominicus Baudius aliquot Eteosticha rhythmis seu versibus Leoninis inclusit, quod in hisce ingeniorum lusibus aliquam venustatem habet:
Epitaphium Caroli V. Imperatoris. 1557.
CaroLVs est IntVs, reCVbans hoC noMIne QVINtVs;
Ex rebVs gestIs relIqVa haVt nesCIre potestIs.
Henricus III. Rex Galliarum à Monacho confoditur, 1589.
CVLter CLaVstraLIs regI extItIt eXItIaLIs:
VeXetVr, qVIsqVIs MonaChIs erIt æqVVs InIqVIs.
Lex hujus carminis sicut & Anagrammatismi est, ut litera nulla numeralis vel desit vel supersit: omnes enim connumerantur. Frequens est numerorum resolutio, ut si pro M. ponantur, DD. pro D, CCCCC: pro C. LL. pro X, VV, &c. prout carminis ratio postulat, & exemplis allegatis patet. Sed cavendum, ne vulgato scribendi modo IX. pro novem, XC pro nonagita, IV, pro quatuor, &c. numerentur. Habetur enim hic ratio collectionis non collocationis numerorum. Sæpè in versu & mensis & dies rei gestæ adduntur, quod non caret artificio: Nonnunquam & ἰπολογία extra carmen invenitur, ut:

RVDoLphVs ReX RoManVs. 1575. *Et*
RVDolphVs IMperator AVgVstVs, 1576. *Item*
Matthias InDVperator CoronatVs, 1612. *Sic*
NoVa ACaDeMIa GIessena Anno 1607. *Iura & Privilegia Cæsarea accipiebat. Ejusmodi lusus apud Hebræos usitati sunt in frontispiciis librorum. Semper enim annum libri excusi tali voce designant è Bibliis desumtâ quæ numero respondeat. Ad ejus imitationem annos æra Christianæ quosdam, nos integris sententiis Bibliis expressimus, ut: Psal.* 119. v. 37. *dat* 1606. *Et Psal.* 119. 11. *eundem. Item Psal.* 111. 10. *dat annum* 1612 *&c. Quo in genere, parvâ factâ mutatione vel* He demonstrativi *vel* Wan præfixi, *& alii quoq; anni emergere possunt, si quis animi gratiâ temporis aliquid ludicris istis velit tribuere.*

Græca Eteosticha non inveniuntur: fortè quòd sint difficiliora. Carent enim Græci notâ majusculâ quinquagenarii, item quingentenarii; Et M. nota myriadis longiùs in numeros excurrit, sicut & altera ratio numerandi per literas singulas. Cæterùm notæ numerorum majusculæ apud Græcos, ut hoc obiter adjiciamus) hæ sunt ex Herodiano: I. unitas Π. quinq;, Δ. decem. H. centum. X. mille. M. myrias seu decies mille. Quælibet est ex integra sui numeri voce desumpta, ut Π ex πέντε, Δ. ex δέκα, H. ex Ηεκατὸν, (ita enim veteres aspirationem scribebant:) Sola I. *unitas Latinorum more scribitur.*

Huc referre licet nomina ἰσόψηφα, id est, quæ licet diversa sint, eundem tamen numerum literis comprehensum exhibent, (de quibus suprà aliquid tetigimus in Anagrammatismo) ut Epigramm. lib. 5. δαμαγόραν & λοιμὸν, id est, Demagoram & pestem ἰσόψηφα esse salso epigrammate ostenditur. Erat enim ille Reipub. pestis. Sic Νεῖλος *Nilus &* Μῖνος *Mœnus fluvii, exhibent collectis literis* 365: *quot nempè dies annus continet. Vnde apud* Heliodorum lib. 9. *legimus, Nilum nihil aliud esse, quàm Annum.* Sic Cabalistæ *per ἰσοψηφίας colligunt, voces* Schylo *Gen.* 49. *v.* 10. *significare* Messiam, *quia utrumq; continet numerum* 358. Sic *[illegible] & [illegible] item ἡ μῖσα ἡ [illegible], quod*

Christi

Christ. Agricola *invenit item Hebræum* Romiith, *Et nostrum illud Hebræum* Missath Ha Pappa, *id est, Romana (sc. Ecclesia) & Missa Papa, exhibent numerum Antichristi* 666. Apoc. 13. v. 18. *Sic Itali, Assentatores Pontificii, libros suos Paulo Quinto, modimperanti Papæ inscripserunt hisce verbis:* Paulo V. vice Deo *inscii, quòd in iisdem verbis idem numerus bestiæ lateat. Porro talia propriè quidem ad Poëticam non pertinent, hactenus tamen faciunt ad Poëta informationem, in quantum materiam sæpè accommodatissimam suppeditant scribendo carmini, in primis Epigrammati.*]

XXII. ACROSTICHIS.

Acrostichis est carmen ænigmaticum, cujus literæ initiales, è singulis versibus collectæ certi aliquid exhibent, *seu: Quod ex primis cujusq; versus literis aliquid connectit.*

Ab ἄκρος *extimus &* στίχος, *versus.*

Fit istud duobus modis. 1. *Quando versuum series observatur, eáque frequentior est & elegantior. Talia sunt omnia argumenta Plautinarum Comœdiarum, eorumq; imitatione argumenta Aristophanicarum Latinarum Frischlini. Tales sunt Acrostichides Sibyllinæ, quorum una has voces exhibet,* Ἰησοῦς χριστὸς Θεοῦ υἱὸς, σωτὴρ, σταυρὸς, *quòd sanè, mirandum est, ab Eusebio etiam inter* ἀξιοπίστα *relatum. Meminit Sibyllinorum carminum &* Cicero 2. de Divin. *& citat hujus generis alia ex Ennio. Exemplum item occurrit in* Palingenii lib. 1. *versibus primis:* Marcellus Palingenius Poëta Stellatus. *Item initio Libra. Acrostichis interdum fit in versuum initiis, interdum finibus, interdum medio, quæ appellari potest* μεσοστιχὶς, *aliquando omnia concurrunt, ut ille Michaëlis Raidi de nomine* Jesus:

I nter cuncta micans I gniti sidera cœl I
E xpellit tenebras E toto Phœbus ut orb E
S ic cæcas renovat J E S U S caliginis umbra S
V ivificansque simul V ero præcordia mot V
S olem justitiæ S ese probat esse beati S

II. Alter modus est, quando literæ initiales aut finales sparsim colligendæ sunt. Extat inter Melissi Schediasmata tale Gallicum. Est & alius modus, quo usus est Agapetus, quando 72. paragraphorum principes literæ hanc inscriptionem totidem Elementis continent:

Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ, Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος.

Item apud Gr. Nazianz. pag. 1016 *hæc legitur:*

Γρηγόρου ἱερῆος ἀείσματά τε στιχαῖτε:
Τέρπεσθ' οἷσι φίλον τήμασιν ἡμετέροις.

Hoc modo Nomen Fridericus in disticho colligitur in veteri Carmine apud Cuspin. Serar. & alios.

Fre fremit in mundo, *de* depremit alta profundo.
Ri rigidum flectit, *cus* cuspis mucroq; plectit.

Neq; infrequens est hic modus, quando per capitales vocularum literas vocabulum aut sententia colligitur: ut in hoc Epigrammate Ioh. Lauterbach. De voto Posthimelisseo.

EBRIETAS:

Si jungatur Equo Briareus, Rana, Ibis, Echinus.
Taurus, Aper. Satyrus: quid fieri inde putas?
Monstrum, quo toto nihil est deformius orbe,
Deliciæ juvenum, deliciæque senum.

Est hoc Cabalistis solenne, juxta secundam partem Cabalæ, quam Notarjækon *appellant. item* Rasche Teboth, *id est, capita dictionum. Exempla sunt in* Baal Turim, *extra carmen.*

Huc pertinet, quando unius Carminis omnia vocabula ab una litera incipiunt, qualis est Pugna Porcorũ: Christus Crucifixus: Paupertas Poëtarum, & alia, quæ habet Cardanus lib. 15. de Subtilitate:

Ita in Anthologia Græca Epigram. Acrostichis Alphabetica est in Bacchum, & alia.

Ita

Ita quoq; laudat Scaliger carmina Rabani Mauri de Sancta cruce, quæ in ſeſe certas imagines habent, omnes tamen ad crucis formam compoſitas, è quibus pro charta hujus modulo & capacitate hoc fruſtrum è Figura XIII. ponimus, cujus principium Exempli gratia dedit Cardanus.

Purpureo regis ſub tacturoſcida fulgens
Aeternoesradiostantintenampievincte
Ædesturritaeexhocdudumeſtnonnebeata
Machinaetiipſadeiaraeetquivsitsvprema
Larhocneeſtetmiralucernahocoriatota
Agn:hocstatuitſignansqoqueriteviando
Veraſaluſiſtaquosverusfonsbonitatis
Estbenedictioq; ſacravitamorpietasque
Sanctaſalutisluxetvitaredemptiovera
Inq; domuprincepsdonumdatpacisinorbem
Juraq; amicitiaehincfirmauitdepoſuitq;
Asſcitaantiquiniſuſq̃texitiemsmorscū
Inlecebrilusucircaignemnoxiaenimſic
Pellaxdecipitetſocordemubiinqietato
Conſpexit voto jam arridens vinxit aperte.

Crux prior in sese continet hoc distichon Hexam... cujus primus versus in longitudine, alter in latitu...

Nunc canam at exoras Jesum abdere & udà p...
Vera salus ista est benedictio sancta salutis.

Crux posterior habet hoc distichon, eo modo quo prior...

In toto ipse manens tenet ipseq; vivit in omn...
Fons bonitatis, amor, pietasq; redemtio vera.

Singuli autem versus Carminis constant literis 3... sus v. crucium sunt 39. literarum. Caeterùm, quae... hic usurpata sint, quilibet lector ipse cognoscet, & Ca... quasdam signavit quas Scaliger Exercet. 318. pro sub... te habet: Ita ante quadraginta quasi annos Michaë... *dus Poëta ingeniosus Saxonica, Hassiaca & Hersfel... insignia & alia quaedam carminibus inclusit, figuris... & imaginibus omnia affabrè expressit. Sic proximò p... dente anno cũ invictissimus & Clementissimus noster... Aug.* MATTHIAS I. *Caesareâ coronâ insigniretur f... ingenia egregia horum generum specimina ex sese edid... quae praestantissimus vir & Poëta Dn.* Bernhardus Pr... rius *Reipubl. Noribergensis Syndicus, Amicus & conti... neus noster honorãdus collegit & typis iterum promulg...*

XXIII. ECHO.

Echo est carmen, quod in fine periodor... syllabas extremas repetit, quae aut praeced... tem sententiam illustrant, aut diversum aliq... vel etiam contrarium aut prorsus inexpec... tum subinferunt: ut, *Quisnám clamor?* amor, *q... nám furor?* uror.

Ἠχὼ Graecè resonantia. Repraesentat enim natura... vocis reflexionem, quae in sylvis cavisq; locis observatur... bi semper extremae voces seu syllabae repetitae geminatae ... diuntur.

[*Interdum ingreditur carmen ipsum, interdum ea rat... ne ad finẽ versus respondet, ut non sit ejus particula. Ponit... autem vel in medio, vel in principio, vel fine versus, indisc...*

min...

minatim, interdum v. certis versuum finibus per totũ carmen continuatur. Deducitur carmen plerumq; per interrogationes quibus Echo respondet non tamen semper. Omninò carmen elegantius, in quibus plures Echones, propterea q; non admodum spectatur versuum elegantia. Existimat Scaliger l. 3 c. 126 extremas literas posse mutari, modo vocaliũ sonus integer servetur: ut si quis ex ἐπίσκοπος repetat non κόπος, sed πόκος. Verùm Poetarũ usus id nondum approbavit; hoc enim non esset sonum repetere, quod Echus proprium, sed mutare. Illud tamen concedendum est, quod literas substituere liceat ejusdem valoris, velut D & T. F & V, & F H, I & G. ut crepitare, *dare.* vivere, *fere. Sic Æ OE & E, ut* mœstus, *æstus,* cædit, *edit, &c. Scaligero teste, lib. 2. c. 29. quia sonus hac ratione non vitiatur Licet & H præfigere, ut* cur mœret? hæret. *Conceditur etiam Græcas responsiunculas apponere, sed non ita frequenter, ut:* ——— ab omni

Opto probri immunem ducere labe, *λαβὶ. Et*
Dii facite, his fœlix feros extendat in annos
Parcarum Lachesis aurea fila *φίλα. Item*
Utraq; verno ævi flore decora. *Κόρα.*

Concinniores sunt, quæ è præcedentibus vocibus novas eliciunt, ut ἄ phebus, Phœbus, à rabie, Arabiæ, Clamor, Amor, Tangit, Angit Posteritas, Erit as. Divitiis, vitiis, &c. *Vide Scal. iterum d. l. Voluerunt autem quidam Echonem tantùm esse monosyllabam, sed Scalig. judicat, quantò sint syllabæ plures, tantò esse acutiorem, ut apud Aristoph. Equit. μαχίζαιτο, χίζαιτο. Exemplum ipsius Scaligeri ludentis.*

Quidnam significat Scaliger? *Alger.*

Exempla multa apud G. Sabinum, Seb. Schefferum, N. Reusnerũ, N. Nomesejum & alios, è quibus est Echo Franc. Panigarolæ, cùm propter materiam, tum compositionis elegantiam, non contemnenda:

Hæc Bethlemitæ Pastores verba referre,
Audita est Echo, quæ juga montis habet.
Quis natus? dixit, *natus.* Patrisné Judæi?
Illa, *Dei.* Verusné est homo? dixit *homo.*

Atque



Atq; hic idem, nonne Deus remanet? *manet:*
Ut Pater omnipotens? retulit ista, *Potens*
Hunc quid de cœlis duxit? *Lis duxit*, at istam,
Dic utrum vincet? *vincet*, & ipsa refert.
Litis erat radix longæva? *Eva*, an mala? *ma*
Non gula sic potuit? illa refert, *potuit*.
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, *agnu*
Ipse ait hoc? *ait hoc*, cur ita clamat? *amat*.
Is majus nostro nunquid dare possit amori?
Reddidit illa nihil quam gemebunda, *mo*
Hoc faciet? *faciet*. moriens? *Oriens* Deus ille?
Heus ille, est forsan causa tua? *ausa tua*.
Diligere hunc ergo par est super omnia Christu
Istum, nonne Deum? dixit, *Eum* & tacuit.

Excidit nonnunquam Echo Poëtis incuriâ, quæ repr. ditur à Scalig ut Horat. esse pares res. *Apud Græcos ir gram primùm Echones tentata fuerunt, sed frigidè. Martial. Echo sibi Græculam non recantare dixit. Cre. tamen Echonis iterationem Scaliger non videtur pre lib. 7. ubi de Bembo agit, dicit enim: Quibus dicendi n à vulgo segregari posse arbitrati sunt Poëtæ nostri eos n mè sunt secuti, icciréò nemo est qui non aliquid de Ech*

Mirabile est quod de Echone quadam Romana scrib in via Appia, quæ unum versum integrum octies art *latè refert, sæpiúsq; confusè, cùm in reliquis extrema ta syllaba exaudiantur.* Vide Itinerarium Italiæ Scott *227. Ita non longè à Parisiis, ubi Matrona Sequana m tur, auditur Echo* τρισκαιδεκάφωνος, *quæ ter decies hu nam reddit vocem. quæq; (quod admiratione dignum m re) quadrisyllabum integrè & perfectè quater quinqui resonat. Vide Paul. Merulam pag. 481. Cosmogr. Sic Plin lib. 36. cap. 15. memorat in urbe Cyzici turres septem ac ptas voces numerosiore repercussu multiplicare, &c. Et ex oppidum hoc Giessenum, uno atq; altero loco circa fossam, fractus valli vocem bis articulatè & quidem post interv lum reddit. Caterùm, Echonis fabulam & Exemplum volet, legat apud Ovid. lib. 3. metam. fab. 8.]*

XXI

XXIV. PALINDROMON.

Palindromon est carmen ænigmaticum, quod antrorsum & retrorsum sive eodem sensu sive contrario aut prorsus alieno legi potest.

Ἀ`ναπάλιν & δρόμος, id est, recurrens, ut Sidonius appellat, seu reciprocum, ἀντίστροφον. Releguntur autem vel dictiones integræ, vel singulæ literæ. Prius appellatur ab inventore Sotadicum, posterius καρκῖνος, id est, cancer, à Scaligero δίαυλον dicitur, lib. 2. cap. 30.

[*Exempla Prioris.* Scaligeri.
Fata sibi Medulus fabricans est perfidus hostis.
Et vicissim. Hostis perfidus est fabricans Medulus sibi fata.
Virg. Æn. 1. Musa mihi caussas memora quo numine læso (Musa.
Et vicissim: Læso numine quo memora causas mihi
Ejusdem: Ille rapit calidum frustrà de vulnere telum;
Telum vulnere de frustrà calidum rapit ille:
Murmelii: Donet munera mel, non fel, pax candida nobis: *Inverte, habebis contrarium.*

Interdum ex inversione aliud carminis genus emergit, ut:

Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

Inverte, habebis pentametrum.

Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

Nec infrequens est, ut ex Pentametro inverso, sive retrò lecto fiat Iambicus Senarius, etiam nonnunquam præter intentionem & cogitationẽ autoris. Exemplum è Scal. l. 2. c. 30.

Altera regressu metra recursa meant.
Meant recursa metra regressu altera.

Sic quis putet Ovidium, l. 5. Trist. El. 12: studio hunc dedisse Iambicum retrogradum?

Meam secuta pœna culpam est mollior.

Talis & hic Eobani lib. 3. Epist. Heroid.

Diceris & verum posse docere Deum,
Et Psal. 9. Nominis ut celebrem facta stupenda tui.

Et hic Taubmanni, Melod. p. 304.

Germinis atroci lusca tyranna manu.

Et hic Seb. Hornmoldi lib. 2. Eleg. 6.

Potest parare tanta quicquam aut Angelus.

Et Eleg seq. Facit serena corda procerum & Cæsaris

Et hic D. Ioh Munsteri, P.C.

Obit peremtus cæde morbi aut Saucius.

Vbi observandum, ut primum ac penultimum vocabulum Elegiaci sit trisyllabum, ultimum bisyllabum & Ellisionis subsidio conficies quod voles. Distichon integrum Philelphi reperitur in quendam Pontificem, iisdem contrario sensu, si invertatur.

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,

Scandere te fecit, hoc decus egregium

Sic: Conjugium tibi sit blandum nec gaudia sumas

Ista, sis felix, nec citò disperas;

Hujus Elegiaci traduntur certæ leges. 1. Vt primum tàm hexametri quàm pentametri pes sit dactylus, itemq; secundus hexametri. 2. Vt postrema dictio pentametri sit quadrisyllaba. Vt omnis elisio vitetur. Si velis contrarium sensum, opus est quartum hexametri pedem in monosyllabum negativum desinere, velut exempla allata ostendunt.

Posterioris exempla rarissima sunt, quia difficilima & propriè καρκίνοι à Græcis dicuntur. Circumfertur illud Diaboli ad Pontificem:

Signa te signa, temerè me tangis & angis,

Roma tibi, subitò moribus ibit amor.

Tale & nostrum illud ad Christum, cujus posteriores duo versus sunt καρκίνοι:

Pestis atrox & Turca furunt, quid Christe moraris

Fidelibus tuis adesse? Poli Deus

Axe veni matutini tutamine, vexa:

Unà malos sub manibus sola manu.

Itemq; istud, apud Scal. l. 2. p. 195.

Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis.

Extant & quædam Græca; ut:

νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν, *id est,*

Elue peccata non solum vultum.

Plu-

Plura vide in Ænigmatographia Reusneri & Lauterbachii, lege item Ivon. Villiomarum contra Rob. Titum lib. 3 controv. cap. 21. & 22. Porrò si quis cum Scalig. malit hanc appellare affectionem carminis, non repugnabimus. Nos propter affinitatem scirupis annumerare voluimus. Ejusmodi verò lusus Cabalistici complures sunt, qui ob varietatem ad certas classes redigi non possunt. Quodlibet enim ferè ingenium novos in literis & syllabis griphos excogitat. Huc referri possunt scyphi, corolla, insignia Principum, & id genus alia. Cujus generis & illa sunt ἀντ ἀνάγραμμα à Græcis dicta:

Dilige *Luxuriam*, vitium *cole*, destrue *sanctos:*
Justitiam *fuge* sperne *Deum*, Satanam *reverere*.

Item:

Quæ P propter pec per
ira Dei attis cata emit.
M fr facies pla red

Itemq; Versus Quadrati, cujus Exemplum est hoc Bardesholmiæ in monasterii Templo.

EPITAPHIUM EPISCOPI VICELINI.

Aldenburch	*Præsul*	*Holsatis*	*Nobile*	*Germen*
Præsul	*finalis*	*præstans*	*tutamen*	*Alumnis*
Holsatis	*præstans*	*lumen*	*purissima*	*Gemma*
Nobile	*tutamen*	*purissima*	*gemma*	*refulgens*
Germen	*alumnis*	*gemma*	*refulgens*	*ô Viceline:*

Sic hi versus transmutari possunt, singuli Vndequadragies millies mille & nongenties sedecies mille & octingentis vicibus. 399.16.800.

Lex, Grex, Rex, Res, Spes, Jus, Thus, Sal, Sol, *bona*, Lux, Laus.
Mars, Mors, Sors, Fraus, Fex, Scyx, Nox, Crux, Pus, *mala*, Vis, Lis.

Ita tamen ut Adjectiva Bona & Mala, *semper in quintam regionem ad constituendum Dactylum reserventur, Thom. Lansius.*]

CAPUT VI.

DE EPIGRAMMATE ET ODE.

HÆc & similia carmina si brevia sint & arguta, vocantur Epigrammata:

[Talia autem ferè sunt Emblemata, Ænigmata, Epitaphia, &c.]

Si brevia & Lyrico carmine conscripta, appellantur Odæ.

DE EPIGRAMMATE.

Epigramma igitur est carmen breve & argutum.

Scaliger ita: Poëma breve cum simplici cujuspiam rei indicatione: aut ex propositis aliquid deducens. Ab ἐπιγράφειν, *inscribendo; quòd olim in laudem rei vel vituperium inscriberetur vel affigeretur.*

[Epigramma primùm quamvis inscriptionem in statuis, trophæis, imaginibus, clypeis, navibus, sepulchris, delubris, ædificiis, &c. significabat, factum in laudem vel vituperiū: postea usus obtinuit, ut numeris poëticis clauderetur. Deinceps quodvis poëma elegans breve & accutum, Epigramma dici cœptum est, sive laudem seu vituperium, triste vel latum aliquid contineret, nullo ad inscriptionem respectu habito. Requisitum epigrammatis est Arguta brevitas: *Plin. epist. de exercitat. styli.* Breve *debet esse, quia est quædam inscriptio: neq; in prolixitate argutia consistere potest. Apud Martial. reperitur monostichon, lib. 8.*

Pauper videri Cinna vult, & est pauper,

Qua de re extat distichon pulcherrimum Epigramm. Græcorum, lib. 1.

Πᾶν καλὸν ἐς' ἐπίγραμμα τὸ δίςιχον, ἢν δὲ παρέλθῃς
Τὺς τρεῖς ῥαψῳδεῖς οὐκ ἐπίγραμμα λέγεις. Id est,
Distichon est Epigramma bonum; sin creverit illud,

Ritè

Sed non convenit istud pro immutabili lege haberi. Rectè siquidem Scaliger: Brevitatem, inquit, *intelligemus non definitam, nam & monostichon est apud Martial. & aliquot satis longa, si alia spectes, lib. 3. c. 126.* Argutia *autem est anima epigrammatis, qua destitutum friget. Quicquid igitur est salsum, urbanum, acutum, ambiguè & concisè dictum, rectè Epigrammati inseretur. Generatur autem acumen istud cùm aliis modis, tùm hoc frequenter, si conclusio aut non expectata aut expectationi planè contraria sequitur. Captatur etiam ex ambiguitate vocis: Exemplo est illud in Alexandrum Papam:*

Vendit Alexander claves, altaria, Christum:
Vendere jure potest, emerat ipse priùs.

Et illud Borsardi in BONAM:

Qui, Bona, cunque tibi sacro in Baptismate nomen
Imposuit, verè hic omnibus imposuit.

Item hoc G. Sabini in Vrbanum:

Diceris Urbanus: sed nominis immemor hujus,
Semper Inurbanus, cum bibis, esse soles.

Item illud P. Melissi in Gregorium:

Stertis ad undecimam somnoq; meroq; sepultus;
Quàm malè defendis nomina Gregorii!

Et hoc ejusdem in Maleri tumulum:

Qui jacet hîc μαλερὸς nomine req; fuit.

Sic apud Eur. Cordum D. Petrus ad Papam Iulium Secundum, Cœli portas reservare conantem & sese jure merito intromitti postulantem, ait:

Quod quis vendiderit, non putet esse suum.

Item illud lepidissimum Catulli, de villa pignori opposita:

Furi, villula vestra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Favonî,
Nec sævi Boreæ aut Apheliotæ,
Verùm ad millia quindecim ducenta.
O ventum horribilem atq; pestilentem!

Suavitate item Epigramma conditum sit, quæ ex rebus ad sensus demulcendos animúmve, idoneis, quibus inest elegantia & voluptas, petitur.

Suavitatis gratiâ sermo affingitur brutis, silvis, fontibus, mon-

montibus, &c. quas etiam res alloqui per apostrophe[...] Sic Lucilius avarum cum mure loquentem facit. A[...] sonium Danubius alloquitur Nilum. Sapè versus pr[...] stremo loco repetitur, quod suavitate non caret, de q[...] nalepseos specie quoq; supra p. 250. diximus, ut Catull[...]

Quid est Catulle, quòd moraris emori?
Sella curuli Struma Nonius sedet,
Per consulatum pejerat Vatinius.
Quid est Catulle, quòd moraris emori?

Pervenustum judicatur Epigramma, in quo est [...] eruditionis non vulgaris, seu in quo aliquid antiqui r[...] historia attingitur, ut in illo Catulli:

Minister veluti puer Falerni,
Infer mî calices amariores,
Ut lex Posthumiæ jubet magistræ, &c.

Pulchrum & illud, in quo magnus animi motus [...] hemens affectio cernitur. Quale est Ausonii in Didone

Infelix Dido, nulli bene nupta marito!
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Item si quis rarus & inopinatus eventus contigerit[...] lum, qui securi, aqua, casu, triplici genere mortis simu[...] buerat. in Epigr. Græc.

Et in Epigrammate debet Poëta ita scribere, ne risus [...] go, sed à sapientibus admiratio sequatur, ut judicat Sca[...] 798. Et pag. 808. præcipit. Ea, *inquiens*, debet Poëta [...] minisci, quæ à pueris puerilia irrideri non possin[...] *quid multis? pag 770 dicit:* Verum Poëtam in Epig[...] mate oportere esse Philosophum.

Inprimis verò finis Epigrammatis præcipuo quodam [...] ficio constet oportet, ut vel acumine vel lepôre, vel no[...] aliqua animum commoveat, eiq; stimulos infigat. Ibi [...] aures & animus legentium conquiescunt. Iccirco Epig[...] ma quidam Scorpioni comparârunt, qui aculeum in c[...] gerit. Hinc venustè clauditur epiphonemate, exclamatio[...] &c. De quibus vide Pontanum. Ea demum ejusce carm[...] venus est, inquit Anton. Muretus, *si cauda feriat, & re[...] quat aculeum. Quid multis? Totam illam artem, quàm[...]*

ero de salibus oratorius tradit. Epigrammata scripturientibus in promptu esse haud inutile fuerit. Stylum *quod attinet, Scaligero auctore, non nimium nitidus requiritur. Licet interdum fingere vocabula nova. Novitas enim excitat vel risum vel admirationem, ut* Domicœnium & Quatidentius. *Phrases & sensus afferuntur mirabiles, ut,* Optimus malorum: non vitiosus, sed vitium. *Neq; sententias respuit Epigramma, præsertim in fine, ut jam dictum est. Inprimis cavenda luxuria verborum & amplificationes. Quò enim confertior oratio, seu quò paucioribus verbis plura complectitur, eò præstantius epigramma futurum est. Quo fit, ut non magnoperè elegantia versuum hic spectetur.*]

Epigramma duorum est generum: nempè vel simplex rei indicatio, ut in donariis, epitaphiis, &c. Quale illud in Virgil.

Mantua me genuit, Calabri rapuêre, tenet nunc
Parthenope: Cecini pascua, rura, duces.

Vel Compositum, quod ex propositis aliud deducit, idque vel majus, vel minus, vel æquale, diversum aut contrarium, ut Adriani in tabescentem vel improbum:

Ambobus gravis es Phœbo Ditiq;, quòd illum
Aspicis, huic verò quòd diuturnus abes.

Et Martialis:

Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Sic in Alex. Sextum Papam:

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iste;
Semper sub Sextis perdita Roma fuit.

Item: *Papa Pius Quintus moritur: res mira! tot inter*
Pontifices tantùm quinque fuisse Pios.

Ex his elegantiâ non carent, in quibus paria paribus, contraria contrariis referuntur, ut de Virgilio, Pentadii illud:

Pastor, arator, eques: pavi, colui, superavi:
Capras, rus, hostes: fronde, ligone, manu.

Grammatici vocant correlativa, Scal. l. 2. c. 30.

[*Excelluerunt in Epigrammatibus Martialis &*
lus: quorum hic, Scaligero iudice, peculiarem virtut
grammatis, Argutiam videlicet non semper est affect
verò nusquam amisit. Atq; hic Martiale suavior est
eissim Martialis acrior acutior & salsior, cuius versu
dos, numerosos, plenos, optimos appellat Scaliger, lib. 6
Nostro tempore Ang. Politianus magnam ex Epigra
bus laudem reportavit, etiam Scaligero, Critico acer
ste. Fuit enim mordax in eo ingenium. Extant prate
bri Epigramatum Græcorum, quæ ob venustatem sin
à multis nostro seculo Latinè conversa sunt. Habe
exempla in Epigr. Sabini, Stigelii, Melissi. Sunt & a
sonium, Sannazarium, Euricium Cordum, Petru
num, Bezam, Meibomium, Taubmannum, aliosq; re
complures. Pluria de Epigrammatibus videantur a
liger. lib. 3. cap. 126. & in quadam disquisitione de E
matis artificio doctissimè scripta.

DE ODE.

Ode est carmen breve Lyricum, *id est,*
nere Lyrico conscriptum.

Græcè ᾠδὴ, ab ᾄδειν, canendo, quia ad lyram
tur, Pindarica εἴδη, id est, species appellantur, quas
nes rerum. Unde deminutivum Idyllion, qu
mata essent quasi rerum species quædam.
rus ex Scalig. lib. 1. Poët. c. 41. Alio nomine μέλ@,
do vocantur Alcmanis, Anacreontis, Sapphûs c
Hinc Lyrici vocantur μελοποιοί. Vide Scalig. ibidem

Lyricum carmen est, quod olim ad ly
Chelyn canebatur.

[*Olim sine cantu & lyra laudes Deorum heroum*
canebantur: Quæ consuetudo adhuc hodiè viget in
linguis, ut carmina certis melodiis cantillétur. Speci

ni videre est in Buchanano, cujus Psalmodiis sacris Nathan Chytræus melodias musicas accommodari fecit.]

Lyricorum genera multa sunt: Ex Monocolis sunt: Jambicum, Trochaicum, Choriambicum, Jonicum à Majore. Ex Dicolis & Tricolis omnia præter Elegiacum.

[*Lyricum cùm olim uno genere formaq; decurreret, ob majorem voluptatem dissimilibus numeris & vario pedum discrimine ita temperatum est posteà, ut innumerabiles lyricorum carminum species extiterint.* Pontan.lib c 27. *Unde ferè omnia Dicola & Tricola Lyrica sunt. Antiquitùs tantùm laudes Deorum Herorumq; ad lyram canebantur, (qui Hymni appellantur, ut Pind. Olymp.* 2. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν, *& Horat. lib.* 1. *Oda* 12.

Quem virum aut heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio,
Quem Deum, cujus retinet jocosa
Nomen imago?

Sed usus postea obtinuit, ut quacunque in breve poëma caderepossunt, ea Lyricis numeris colligere fas esset, cuiuscunque materia fuerint Scal.lib. 3. c. 124. *Brevitas autem illa non ita arcta est, velut in Epigrammate, (videmus enim apud Horatium Odas longiusculas & apud Pindarū longissimas,) sed opponitur integris tractatibus. Quanquam Stesichorus Lyrico carmine Bella & Ducum historias descripsisse legitur. Requiritur autem ut brevitas illa sit* 1. Nervosa *non exclusis tamen politis amplificationibus, si res ita postulet.* 2. Sententiosa, *frequentia enim sententiarum carminis hujus decus est, Scal. d. l. Frequens est Horatio ipsiq; Pindaro, Exclamatione aut Epiphonemate Oden claudere, quo interdum totius Odes scopus exprimitur, ut:*

Dulce est desipere in loco, *lib.* 4. *Ode* 12.
Multa petentibus
Desunt multa: Benè est cui Deus obtulit,
Parcâ quod satis est manu, *lib* 4. *Ode* 16.

Sic lib.2.Ode 3.10.& lib.3.Ode 6.24.& lib 4. Ode
Exod.9.12 Pindar. Pyth.7.10 12. Olymph. 11.7. N
Isthm.1.&c. Quin thema interdum in tota Ode dir
ponitur, ut in illa.

Integer vitæ, scelerisque purus.

Thema enim est, Probitati esse studendum. Nota
potest, quomodo modò initio, modò medio, modò fine
phen faciat ad personas, quibus scribit. Quod ad Sty.
quiritur dictio polita, florida, candida, conferta, conci
porum elegantiis & appositis epithetis exornata. Vul
nus poëmatis ingenium vegetum, acre judicium, pol
ctionem, candidam, efficacem, numerosam. Scal.l.6
Habent inter alias elegantias Horatius & Pindarus,
pes Lyricorum) Epithetorum exquisitissimorum lumi
mirificè carmen illustrant, & nativos rerum effect
munt Exempli gratia. Divitiæ μελησίμβροτοι, somn
πον⊙, Lyra ἁδυμελὴς Insula ἀμφιθάλασσα, ἀλιερκὴ
lanceatus, ἱππαιχμ⊙, &c Horatius: Vigiles lu
Pallida mors: Importuna pauperies: Lucidus orc
Item Periphrases, ut, Infelix avis Ityn flebiliter gem
est, hirundo παῖδες νεφέλας, filiæ nubium, *id est, plu*
lus fontium qui celat origines. *Præterea Græcis*
Largus spes donare novas. Abstinere irarum. D
mollium querelarum. Luna frugum prospera. L
aspici. Acuta belli, *id est, acies.* Amara curarum, *id e*
ra cura Solutus operum *&c. Caterùm amat hoc p*
nimi libertatem, non secùs quàm Satura & Epigra
Scalig lib.3.cap.124. Digressiones item: quæ Pindar
dùm sunt familiares. Apud Horatium duæ haben
ὀκτώ: quibus Scaliger ne Ambrosiam quidem aut nec
ciora putat:

Altera, l.4.O.3. Quem tu Melpomene semel.

Altera, l.3.O.9. Donec gratus eram tibi.

Quarum similes mavult à se compositas quàm Py
carum multas Pindari & Nemeonicarum: quarum
mavult composuisse quàm esse totius Tarraconensis re
Poët.c.7.pag.880.

Deniq; judicium, de Lyricis vide apud Scal. lib. 6. pag. 879. & seqq. ad finem. Et lib. 5. c. 47. & l. 1. c 44. Apud Græcos celebrantur Lyrici octo, inter quos excellit Pindarus. Judicium Horatii de Pindaro notum est ex illa Ode:

Pindarum quisquis studet æmulari.
Ille ceratis ope Dædaléa
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto,

Hactenus de secunda divisione Carminum, quæ fit immediatè ex Materia: Sequitur Divisio tertia per Modos.

CAPUT VII.

DE TERTIA POEMATVM DIVISIONE *per Modus, & primùm* DE CARMINE EXEGETICO.

III. DIVISIO EX MODO TRACTANDI.

EX modo tractandi Poëma est triplex. Ἐξηγητικὸν, expositivum. Δραματικὸν, Activum vel repræsentativum. Μικτὸν, ex utroque mistum. Quæ singula ex materia iterum subdistinguuntur.

{ *Platonis hæc est divisio* lib. 3. Politiæ, *ubi tres formas esse dicit Poëmatum. Unam ἁπλῆν διήγησιν, simplicem ac nudam narrationem quæ fit à Poëta. Alteram διὰ μιμήσεως γιγνομένην, per imitationem efformatam, quæ fit per introductas personas, Tertiam δι' ἀμφοτέρων, ex utraq; conflatam, quæ modò sub persona Poëtæ, modò sub ascitis, rem proponit. Eam distinctionem repetit* Diomedes, & Scalig. lib. 1. cap. 3. *approbat. Differentia manifesta est.* Exegeticum *enim versatur in sola narratione*, Dramaticum *in actione, seu verborum aut gestuum repræsentatione* M xtum *in utroque promiscuè: ubi modò Poëta loquitur modò personis sermo attribuitur. Græci vocant χαρακτῆρας τῆς ποιήσεως.*

Atq; hic idem, nonne Deus remanet? *manet:* estné
Ut Pater omnipotens? retulit ista, *Potens.*
Hunc quid de cœlis duxit? *Lis duxit*, at istam,
Dic utrum vincet? *vincet*, & ipsa refert.
Litis erat radix longæva? *Eva*, an mala? *mala*
Non gula sic potuit? illa refert, *potuit.*
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, *agnus.*
Ipse ait hoc? *ait hoc*, cur ita clamat? *amat.*
Is majus nostro nunquid dare possit amori?
Reddidit illa nihil quàm gemebunda, *mori*,
Hoc faciet? *faciet.* moriens? *Oriens* Deus ille?
Heus ille, est forsan causa tua? *ausa tua.*
Diligere hunc ergo par est super omnia Christum?
Istum, nonne Deum? dixit, *Eum* & tacuit.

Excidit nonnunquam Echo Poëtis incuriâ, quæ reprehenditur à Scalig ut Horat. esse pares res. *Apud Græcos in Epigram primùm Echones tentata fuerunt, sed frigidè. Vnde Martial. Echo sibi Græculam non recantare dixit. Crebram tamen Echonis iterationem Scaliger non videtur probare lib. 7. ubi de Bembo agit, dicit enim: Quibus dicendi modis à vulgo segregari posse arbitrati sunt Poëtæ nostri eos maximè sunt secuti, iccircò nemo est qui non aliquid de Echo.*

Mirabile est quod de Echone quadam Romana scribunt, in via Appia, quæ unum versum integrum octies articu*latè refert, sæpiúsq; confusè, cùm in reliquis extrema tantū syllaba exaudiantur.* Vide Itinerarium Italiæ Scotti. p. 227. *Ita non longè à Parisiis, ubi Matrona Sequanæ miscetur, auditur Echo* τρισκαιδεκάφωνος, *quæ ter decies humanam reddit vocem, quæq; (quod admiratione dignum majore) quadrisyllabum integrè & perfectè quater quinquiesq; resonat. Vide Paul. Merulam pag.* 481. *Cosmogr. Sic Plinius lib. 36. cap. 15. memorat in urbe Cyzici turres septem acceptas voces numerosiore repercussu multiplicare, &c. Et extra oppidum hoc Giessenum, uno atq; altero loco circa fossam, anfractus valli vocem bis articulatè & quidem post intervallum reddit. Cæterùm, Echonis fabulam & Exemplum qui volet, legat apud Ovid. lib. 3. metam. fab. 8.*]

XXIV. PALINDROMON.

Palindromon est carmen ænigmaticum, quod antrorsum & retrorsum sive eodem sensu sive contrario aut prorsus alieno legi potest.

Ἀ`πάλιν & δρόμος, id est, recurrens, ut Sidonius appellat, seu reciprocum, ἀντίστροφον. Releguntur autem vel dictiones integræ, vel singulæ literæ. Prius appellatur ab inventore Sotadicum, posterius καρκῖνος, id est, cancer, à Scaligero δίαυλον dicitur, lib. 2. cap. 30.

[*Exempla Prioris.* Scaligeri.
Fata sibi Medulus fabricans est perfidus hostis.
Et vicissim. Hostis perfidus est fabricans Medulus sibi fata.
Virg. Æn. 1. Musa mihi caussas memora quo numine læso (Musa.
Et vicissim: Læso numine quo memora causas mihi
Ejusdem: Ille rapit calidum frustrà de vulnere telum;
Telum vulnere de frustrà calidum rapit ille:
Murmelii: Donet munera mel, non fel, pax candida nobis: *Inverte, habebis contrarium.*

Interdum ex inversione aliud carminis genus emergit, ut:
Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.
Inverte, habebis pentametrum.
Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

Nec infrequens est, ut ex Pentametro inverso, sive retrò lecto fiat Iambicus Senarius, etiam nonnunquam præter intentionem & cogitationē autoris. Exemplum è Scal. l. 2. c. 30.
Altera regressu metra recursa meant.
Meant recursa metra regressu altera.

Sic quis putet Ovidium, l. 5. Trist. El. 12. studio hunc dedisse Iambicum retrogradum?
Meam secuta pœna culpam est mollior.
Talis & hic Eobani lib. 3. Epist. Heroid.
Diceris & verum posse docere Deum,
Et Psal. 9. Nominis ut celebrem facta stupenda tui.

Et

Et hic Taubmanni, Melod. p. 304.

Germinis atroci lusca tyranna manu.

Et hic Seb. Hornmoldi lib. 2. Eleg. 6.

Potest parare tanta quicquam aut Angelus.

Et Eleg seq. Facit serena corda procerum & Cæsaris.

Et hic D. Ioh Munsteri, P.C.

Obit peremtus cæde morbi aut Saucius.

Vbi observandum, ut primum ac penultimum vocabulum Elegiaci sit trisyllabum, ultimum bisyllabum & Elisionis subsidio conficies quod voles. Distichon integrum Philelphi reperitur in quendam Pontificem, itidem contrario sensu, si invertatur.

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit, hoc decus egregium

Sic: Conjugium tibi sit blandum nec gaudia sumas
Irrita, sis felix, nec citò disperas.

Hujus Elegiaci traduntur certæ leges. 1. Vt primum tàm hexametri quàm pentametri pes sit dactylus, itemq; secundus hexametri. 2. Vt postrema dictio pentametri sit quadrisyllaba. Vt omnis elisio vitetur. Si velis contrarium sensum, opus est quartum hexametri pedem in monosyllabum negativum desinere, velut exempla allata ostendunt.

Posterioris exempla rarissima sunt, quia difficilima & propriè καρκίνοι à Græcis dicuntur. Circumfertur illud Diaboli ad Pontificem:

Signa te signa, temerè me tangis & angis,
Roma tibi, subitò motibus ibit amor.

Tale & nostrum illud ad Christum, cujus posteriores duo versus sunt καρκίνοι:

Pestis atrox & Turca furunt, quid Christe moraris
Fidelibus tuis adesse? Poli Deus
Axe vehi matutini tutamine, vexa:
Unà malos sub manibus sola manu.

Itemq; istud, apud Scal. l. 2. p. 195.

Si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis.

Extant & quadam Græca; ut:

νίψον ἀνομήματα, μὴ μόναν ὄψιν, id est,

Elue peccata non solum vultum.

Plu-

Plura vide in Ænigmatographia Reusneri & Lauterbachii, lege item Jon. Villiomarium contra Rob. Titum lib. 3. controv. cap. 21. & 22. Porrò si quis cum Scalig. malit hanc appellare affectionem carminis, non repugnabimus. Nos propter affinitatem scrupis annumerare voluimus. Ejusmodi verò lusus Cabalistici complures sunt, qui ob varietatem ad certas classes redigi non possunt. Quodlibet enim ferè ingenium novos in literis & syllabis griphos excogitat. Huc referri possunt scyphi, corolla, insignia Principum, & id genus alia. Cujus generis & illa sunt ἀντίστροφα à Græcis dicta:

Dilige *Luxuriam*, vitium *cole*, destrue *sanctos*:
Justitiam *fuge* sperne *Deum*, Satanam *reverere*.

Item:

Quæ P propter pec per
ira Dei atris cata emit.
M fr facies pla red

Itemq; Versus Quadrati, cujus Exemplum est hoc Bardesholmiæ in monasterii Templo.

EPITAPHIUM EPISCOPI VICELINI.

Aldenburch	*Præsul*	*Holsatis*	*Nobile*	*Germen*
Præsul	*finalis*	*præstans*	*tutamen*	*Alumnis*
Holsatis	*præstans*	*lumen*	*purissima*	*Gemma*
Nobile	*tutamen*	*purissima*	*gemma*	*refulgens*
Germen	*alumnis*	*gemma*	*refulgens*	*ô Viceline:*

Sic hi versus transmutari possunt, singuli Vndequadragies millies mille & nongenties sedecies mille & octingentis vicibus. 399.16.800.

Lex, Grex, Rex, Res, Spes, Jus, Thus, Sal, Sol, *bona*,
Lux, Laus.
Mars, Mors, Sors, Fraus, Fex, Scyx, Nox, Crux, Pus,
mala, Vis, Lis.

Ita tamen ut Adjectiva Bona & Mala, *semper in quintam regionem ad constituendum Dactylum reserventur, Thom. Lansius.*]

CAPUT

CAPUT VI.

DE EPIGRAMMATE ET ODE.

HÆc & similia carmina si brevia sint & arguta, vocantur Epigrammata:

[*Talia autem ferè sunt Emblemata, Ænigmata, Epitaphia, &c.*]

Si brevia & Lyrico carmine conscripta, appellantur Odæ.

DE EPIGRAMMATE.

Epigramma igitur est carmen breve & argutum.

Scaliger ita: Poëma breve cum simplici cujusspiam rei indicatione: aut ex propositis aliquid deducens. Ab ἐπιγράφειν, inscribendo; quòd olim in laudem rei vel vituperium inscriberetur vel affigeretur.

[*Epigramma primùm quamvis inscriptionem in statuis, trophæis, imaginibus, clypeis, navibus, sepulchris, delubris, ædificiis, &c. significabat, factum in laudem vel vituperiũ: postea usus obtinuit, ut numeris poëticis clauderetur. Deinceps quodvis poëma elegans breve & accutum, Epigramma dici cœptum est, sive laudem seu vituperium, triste vel lætum aliquid contineret, nullo ad inscriptionem respectu habito. Requisitum epigrammatis est* Arguta brevitas: *Plin. epist. de exercitat. styli.* Breve *debet esse, quia est quædam inscriptio: neq; in prolixitate argutia consistere potest. Apud Martial. reperitur monostichon, lib. 8.*

Pauper videri Cinna vult, & est pauper,

Qua de re extat distichon pulcherrimum Epigramm. *Græcorum, lib. 1.*

Πᾶν καλὸν ἐς' ἐπίγραμμα τὸ δίστιχον, ἢν δὲ παρέλθῃς
Τὺς τρεῖς ῥαψῳδεῖς οὐκ ἐπίγραμμα λέγεις. Id est,
Distichon est Epigramma bonum: sin creverit illud.

Rit

Sed non convenit istud pro immutabili lege haberi. Rectè siquidem Scaliger: Brevitatem, inquit, *intelligemus non definitam, nam & monostichon est apud Martial. & aliquot satis longa, si alta spectes, lib. 3. c. 126.* Argutia *autem est anima epigrammatis, qua destitutum friget. Quicquid igitur est salsum, urbanum, acutum, ambiguè & concisè dictum, rectè Epigrammati inseretur. Generatur autem acumen istud cùm aliis modis, tùm hoc frequenter, si conclusio aut non expectata aut expectationi planè contraria sequitur. Captatur etiam ex ambiguitate vocis: Exemplo est illud in Alexandrum Papam:*

Vendit Alexander claves, altaria, Christum:
Vendere jure potest, emerat ipse priùs.

Et illud Borsardi in BONAM:

Qui, Bona, cunque tibi sacro in Baptismate nomen
Imposuit, verè hic omnibus imposuit.

Item hoc G. Sabini in Vrbanum:

Diceris Urbanus: sed nominis immemor hujus,
Semper Inurbanus, cum bibis, esse soles.

Item illud P. Melissi in Gregorium:

Stertis ad undecimam somnoq; meroq; sepultus;
Quàm malè defendis nomina Gregorii!

Et hoc ejusdem in Maleri tumulum:

Qui jacet hîc μαλεϱὸς nomine req; fuit.

Sic apud Eur. Cordum D. Petrus ad Papam Iulium Secundum, Cœli portas reservare conantem & sese jure merito intromitti postulantem, ait:

Quod quis vendiderit, non putet esse suum.

Item illud lepidissimum Catulli, de villa pignori opposita:

Furi, villula vestra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Favonî,
Nec sævi Boreæ aut Apheliotæ,
Verùm ad millia quindecim ducenta.
O ventum horribilem atq; pestilentem!

Suavitate item Epigramma conditum sit, quæ ex rebus ad sensus demulcendos animúmve, idoneis, quibus inest elegantia & voluptas, petitur.

Suavitatis gratiâ sermo affingitur brutis, silvis, fontibus, mon-

montibus, &c. quas etiam res alloqui per apostrophen licet. Sic Lucilius avaram cum mure loquentem facit. Apud Ausonium Danubius alloquitur Nilum. Sæpè versus primus postremo loco repetitur, quod suavitate non caret, de qua Epanalepseos specie quoq; supra p. 250. diximus, ut Catull.

Quid est Catulle, quòd moraris emori?
Sella curuli Struma Nonius sedet,
Per consulatum pejerat Vatinius.
Quid est Catulle, quòd moraris emori?

Pervenustum judicatur Epigramma, in quo est aliquid eruditionis non vulgaris, seu in quo aliquid antiqui ritus aut historia attingitur, ut in illo Catulli:

Minister veluti puer Falerni,
Infer mì calices amariores,
Ut lex Posthumiæ jubet magistræ, &c.

Pulchrum & illud, in quo magnus animi motus aut vehemens affectio cernitur. Quale est Ausonii in Didonem.

Infelix Dido, nulli bene nupta marito!
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Item si quis rarus & inopinatus eventus contigerit, ut illum, qui securi, aquâ, casu, triplici genere mortis simul occubuerat, in Epigr. Græc.

Et in Epigrammate debet Poëta ita scribere, ne risus è vulgo, sed à sapientibus admiratio sequatur, ut judicat Scal. *pag. 798. Et pag. 808. præcipit.* Ea, *inquiens,* debet Poëta comminisci, quæ à pueris puerilia irrideri non possint. *Et quid multis? pag 770 dicit:* Verum Poëtam in Epigrammate oportere esse Philosophum.

Inprimis verò finis Epigrammatis præcipuo quodam artificio constet oportet, ut vel acumine vel lepôre, vel novitate aliquâ animum commoveat, eiq; stimulos infigat. Ibi enim aures & animus legentium conquiescunt. Idcircò Epigramma quidam Scorpioni comparârunt, qui aculeum in cauda gerit. Hinc venustè clauditur epiphonemate, exclamatione, &c. De quibus vide Pontanum. Ea demum ei in se carminis venus est, inquit Anton. Muretus, *si cauda feriat, & relinquat aculeum. Quid multis? Totam illam artem, quàm Cicero*

tim de salibus oratorius tradit. Epigrammata scripturientibus in promptu esse haud inutile fuerit. Stylum *quod attinet, Scaligero auctore, non nimium nitidus requiritur. Licet interdum fingere vocabula nova. Novitas enim excitat vel risum vel admirationem, ut* Domicoenium & Quatidentius. *Phrases & sensus afferuntur mirabiles, ut,* Optimus malorum: non vitiosus, sed vitium. *Neq; sententias respuit Epigramma, præsertim in fine, ut jam dictum est. Inprimis cavenda luxuria verborum & amplificationes. Quò enim confertior oratio, seu quò paucioribus verbis plura complectitur, eò præstantius epigramma futurum est. Quo fit, ut non magnoperè elegantia versuum hic spectetur.*]

Epigramma duorum est generum: nempè vel simplex rei indicatio, ut in donariis, epitaphiis, &c. Quale illud in Virgil.

Mantua me genuit, Calabri rapuère, tenet nunc
Parthenope: Cecini pascua, rura, duces.

Vel Compositum, quod ex propositis aliud deducit, idque vel majus, vel minus, vel æquale, diversum aut contrarium, ut Adriani in tabes[centem] vel improbum:

Ambobus gravis es Phœbo Ditiq; , quòd illum
Aspicis, huic verò quòd diuturnus abes.

Et Martialis:

Quis neget Æneæ magni de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Sic in Alex. Sextum Papam:

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iste,
Semper sub Sextis perdita Roma fuit.

Item: *Papa Pius Quintus moritur: res mira! tot inter*
Pontifices tantùm quinque fuisse Pios.

Ex his elegantiâ non carent, in quibus paria paribus, contraria contrariis referuntur, ut de Virgilio, Pentadii illud:

Pastor, arator, eques: pavi, colui, superavi:
Capras, rus, hostes: fronde, ligone, manu.

Grammatici vocant correlativa, Scal. l. 2. c. 30.

[*Excelluerunt in Epigrammatibus Martialis & Catullus: quorum hic, Scaligero iudice, peculiarem virtutem Epigrammatis, Argutiam videlicet non semper est assecutus, ille verò nusquam amisit. Atq; hic Martiale suavior est, sed vicissim Martialis acrior acutior & salsior, cuius versus candidos, numerosos, plenos, optimos appellat Scaliger, lib. 6. p. 838. Nostro tempore Ang. Politianus magnam ex Epigrammatibus laudem reportavit, etiam Scaligero, Critico acerrimo, teste. Fuit enim mordax in eo ingenium. Extant prætereà 7. libri Epigramatum Græcorum, quæ ob venustatem singularem à multis nostro seculo Latinè conversa sunt. Habes quoque exempla in Epigr. Sabini, Stigelii, Melissi. Sunt & apud Ausonium, Sannazarium, Euricium Cordum, Petrum Paganum, Bezam, Meibomium, Taubmannum, aliosq; recentiores complures. Pluria de Epigrammatibus videantur apud Scaliger. lib. 3. cap. 126. & in quadam disquisitione de Epigrammatis artificio doctissimè scriptâ.*

DE ODE.

Ode est carmen breve Lyricum, *id est, metri genere Lyrico conscriptum.*

Græcè ᾠδὴ, ab ᾄδειν, canendo, quia ad lyram canebatur, Pindarica εἴδη, id est, species appellantur, quasi imagines rerum. Unde deminutivum Idyllion, quia Poëmata essent quasi rerum species quædam. *Zuingerus ex Scalig. lib. 1. Poët. c. 41. Alio nomine μέλος, quomodo vocantur Alcmanis, Anacreontis, Sapphûs carmina. Hinc Lyrici vocantur μελοποιοί. Vide Scalig. ibidem.*

Lyricum carmen est, quod olim ad lyram & Chelyn canebatur.

[*Olim sine cantu & lyra laudes Deorum heroumque non canebantur: Quæ consuetudo adhuc hodiè viget in plerisque linguis, ut carmina certis melodiis cantillētur. Specimen eius*

rei

ni videre est in Buchanano, cujus Psalmodiis sacris Nathan Chytraus melodias musicas accommodari fecit.]

Lyricorum genera multa sunt: Ex Monocolis sunt: Jambicum, Trochaicum, Choriambicum, Jonicum à Majore. Ex Dicolis & Tricolis omnia præter Elegiacum.

[*Lyricum cùm olim uno genere formaq; decurreret, ob majorem voluptatem dissimilibus numeris & vario pedum discrimine ita temperatum est posteà, ut innumerabiles lyricorum carminum species extiterint.* Pontan. lib c 27. *Vnde ferè omnia Dicola & Tricola Lyrica sunt. Antiquitùs tantùm laudes Deorum Herorumq; ad lyram canebantur, (qui Hymni appellantur, ut Pind. Olymp. 2. ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι τίνα θεὸν, τίν' ἥρωα τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν, & Horat. lib. 1. Oda* 12.

Quem virum aut heroa lyra vel acri
Tibia sumis celebrare Clio,
Quem Deum, cujus retinet jocosa
Nomen imago?

Sed usus postea obtinuit, ut quæcunque in breve poëma cadere possunt, ea Lyricis numeris colligere fas esset, cujuscunque materiæ fuerint Scal. lib. 3. c. 124. *Brevitas autem illa non ita arcta est, velut in Epigrammate, (videmus enim apud Horatium Odas longiusculas & apud Pindarũ longissimas,) sed opponitur integris tractatibus. Quanquam Stesichorus Lyrico carmine Bella & Ducum historias descripsisse legitur. Requiritur autem ut brevitas illa sit* 1. Nervosa *non exclusis tamen politis amplificationibus, si res ita postulet.* 2. Sententiosa, *frequentia enim sententiarum carminis hujus decus est, Scal. d. l. Frequens est Horatio ipsiq; Pindaro, Exclamatione aut Epiphonemate Oden claudere, quo interdum totius Odes scopus exprimitur, ut:*

Dulce est desipere in loco, *lib. 4. Ode* 12.
Multa petentibus
Desunt multa: Benè est cui Deus obtulit,
Parcâ quod satis est manu, *lib* 4. *Ode* 16.

Sic lib.2.Ode 3.10.& lib.3.Ode 6.24.& lib.4. Ode 9.11.& Exod.9.12.Pindar. Pyth.7.10 12. Olymph. 11.7. Nem. 11. Isthm. 1.&c. Quin thema interdum in tota Ode directo non ponitur, ut in illa.

Integer vitæ, scelerisque purus.

Thema enim est, Probitati esse studendum. Notari etiam potest, quomodo modò initio, modò medio, modò fine apostrophen faciat ad personas, quibus scribit. Quod ad Stylum: *requiritur dictio polita, florida, candida, conferta, concinnis troporum elegantiis & appositis epithetis exornata. Vult hoc genus poëmatis ingenium vegetum, acre judicium, politam dictionem, candidam, efficacem, numerosam.* Scal. l. 6. p. 785. *Habent inter alias elegantias Horatius & Pindarus, (principes Lyricorum) Epithetorum exquisitissimorum lumina, quæ mirificè carmen illustrant, & nativos rerum effectus exprimunt Exempli gratia. Divitiæ μελησίμβροτοι, somnus λυσίπονος, Lyra ἀδυμελὴς Insula ἀμφιθάλασσα, ἁλιερκὴς, Eques lanceatus, ἱππαιχμος, &c Horatius:* Vigiles lucernæ: Pallida mors: Importuna pauperies: Lucidus ordo, &c. *Item Periphrases, ut,* Infelix avis Ityn flebiliter gemens, *id est, hirundo παῖδες νεφέλας,* filiæ nubium, *id est, pluvia: Nilus* fontium qui celat origines. *Prætereà Græcismos, ut:* Largus spes donare novas. Abstinere irarum. Desinere mollium querelarum. Luna frugum prospera. Lubricus aspici. Acuta belli, *id est, acies.* Amara curarum, *id est, amara cura.* Solutus operum *&c. Cæterùm amat hoc poëma animi libertatem, non secùs quàm Satura & Epigrammata: Scalig lib. 3. cap. 124. Digressiones item: quæ Pindaro admodùm sunt familiares. Apud Horatium duæ habent ἀπαύγασμα: quibus Scaliger ne Ambrosiam quidem aut nectar dulciora putat:*

Altera, l. 4. O. 3. Quem tu Melpomene semel.

Altera, l. 3. O. 9. Donec gratus eram tibi.

Quarum similes mavult à se compositas quàm Pythionicarum multas Pindari & Nemeonicarum: quarum similes mavult composuisse quàm esse totius Tarraconensis rex, lib. 6. Poët. c. 7. pag. 880.

Deni-



Deniq; judicium, de Lyricis vide apud Scal. lib. 6. pag. 879. & seqq. ad finem. Et lib. 5. c. 47. & l. 1. c. 44. Apud Græcos celebrantur Lyrici octo, inter quos excellit Pindarus. Iudicium Horatii de Pindaro notum est ex illa Ode:

Pindarum quisquis studet æmulari.
Ille ceratis ope Dædaléa
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina Ponto.

Hactenus de secunda divisione Carminum, quæ fit immediatè ex Materia: Sequitur Divisio tertia per Modos.

CAPUT VII.

DE TERTIA POEMATUM DIVISIONE *per Modus, & primùm* DE CARMINE EXEGETICO.

III. DIVISIO EX MODO TRACTANDI.

Ex modo tractandi Poëma est triplex. Ἐξηγητικὸν, expositivum. Δραματικὸν, Activum vel repræsentativum. Μικτὸν, ex utroque mistum. Quæ singula ex materia iterum subdistinguuntur.

{*Platonis hæc est divisio* lib. 3. Politiæ. *ubi tres formas esse dicit Poëmatum. Unam ἁπλῆν διήγησιν, simplicem ac nudam narrationem quæ fit à Poëta. Alteram διὰ μιμήσεως γιγνομένην, per imitationem efformatam, quæ fit per introductas personas. Tertiam δι᾽ ἀμφοτέρων, ex utraq; conflatam, quæ modò sub persona Poëtæ, modò sub ascitis, rem proponit. Eam distinctionem repetit* Diomedes, & Scalig. lib. 1. cap. 3. *approbat. Differentia manifesta est.* Exegeticum *enim versatur in sola narratione*, Dramaticum *in actione, seu verborum aut gestuum repræsentatione.* Mxtum *in utroque promiscuè: ubi modò Poëta loquitur modò personis sermo attribuitur. Græci vocant χαρακτῆρας τῆς ποιήσεως.*

Scholiast. Theocr. *Alii Mixtum referunt ad Exegeticum, ut διχοτομία fiat; Alii ob eandem causam distinguunt carmen in Simplex & Mixtum, & Simplici comprehendunt Exegeticum & Dramaticum, ut Freigius. Nos antiquam distinctionem, quia perspicua & satis commoda est, magnisque viris probata, retinere maluimus.*]

Exegeticum est, quod constat narratione simplici & directa, *seu:* Quod rem sub auctoris persona describit.

Alio nomine διηγηματικὸν, ἀποδιηγηματικὸν, & ἐξηγηματικόν.

Ejus genera varia sunt: ad has tamen classes reduci possunt. Aliud est ἱστορικὸν, aliud διδασκαλικὸν, aliud ἀγγελτικὸν: quibus addi potest ἐπιστολικόν.

1. Historicum est, quod genealogias, aliásve historias recenset, ut *Hesiodi Theogonia, Ovidii Fasti, Huc referunt quidam & Lucanum, sed Scaliger adversatur, lib. 3. cap. 96.*

2. Didascalicum, quo Philosophicæ, Oeconomicæ, aliarumq; artium doctrinæ continentur. *Talia sunt Hesiodi opera & dies, Virgilii Georgica. Arati phænomena. Lucretii, Empedoclis, Parmenidis, Varronis, Nicandri, Sereni, Oppiani, Macri, &c. libri Ovidii Fasti secundum nonnullos, Dionysii περιήγησις, Vidæ lusus Scachorum.*

3. Angelticum, quo traduntur præcepta Moralia, ut: *sententiæ Theognidis & Phocylidis, Aurea carmina Pythagoræ, Disticha Catonis vel Ausonii secundum nonnullos, Palingenii Zodiacus, Horatii Epistolæ.*

4. Epistolicum, quod tractat materias epistolares, id est, varias, prout in epistolis fieri consuevit.

Huc

Huc epistolæ Heroidum Ovidii, item Elegiæ pleræque Tristium & à Ponto, referuntur.

[Nulla ferè ex his certam methodum habent aut dispositionem, nisi generalem illam, de qua in Logicis: Sed simplici narrationis aut naturali aut arbitraria serie deducũtur. Vnde nec opus diutiùs illis immorari. De didascalico, angeltico, notandum, à quibusdam illud pro poëmate vero non haberi, eò quòd figmentis careat. Vnde Aristoteles de Empedocle οὐδὲν ἐστιν, inquit, κοινὸν ὁμήρῳ καὶ ἐμπεδοκλεῖ πλὴν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν, (Homerum) ποιητὴν δίκαιον καλεῖν, τὸν δὲ (Empedoclem) φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητήν. At hi sumunt vocabulum poëseos strictè. Vide lib. 1. supr. Cæterùm hæc omnia carminis genere Hexametro & Elegiaco potissimùm conscribuntur.]

Hactenus Exegeticum: sequitur poëma Dramaticum.

CAPUT IIX.

DE DRAMATICO SCENICO, ID EST, Comœdia & Tragœdia, in genere.

DRAMA est carmen, quod ascitis aliis personis sine auctoris interlocutione rem narrat: *Vnde* μιμητικὸν, *id est, imitativum, & histrionicum (vel quòd histriones primùm ex Histria, ad Thuscos venerint, vel quòd* hister *vocabulo Thusco significet ludionem, vel quia ἵστορες quidam sint, qui aliorum dicta & facta repræsentant, ut suspiciatur* Theod. Zuingerus,*) appellatur, quòd aliorum verba & gestus imitetur. Vocatur etiam Fabula, eò, quòd totum ad veri speciem sive imaginem fingatur.*

Distinguitur ex materia: præcipua enim genera sunt: I. Tragicum & Comicum, (*quod u-*

trunque Scenicum, à scena apparatu, vocari potest.) II. Itemq; Bucolicum, quod absq; apparatu conficitur.

[*Præcipua dicimus: quia & in Lyricis ut Hor. l. 3. Ode 9 & Epigrammatis, Epicediis, Epitaphiis, &c. hujus generis poëmata inveniuntur. Cæterùm derivatur* Δρᾶμα ἀπὸ τοῦ δρᾶν, *id est, agendo, quia poema hoc potissimùm in agendo consistit, id est, repræsentando dicta & gestus aliorum.*

Dramatis species quatuor à Græcis juxta Diomedem numerantur Comica, Tragica, Satyrica, Mimica. *Nos duas posteriores ad priores referimus; &* Bucolicam *addimus, cùm & ipsi magna ex parte Dramatis definitio conveniat, exceptis iis Bucolicis, in quibus loquitur Poëta. Græcæ distinctioni conformis est Romana. Habebant enim Prætextatam, Tabernariam, Attellanam & Planipedem* Prætextata *Regum, Principum, Imperatorum, &c. (qui prætexta, pretioso vestimenti genere, utebantur) mores & gesta referebat, respondens Tragœdiæ: Scal. lib. 1. c. 8. Cum hàc convenit* Trabeata, *à Trabeâ, simili vestimenti genere, quo agentes utebantur: Scalig. lib. 3. c. 97. inter Comœdias referre videtur.* Tabernaria *humiles & privatas personas introducebat, ita dicta ab humilitate styli & personarum, cujusmodi sunt tabernariæ, quæ merces vendunt, vel quia olim tabulis tegebatur: & respondebat Comœdiæ.* Attellana *acerbis dictis, Satura in morem, vitia insectabatur, nomen sortita ab Atellâ, Oscorum civitate (quæ nunc Aversa dicitur) cujus incolæ ridiculis jocis & salsis dicteriis fabulas cõtexuerunt, quod genus ludorum postea juventus tenuit, ut Livius inquit lib. 7. Huic inserebantur etiam carmina Fescennina, id est, petulantia, à Fescenniâ oppido Hetruriæ: Hinc apud Catullum Fescennina locutio dicitur pro spurca, impura, &c.* Planipes *vel* Planipedia, *censetur eadem esse cùm Mimo, ab humilitate personarum agentium dicta, qui neq; Cothurnos, neq; soccos induti, sed nudis pedibus proscenium ingrediebantur: Ratione autem agilitatis & roboris corporis Planipedia inter corporis exercitia refertur: at ratione & respectu imitationis Poeticæ hujus loci propria est. Cæterùm neq; ipsa amarulentis jocis & gesticulationibus care-*

agebat. Praterea habebant Togatam *à vestitu Romano, item* Palliatam, *à vestitu Gracanico, quales sunt Terentii & Plauti fabula: Item* Rhyntonicam, *à Poëta quodam Tarentino Rhyntone. Qua omnes sunt distinctiones Comœdia ex accidentibus nec nova genera Dramatis constituunt.*]

Persona, *definiénte Scaligero lib. 1. Poëtic. c. 13.* est res animata ficta, veræ imitatrix.

[*Graci Personas à simulando dixerunt ὑποκριτάς: aliàs Ludii seu Ludiones, Histriones, Scenici & Comœdi nominantur. Distincta autem sunt Tragica persona à Comicis, de quibus vide Scal. lib. 1. cap. 13. & 15.*]

In Personarum proprietate constituenda haud parùm interest, ne pro Sene loquatur Adolescens, nec pro Hero Servus, &c.

[Multum *enim* intererit Davúsne loquatur Herúsve,
Grandævúsne senex an adhuc florente juventâ
Fervidus: an matrona potens, an sedula nutrix:
Mercatórve vagus, cultórne virentis agelli:
Colchus, an Assyrius, Thebis nutritus an Argis,
ut Horatius pracipit: quare etiam Personarum qualitatem quasi peniculo depingere solebant, & in speculo veluti ob oculos ponere. Vide Scal. l. 1. c. 14.]

Scena in propria significatione est locus ad Drama agendum apparatus, vel constructus, *de qua plura in accidentibus externis.*

[*Persona generaliter definitur res animata, ut etiam Rana, Vespa, Aves, Porci. &c. comprehendantur. Illa enim animalia in Scenam videmus à poëtis introducta, ut ab Aristoph. Item spectra. Scena vocem quam in definitione Scalig. addit, omittimus, ut definitio bucolicis etiam personis conveniat: quia illa non introducuntur in scenam.*]

COMOEDIA est Drama, civiles & privatas actiones exitu læto repræsentans. *Scalig. ita:* Poëma dramaticum, negotiosum, exitu lætum, stylo populari, *lib. 1. cap. 6.*

[*Finis*

[Finis in specie est, ut communem vitam & actiones hominum rectè ac prudenter instituere doceat, fictis, vel etiam veris exemplis & facetiis. Comœdia Etymologia incerta est. Vulgò ex Ælio Donato, ita tradunt: Cum Apollini Nomio, id est, pastorali, ob frugum proventum Festum agerent agricolæ, in compitis & vicis comessatum convenire solebant, & circum aras Choreas ducere ad tibiam cantantes, postea conviciis etiam incessere meritos, à quibus fuerant læsi. Eam consuetudinem postmodum traduxerunt in civitates, & cives improbos simili pompâ saltu scilicet & cantu, insectati sunt. Vnde ἀπὸ κωμῶν, *id est, vicis seu pagis, è quibus orta fuit, vel* ἀπὸ τοῦ κωμάζειν, *id est, à comessando, vel, ut Scaliger vult, per vicos animi gratiâ vagando,* κωμῳδία *dicta fuit,* παρὰ τὴν ᾠδὴν καὶ τὰς κώμας. *Inde enim eos lusus quos vicatim exercerent aptè Comœdiam dixêre, lib. 1. cap. 5. Quanquam Aristoteles posteriorem illam* τοῦ κωμάζειν *notationem rejicit ὡς οὐκ* ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας κωμῳδοὺς ἀλλὰ τῇ κατὰ κώμας πλάνῃ ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεος, *id est, non à comessando, sed inde dictos: quod agricolæ oberrantes per pagos insectarentur urbanos, eisque facinora sua exprobrarent: quod cum, ob infamiæ metum efficax esset ad maleficia coërcenda, postea ad elegantiorem carminum cultum ab ingeniosis hominibus redactum fuit, & salibus conditum, fabulisq; in ordinem digestis contextum, ut gratiam eò faciliùs inveniret. Itemq; constituta loca ac tempora in quibus ageretur. Scal. d. l.*

I. Erat initio carmen simplex sicut & Tragœdia, quod chorus circa aras fumantes cum tibicine concinebat: Dehinc una persona atque altera addita est, quæ respondens alternis choro, locupletavit variavitq; rem Musicam: Ad postremū crescente numero, personarum materia ipsa locupletata fuit, donec in justum poëma excresceret. Tùm certa ornamenta adjungi cœpta sunt, Cothurni, Socci, cæteriq; habitus scenici, quæ κωμῳδία ἀρχαία, *id est, vetus, summa cum libertate nominatim personas carpens, quæ probro digna videbantur, hinc Horat.*

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; Poëtæ,
Atq; alii, quorumq; Comœdia prisca virorum est,

Si

Si quis erat dignus describi, quòd malus aut fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant: 1 *sat.*4.

Susarion Megarensis eam inchoasse, Cratinus expolisse. Aristophanes perfecisse dicitur. Sed cùm Poëta abuti licentiùs stylo, & passim lædere quosvis etiam bonos cœpissent (in quo genere Aristophanes inprimis excelluit Plutarcho notante,) lege latâ (à triginta tyrannis Athieniensibus, ut volunt,) cohibiti sunt, chorusq; maledici sublati, ut testatur Horatius:

Successit vetus his Comœdia non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta, chorusq;
Turpiter obticuit sublato jure nocendi.

Idem testatur Cic. 4. de Republ.

II. *Hinc aliud genus fabulæ,* Satura, *sumpsit exordium, quæ à Satyris lascivis & petulcis vocata est, ob styli petulantiam virulentam, (unde à Diomede Grammatico dicitur poëma procax & maledicum ad notanda & perstringenda vitia comparatum) quamvis aliunde nomen alii traxisse putent, ut paulò inferiùs indicabimus. Fuerunt autem Saturi Dii sive Dæmones rustici, quos incoluisse speluncas, montes, solitudines, agrestia, autor est Plin. lib. 6. c. 30. & Hieronymus in vita Pauli Eremitæ: & Diodorus Siculus lib. 5. scribit præditos illos fuisse propendente ad umbilicum usq; coma, insignitos corniculis, & capripedes; Eos Ovidius lib. 1. de arte appellat Bacchi comites;*

Ecce leves Satyri prævia turba Dei.

Ab his igitur Saturam dictam esse verisimile est. 1. quia histriones ad recitandas Saturas Satyrorum formam & habitum ementiti, & villosis tunicis, perizomatis, & hircorum pellib. aut vitulorum marinorum pilis induti fuerunt. 2. quia locus sive proscenium, in quo Satura agebatur, testante Vitruvio, arboribus, speluncis, montibus, in topiarii speciem ornabantur; cujusmodi Satyrorum regiones esse jam antè ex Plinio diximus. 3. quia in Saturis ea recitabantur, quæ Satyros potiùs, id est, salaces, libidinosos, lascivos, procaces & leves decebant, quàm homines & 4. quia persona Satirica diversas ætates

tates simulabant, & reprehendebant, pro Satyrorum ætate diversa. Nam apud Iulium Pollucem alius Satyrus est canus, alius impubis, alius adolescens, alius denique avus. Porrò Satura ea agresti admodum & incivili acerbitate, suppressis tamen nominibus, idem quod vetus Comœdia agebat, id est, convitiabatur, & lacerabat cives scelerosos, donec & ipsa in suspicionem sinistram apud potentiores pervenit. Transmutavit igitur eam Lucilius in aliam faciem & Epico modo Saturas primus uno volumine diversis libris conscripsit, Scal. l. 1. c. 12. qua de re infra plura dicemus.

III. *Interjiciunt hîc quidam* mediam Comœdiam *in quâ nullum apertè traducere fas erat, neque tamen ad modestiam Nova accedebat, cùm jus quoddam reprehendendi retineret, & chori loco parabases quasdam aspergeret, tectiùs civium peccata coarguentes, Scal. l. 1. p. 30.*

IV. *Tandem temporibus Alexandri Magni* Nova Comœdia *obtinuit, quæ argumento planè ficto & personis fictis, citra amarulentiam, facetiis jucundis, ad delectandum comparatis, vitam communem & vulgatos mores spectandos proponeret. Hæc Iambicis & Trochaicis versibus contenta erat, cùm antiqua pluribus carminum formis uteretur: Neque chorus in novam introducebatur. Quanquam hodierna choros interdum saltantes aut concinentes παρέργως adhibet, non autem loquentes. Excoluerunt eam Plautus, Terentius, Accius, Nævius, &c. inter Latinos. Sed Menander princeps novæ Comœdiæ est habitus. De Comœdiæ ætatibus videatur etiam Scaliger lib. 1. Poët. cap. 7. qui constituit tres Comœdiæ ætates: Veterem, Mediam, Novam. Satura enim in peculiare genus fabulæ abiit, de quo infrà.*

Definitio. *A Cicerone describitur, quòd sit imitatio vitæ speculum consuetudinis, imago veritatis. A Græcis* ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκίνδυνος περιοχή, *privatarum ac civilium rerum citra periculum complexio: (citra periculum) ad differentiam Tragœdiæ, ubi pericula maxima vitæ ac moris introducuntur. Quod tamen, cùm sua etiam Comœdiæ pericula sint, à Scalig. improbatur, l. 1. c. 6. A Donato, fabula continens diversa instituta affectuum civilium*

lium & privatarum rerum, quâ discitur, quid sit in vitâ utile, quid contra evitandum: hunc enim finem Comœdia proponit sibi, ut vitam eiusque actiones instruat, morumq; pravorum turpitudinē comminùs ἐφθαλμοφανερῶς, velut in speculo, ostendat, sicut olim Spartani extremè ebrios liberis ingenuis spectandos proponebant: Qui tamen finis cum Tragœdia est communis]

TRAGOEDIA est Drama, illustrium personarum calamitates & tristem interitum exprimens. *Scalig. ita: Imitatio per actionis illustris fortuna, exitu infelici, oratione gravi metrica.*

[Brevem & argutam descriptionem ponit *Gorg. Leont.* Tragœdia definiens fallaciam, qua qui deciperet, justior eo, qui non deciperet: qui deciperetur, sapientior eo, qui non deciperetur, esset. Verùm ista non minùs ad Comœdiam accommodari potest. Aut etiam in genere ad quodvis figmentum Poëticum, *Vide supra lib. 1. cap. 1. & lib. 2. cap. 2. circa finem.*

Finis Tragœdiæ in specie est, ut animos misericordia & terrore ab iis perturbationibus liberet, à quibus eiusmodi facinora proficiscuntur. Hinc à Persio & Iuvenale Tragœdia dicitur hiare quòd varios hiatus, clamores & lamentationes capiat. Sic Ovidius in Tristibus:

Et dedimus Tragicis sceptrum regale cothurnis,
Quæque gravis debet verba cothurnus, habet.

Est enim Tragœdia heroicæ fortunæ in adversis declaratio: Vnde petenti cuidam principi ab Euripide, ut de se Tragœdiam scriberet, imò verò Deos rogo respondit, ne quid tibi unquam tragœdia dignum contingat. Antonius F[illegible]n. in Comment. in 5. Satur Pers. fol 159. *Caeterùm Tragœdia (autore Donato) antiquior putatur Comœdiâ, sed Scaliger negat. Priùs enim de rebus latis quam funestis instituta carmina credi par est, cùm priùs inventa nuptiæ, quam cædes patratæ. Interim ex Arist. fatetur, priùs Tragœdiam fuisse extultam,*

lib.

lib. 1. cap. 5. Quò etiam fortè Hor. respexit, dum ait, Tragœdiæ veterem Comœdiam successisse: in arte Poët. Ratio appellationis diversa traditur. Quas recenset Donatus de Com & Trag. Hæc tamen verisimilis, quòd cum Baccho prisci sacrificarent (sacrificabant autem hircum, vinearum hostem) sacer chorus id carminis genus sacrificio addebat, unde τραγῳδία, quasi τράγου ᾠδὴ, Carmen de Hirco. Scal. lib. 1 c 7. Alii quasi τραχῳδία, id est, asperum carmen, dictam volunt, eò quòd aspera & tristia repræsentat. Cùm enim non suppeditaret materia decantandi res gestas Bacchi, aliorum regum calamitates & res gestas asciverunt: Ejusq; rei cantoribus præmii loco hircus donabatur, ut quidem ex Horatio colligunt:

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Quidam ἀπὸ τρυγητοῦ, id est, vindemia, quòd eo tempore sacrificia Baccho celebrarentur. Alii ἀπὸ τρύγα, id est, à fæce quòd fæce ora oblinere solerent actores, ne agnoscerentur, quò alludit Horatius:

Quæ canerent agerentq; peruncti fœcibus ora.

Sed Tragœdia multò prius extitit, quàm fæcis usus fuisset inductus, Scaligero teste, d. l.

Verùm cùm omne poëma delectare debeat (juxta illud Horatii: Et prodesse volunt & delectare Poëtæ:) *quærat aliquis, qui Tragœdia delectare possit, cùm luctuosis rebus sit plena? Resp. I. Non ipsa res luctuosa, sed earum imitatio nos delectat, quemadmodum præclarè Plutarchus de Poëtic. disserit: sicut turpissimis rebus vivis coloribus expressis delectamur, propter imaginis conformitatem seu artificium, II. Quia gaudemus nos extra pericula ista quæ repræsentantur, constitutos. III. Quia naturale nobis est,* Misereri, *ideoq; jucundum. IV. Quia moneri & doceri nos sentimus.*]

Ex Tragœdiâ & Comœdiâ mixtâ oritur *Tragico-Comœdia*, quæ introductis augustioribus personis exitu læto absolvitur, qualis est Amphitruo Plauti, quam ipse sub persona Mercurii Tragico comœdiam appellat.

[*Ex Tragœdiâ habet personas illustres, ex Comœdia ex-*

tus eo-

περιφυὴν latam. Dubitari potest an è contrario detur Comico Tragœdia, id est, humilium personarum tristem interitum continens Drama? Non extat exemplum: neq; etiam vulgarium personarum calamitates animos commovere tantoperè possunt: sed tamen, si ea assequantur gravitatem & horriditatem tragicam, non videmus, quid obstet. De Tragœdia constitutione libellum eruditissimum scripsit nostri seculi decus, Daniel Heinsius, quem his nostris addere potes, non sine fructu.]

CAPUT IX.

DE COMOEDIA ET TRAGOEDIA *in specie.*

HActenus definitiones, origo & progressus Comœdiæ & Tragœdiæ: Nunc ad pleniorem illarum cognitionem considerabimus utriusque *I. Differentiam à se invicem. II. Partes. III. Accidentia interna. IV. Externa. V. Genus Carminis.*

I. DIFFERENTIA.

Differentia Comœdiæ & Tragœdiæ sextuplex est.

[*Scalig. lib. 1. c. 6. tres differentias tradit, in conditione Personarum, Negotiorum qualitate, Exitu, è quibus quartam in Stylo, deducit.*]

1. Differunt *Materiâ*. Tragœdia enim res tristes, luctuosas, miserabiles & horribiles proponit: Contrà Comœdia lætas, jucundas, ridiculas, jocosas.

2. *Personis:* Tragicæ enim sunt nobiles & illustres, reges, principes, duces, heroes, & secundùm nonnullos Dii, &c. *Nonnullos dici-*

mus: quia non desunt, qui Plautum reprehendunt, quod quod Deos loquentes introducat. Comicæ Civiles plebejæ, patresfamiliâs, adolescentes, &c. Et sæpè ignobiles, famosæ, ut meretrices, lenones, scurræ, parasiti & hodie rustici, Judæi, qui reliquis ferè adduntur ad movendum spectatoribus risum: (Excipe hîc Tragico-Comœdiam, quæ recipit personas Tragicas, ut jam de Plauto diximus.)

3. *Stylo seu sermonis genere*, τῇ λέξει. Tragicus enim est δεινὸς gravis, sublimis, severus: Verba magnifica, & electa, sonora, à communi consuetudine abhorrentia. At Comica oratio est humilis, hilaris & familiaris: Verba vulgata, pura tamen & elegantia, eq; medio usu petita. Hinc stylus gravis & lepidus, synecdochicè dicuntur Tragicus & Comicus. Interdum tamen & vocem Comœdia tollit, ut est apud Horatium:

Iratusque Chremes tumido delitigat ore.
Et Tragicus plerunque dolet sermone pedestri.

Quia te ita ferente decorum personæ observandum est.

4. *Affectibus.* In Tragœdia regnant πάθη, id est, vehementiores animi motus, & idem hic accidit, quod Alcibiadi in Symposio Platon. dicenti, sibi καρδίαν πηδᾶν καὶ δάκρυα ἐκχεῖσθαι ὑπὸ τῶν αὐτοῦ λόγων, At in Comœdia ἤθη, id est, affectus sedatiores locum sibi vendicant.

5. *Exitu.* τῷ τέλει seu ἐκβάσει. Tragœdiæ exitus est lugubris ac tristis, contrà Comœdiæ lætus & hilaris. Quod tamen respectivè intelligen-

ligendum est, sæpè enim quod alicui triste accidit, alteri est lætum, & contrà; A potiori autem judicium fieri debet. Exempla hujus respectus habes in Asinaria, Casina, Persa, Phormione, Antigone, &c. *Vide Scalig. lib. 3. c. 79. pag. 367.*

6. Freigius addit χαρακτηρισμὸν, propriam in theatro notam, ut Tragœdiæ proprium est Syrma & Cothurnus: Comœdiæ Soccus, de quibus infrà in accidentibus externis.

II. PARTES.

Partes Dramatis Primariæ sunt, *Prótasis, Epitasis, Catástasis, Catástrophe.*

[*Quæ uno nomine dicuntur* Actus, *& tum Choro qui pars erat veteris Comœdiæ, itemq; Tragœdiæ opponuntur: Nam vetus Comœdia & Tragœdia duas partes habuit; Actum & Chorum. Sed de Choro infrà in partibus secundariis plura. Antiqui tres tantum numerabant; omissa Catastasi; Verum Scaliger accuratius distinguens, illam addidit, quem alii sequuntur. Aristoteles etiam Tragœdiæ alias partes constituit,* Prologum, *(qui idem cum Protasi)* ἐπεισόδιον, *Tragœdiæ justam partem inter Choricos Cantus perpetuos,* ἔξοδον, *justam partem post Chori Cantum omnem absolutum: Denique* χορικὸν, *id est, cantus ipsos interjectos. Sunt qui secundum formam seu qualitatem, Comœdiam distinguant in* περιπέτειαν *&* ἀναγνωρισμὸν. Περιπέτεια *est, cum actio contrariis eventibus involvi incipit, & fortunæ commutatio incidit.* Ἀναγνωρισμὸς, *cum ex antè ignotis noti inter se fiunt. Sed hæc cum nostra distinctione coincidunt. Præterea addunt quidam* ἤθη, *id est, personas,* διάνοιαν, λέξιν, ὄψιν, μελοποιΐαν, *quæ nos partim ad accessorias partes, partim ad Stylum retulimus.*]

Protasis est prima pars, in qua proponuntur & suscipiuntur Consilia rei gerendæ.

[*Alii ita. In qua summa rei proponitur, & narratur, sine*

exitus declaratione, nempè ut ex inopinato exitu crescat fabula jucunditas: Sic Scaliger, lib. 1. p. 36. vel: Primus actus fabula, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam: sic Donatus. Comprehenditur plerunq; actu primo, rarò secundo. De actibus paulo post: Protasis significat propositionem. A protasi persona Protatica dicitur, quæ ad protasin tantùm adsciscitur, & in toto Dramate non repetitur, ut Sosia in Andr. Davus in Phorm.]

Epitasis est secunda pars, in qua consiliorum fit progressus, & negotia turbis paulatim involvuntur.

[*Scaliger sic: Altera pars fabulæ, in qua turba aut excitantur, aut intenduntur. Donatus ita: Involutio argumenti, cujus elegantia connectitur. Vel: Earum rerum, quæ in protasi continentur, incrementum, ἐπίτασις enim intensionem significat, ἀπὸ τοῦ ἐπιτείνειν. Hic omnia mirabiliter, consilia frustrantur, impedimenta inopinata objiciuntur, &c.*]

Catastasis tertia pars, in qua totius Dramatis status & dubius rei eventus hæret.

[*A Scalig. definitur vigor ac status fabulæ, quo res miscetur in ea fortuna tempestate, in quam subducta est. Epitasis & Catastasis secundo, tertio, vel quarto etiam actu concluduntur, neque enim certus utriq; locus constanter assignari potest. Catastasis rarò ad quintum progreditur. Dicitur κατάστασις, id est, constitutio, vel consistentia, scilicet fabulæ ἀπὸ τοῦ καθίστασθαι, à consistendo, cujus ratio jam dicta fuit.*]

Catastrophe postrema pars inopinato consiliorum & rerum gestarum eventu drama concludit.

[*Sive is eventus latus sit, sive tristis: Donato est explicatio fabulæ, per quam eventus eius approbatur. Incidit sæpè in actum quartum, semper autem quintum occupat. Scalig. Est conversi negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam, d. l.*

Exemplum harum partium sit Andria Terentii, & Nubes Aristophanis.

Pro-

Protasis ANDRIÆ *est actu primo, quo Simo senex, cùm narrasset inopinatos filii amores, deliberat, quomodo ab amica ipsum abstrahat, & simulat, uxorem se ei daturum. Davus adjutor herilis filii minus terretur, & cum ipso Pamphilus vehementer perturbatur, ut qui à nuptiis propter amicam Glycerium abhorreret, cui fidem conjugalem dederat, neq; tamen patri refragari auderet.*

Sequitur Epitasis actu secundo, ubi Davus intelligens, simulari rem à patre, consulit filio, ut constanter polliceatur, patri se obtemperaturum, id quod Pamphilus facit. Interea angitur Charinus, virginis, quam Pamphilus debebat ducere, amasius, qui tam metuit, ne sibi abstrahatur, quam ille, ne sibi obtrudatur. Extorto consensu à filio, Simo Chremetrem denuo (nam & antè tentaverat) adit, nuptias filia serio urget, impetrat; quod rescìscunt mulierculæ Glyceriis familiares, indignantur. Charinus etiam acerbè cum Pamphilo expostulat. Ille animi hæret. Resilire integrum non erat, cùm patri promisisset; nihilominus Glycerio fidem confirmat. Davus exanimatur metu, cùm nihil minus metuisset, quàm consensum Chremetis.

Hinc sequitur Catastasis. Davus novo reperto consilio, puerum à Glycerio è Pamphilo natum, ante Chremetis ostium deferri curat, quo viso Chremes deterretur prorsus à nuptiis, quantumvis Simo urgeat, qui graviter in filium excandescit, & Davum in carcerem conjicit.

Hunc dubium statum solvit Catastrophe, act. 5 scen. 4. ubi Glycerium à Pamphilo vitiata, interventu civis Andrii, agnoscitur esse filia Chremetis, eiq; nuptum traditur, & vicissim Charino Philumena conceditur, ac Davus liberatur.

NUBIUM *Protasis est, quòd Strepsiades rusticus, qui magnos sumptus fecerat in delicatum & à matre corruptum filium, & ob id magnum æs alienum contraxerat, deliberat, quomodo ex illo extricare se possit. Consilium capit adeundi Socratem, & ab eo discendi artem Sophisticam, ut creditores eludere possit. Quod cùm persuadere filio vellet, abnueretq; ille, coactus fuit ipse rem tentare.*

Epitasis. Cùm verò admodum esset obliviosus, nec per ætatem

exitus declaratione, nempè ut ex inopinato exitu crescat fabulæ jucunditas: Sic Scaliger, lib. 1. p. 36. vel: Primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam: sic Donatus. Comprehenditur plerunq; actu primo, rarò secundo. De actibus paulo post: Protasis significat propositionem. A protasi persona Protatica dicitur, quæ ad protasin tantùm adsciscitur, & in toto Dramate non repetitur, ut Sosia in Andr. Davus in Phorm.]

Epitasis est secunda pars, in qua consiliorum fit progressus, & negotia turbis paulatim involvuntur.

[*Scaliger sic: Altera pars fabulæ, in qua turbæ aut excitantur, aut intenduntur. Donatus ita: Involutio argumenti, cujus elegantia connectitur. Vel: Earum rerum, quæ in protasi continentur, incrementum, ἐπίτασις enim intensionem significat, ἀπὸ τοῦ ἐπιτείνειν. Hic omnia mirabiliter, consilia frustrantur, impedimenta inopinata objiciuntur, &c.*]

Catastasis tertia pars, in qua totius Dramatis status & dubius rei eventus hæret.

[*A Scalig. definitur vigor ac status fabulæ, quo res miscetur in ea fortunæ tempestate, in quam subducta est. Epitasis & Catastasis secundo, tertio, vel quarto etiam actu concluduntur, neque enim certus utriq; locus constanter assignari potest. Catastasis rarò ad quintum progreditur. Dicitur κατάστασις, id est, constitutio, vel consistentia, scilicet fabulæ ἀπὸ τοῦ καθίστασθαι, à consistendo, cujus ratio jam dicta fuit.*]

Catastrophe postrema pars inopinato consiliorum & rerum gestarum eventu drama concludit.

[*Sive is eventus lætus sit, sive tristis: Donato est explicatio fabulæ, per quam eventus ejus approbatur. Incidit sæpè in actum quartum, semper autem quintum occupat. Scalig. Est conversi negotii exagitati in tranquillitatem non expectatam, d. l.*

Exemplum harum partium sit Andria Terentii, & Nubes Aristophanis.

Pro-

Protasis ANDRIAE *est actu primo, quo Simo senex, cùm narrasset inopinatos filii amores, deliberat, quomodo ab amica ipsum abstrahat, & simulat, uxorem se ei daturum. Davus adjutor herilis filii minis terretur, & cum ipso Pamphilus vehementer perturbatur, ut qui à nuptiis propter amicam Glycerium abhorreret, cui fidem conjugalem dederat, neq; tamen patri refragari auderet.*

Sequitur Epitasis actu secundo, ubi Davus intelligens, simulari rem à patre, consulit filio, ut constanter polliceatur, patri se obtemperaturum, id quod Pamphilus facit. Interea angitur Charinus, virginis, quam Pamphilus debebat ducere, amasius, qui tam metuit, ne sibi abstrahatur, quam ille, ne sibi obtrudatur. Extorto consensu à filio, Simo Chremetem denuo (nam & antè tentaverat) adit, nuptias filiæ serio urget, impetrat; quod rescifcunt mulierculæ Glycerii familiares, indignantur. Charinus etiam acerbè cum Pamphilo expostulat. Ille animi hæret. Resilire integrum non erat, cùm patri promisisset; nihilominus Glycerio fidem confirmat. Davus exanimatur metu, cùm nihil minus metuisset, quàm consensum Chremetis.

Hinc sequitur Catastasis. Davus novo reperto consilio, puerum à Glycerio è Pamphilo natum, ante Chremetis ostium deferri curat, quo viso Chremes deterretur prorsus à nuptiis, quantumvis Simo urgeat, qui graviter in filium excandescit, & Davum in carcerem conjicit.

Hunc dubium statum solvit Catastrophe, act. 5 scen. 4. ubi Glycerium à Pamphilo vitiata interventu civis Andrii, agnoscitur esse filia Chremetis, eiq; nuptum traditur, & vicissim Charino Philumena conceditur, ac Davus liberatur.

NUBIUM *Protasis est, quòd Strepsiades rusticus, qui magnos sumptus fecerat in delicatum & à matre corruptum filium, & ob id magnum æs alienum contraxerat, deliberat, quomodo ex illo extricare se possit. Consilium capit adeundi Socratem, & ab eo discendi artem Sophisticam, ut creditores eludere possit. Quod cùm persuadere filio vellet, abnueretq; ille, coactus fuit ipse rem tentare.*

Epitasis. Cùm verò admodum esset obliviosus, nec per ætatem





tem habilis ad discendum, multa ineptè & ridiculè in schola Socratis meditatur, donec Socrates tandem docendi pertæsus abire ipsum jubet. Non tamen absistit, sed consilio Chori filium denuò aggreditur, & vix tandem persuadet, ut suo loco Sophisticam in schola Socratis addiscat, Quem adoriuntur duo viri, justus & injustus, & uterq, ad suum studium trahere juvenem nituntur: injustus tamen obtinet. Hinc fraudes omnigenas Phidippides (filius Strepsiadis) addiscit. Interim vexatus Strepsiades à creditoribus redit, filiumq; satis jam edoctum domum lætabundus reducit.

Catastasis adducit creditores, qui à patre Strepsiade & filio Phidippide vafrè eluduntur. Itaq; Strepsiades instituit convivium in quo, dissidio orto, à filio verberatur: Queritur de injuria: filius verò Sophisticam edoctus jurè se egisse ostendit. Pater contrà disputat, filius præstigiis verborum se defendit.

Catastrophe *tandem rei exitum aperit. Strepsiades enim his rebus commotus arrepto ligone & facibus, scholam Socratis diruit, incendit & evertit.*]

Præterea Drama distinguitur in *Actus*, & hi rursus in *Scenas*.

[*Actus vocabulum hic non sumitur ut supra de actione tota, sed de parte quadam totius dramaticæ actionis præcipua.*]

ACTUS, *definiente Scaligero*, est pars Dramatis diversas actiones pro diversitate partium, quas jam diximus, continens: *seu*, quæ præcipuam Dramatis actionem absolvit:

Sunt autem in unoquoque ferè Quinq;.

[*Antiquitùs Dramata non distinguebantur in certos actus, sed id Nova Comœdia inventum fuit, sine dubio tùm ut certis legibus, quasi limitibus ut Scalig. inquit lib. 1. pag. 25.) præscripta ars redderetur perfectior, tùm quia plures actus tædium spectatoribus excitare, pauciores verò, desiderium non explere videbantur: Horatius.*

Nevè minor Quinto, neu sit productior actu
Fabula, quæ posci vult & spectata reponi.

Primus *argumentum fabulæ comprehendit*, Secundu

re

res in actum deducit seu progressum. Tertius *impedimenta & turbationes affert.* Quartus *easdem continuat, & viam ostendit, quâ solvantur* Postremus *artificiosè dissolvit. Difficile autem est, illos quinq; partites actus apud veteres dirimere, ut Donatus inquit, & Frischlin. in Aristoph. suo testatur, qui sibi videri ait apud illos plures actus fuisse, vide & Scal. lib. 1. p. 29.*]

SCENA est actus pars, quam personarum ingressus & sermocinatio constituit.

In Scenam non introducuntur plures personæ loquentes, quàm Quinq;, nisi fortè consultatio instituenda sit: mutas verò personas adesse plures, nihil prohibet.

[*Est hoc contra præceptum Horatii, qui prohibet.*

—— Ne quarta loqui persona laboret.

Fortasse ne fiat confusio vel rerum vel orationis, tadioq; afficiantur auditores, ad quorum judicium res tota est referenda. Sin verò quarta persona interloquens inducitur, nō multùm ea aut solicitè loquatur, id quod apud Terentium videre est: atq; ita emphasis quadā est in Horatii vocabulo laboret: *q.d. ne solicitè & curiosè verba interserat orationi. Scenarum numerus in uno Actu certus non designatur ob varietatem materiæ, plerunq; tamen intra quinarium & senarium consistit, rarò ultra senarium progreditur Scenam novum esse Grammaticorum inventum Muretus ex eo autumat, quia nec apud Græcos, neq; Plautum, Scenæ fit ulla mentio, nec in vetustioribus aliquibus Terentii exemplaribus manuscriptis legitur; adde quòd tam variè Scenæ distinguuntur, ut vix certa ratio distinctionis deprehendi possit. Scaliger autem nominis rationem antiquam tradit, quòd alia atq; alia facies subinde appareret ex ædiculis, in theatro) quæ olim, quum è ramis ac frondibus conficerentur, ita sint ab umbris & tabernaculis appellata. Hinc Aristoteles negat, Scenam partem esse Tragœdiæ, quia scilicet agi potest extra Scenam, sicut primitùs, cùm à solo choro ageretur. Æschylum autem (Tragicum) primum tradunt meditatum esse σκηνογραφίαν. Quapropter Athenienses eum Tragœdiæ parentem appellaverunt, & mortuum in*

Dionysiis invocaverunt; ut annotat Suidas. Initium Scenæ aliquando fit ab omnium (ejusdem Scenæ) ingressu, aliquando unius, qui è superiore Scena alium relictum invenit. Finitur similiter vel egressu omnium, vel unius, reliqui sequentem Scenam constituunt. Est, ubi unus solus ad futuram Scenam relinquitur. Cavendum autem, ne qua persona in fine actus, in theatro reliqua sit. Freig.]

Partes accessoriæ seu secundariæ, quæ extra actum, intellectus aut delectationis causa, adhibentur, sunt: (Ante actum ab initio) *Argumentum, Prologus* (In medio, inter actum & actum) *Chorus, Mimus, Satura,* (A fine) interdum adjicitur *Epilogus.*

[*Ac Prologus Argumentum, Mimus; Comœdiæ ferè propria sunt: Satura Tragœdiæ: Chorus & Epilogus utriq; communes. Mirum autem videatur, à Scaligero Chorum inter partes accessorias recenseri, cùm in Tragœdia magnam fabulæ partem agat: quidam etiam veterem Comœdiam partiti sint in Actum & Chorum. Verùm respiciendus est hodiernus usus, quo Chorus tantùm in cantãdo & saltando occupatur.*]

1. *Argumentum* περιοχὴ, est summa Comœdiæ, paucis versibus comprehensa, quę Prologo præmittitur.

[*In veteri Comœdia non fuit, ut ex Aristophanis & Plauti collatione apparet, sicut neq; Prologus. Neq; est necessarium, nisi in iis fabulis, quarum nec Prologo nec Protasi continetur.*]

2. *Prologus* est Comœdiæ præfatio, præparans spectatores, vel excusatione Poëtę, vel commendatione fabulæ, vel expositione totius summæ.

Primum genus dicitur ἀναφορικὸν, cùm regeruntur & refelluntur crimina adversariorum, ab ἀναφέρειν, retorquere, referre. Exemplum est in Andria.

Secundum συστατικὸν, commendatitium, ut in Hecy-

Hecyra. Hi duo modi Terentio sunt familiares, apud Plautum rarissimi. Tertium ὑποθετικὸν, quia ὑπόθεσιν, summam fabulæ, continet, ut in Aulularia. Tales sunt omnes apud Plautum. Est & quartum genus μικτὸν, mistum ex prioribus, ut in Casina.

Prologus consuevit esse μονοπρόσωπος, id est, unius tantùm personæ.

[*Apud Plautum in Trinummo reperitur διπρόσωπος. Negant etiam esse partem legitimam fabulæ, quamvis in Plauti Amphitruone Mercurius & Prologum agat, & magnam fabulæ partem expediat. Quidam Prologum Latinis tantùm attribuunt. Unum Calliam Atheniensem ajunt Tragœdiæ Prologum addidisse, & Euripidem sæpè Prologi aliquid simile habere, quem per plures personas introducat. Prologus autem ὑποθετικὸς à Tragœdia omninò alienus esse putatur, propter notam materiam ex conditione illustrium personarum.*]

3. CHORUS est pars secundaria post actum introducta, cum plurium personarum concentu aut etiam saltatione.

[*Potissimùm hoc intelligendum de Comico Choro, quia in Tragœdia veteri Chorus etiam erat pars primaria. Chorus prima dedit initia Comœdiis & Tragœdiis, quia solo Choro primùm agebant, quo vitia improborum carpebantur, ut supra ex Laertio diximus. Unde accedente Actu duæ partes Dramatis fuêre, Actus & Chorus. Frischl. proœm. in Aristoph.* Postea propter mordacitatem è Comœdia Chorus fuit ejectus: *Sed quæ de persona Poëtæ Chorus egerat, ea Prologus in novo præstabat: reliqua mitiùs tamen & rectiùs, expediebat juxta quosdam antiqua Satura, vel Mimus. Scal. refert ad Tibicinem, lib. 3. p. 38. At in Tragœdia Chorus semper permansit.*]

Officium Chori fuit, patrocinium auctoris, adhortationes ad virtutes, detestatio vitiorum,



precationes, conciliationes, &c. Juxta Horat.

Actoris parteis Chorus, officiumq; virile
Defendat, &c.

[*Veteris Comœdiæ Chorus habebat sex partes speciales,* Comation, Parabasin, Oden, *seu Strophen*, Epirrhema, Antoden *seu Antistrophen*, Antepirrhema.

In Commatio (Sectione) Chorus aliquam è personis alloquebatur, abeuntes felici acclamatione prosequebatur.

Parabasis (Transitio Chori ad alium locum & ad populum conversi) dicebat aliquid nomine Poetæ de se, suis studiis, de furtis, ineptiisq; aliorum Poetarum. In cujus locum apud Latinos Prologus successit, ut jam monuimus.

Ode (Cantus) precationem aliquam ad Deum instituit, ejusvé laudes peragit.

Epirrhema (Additamentum) converso Choro ad spectatores de rebus ad vitam pertinentibus aut moribus hominum disserit: ubi taxabantur singuli, aut plures impostores, aut universa civitas.

Antode (Cantus Contrarius) motu contrario relegebat Odes vestigia, eiq; respondebat.

Postremò Antepirrhema (Contrarium Additamentum) itidem vellicabat & exagitabat sceleratos. Hæc in medio Dramate fiebant. Interdum absoluto eo, brevior Chorus instituebatur. Vide Scal. lib. 3. c. 97. Verùm hæ partes non semper eodem ordine & numero apud Aristophanem visuntur.

Tragœdiarum Chori apud Græcos varii sunt, nec certis legibus astringuntur, neq; attinet eorum conditiones operosè persequi. Qui volet, legat Scal l. 1. c. 9. qui satis anxiè nomina & discrimina eorum inquirit. De iis etiam judicium suum aperit, l. 3. c. 97. si quis aliter nunc fecerit, putamus ei licere, quemadmodum sibi licuisse voluerunt illi.]

Differt Chorus ab Actu tum numero personarum, tum modo actionis. Numero, non enim ultra 4. colloquuntur: at Chorus 24. recipit. Modo actionis; in Actu enim singulæ per se loquuntur, in Choro omnes conjunctim. Deinde

inde omnes etiam in Choro ſimul modulantur & tripudiant.

[Porrò magnam cognationem habent Chori Comici & Tragici cum Lyricis carminibus, tùm propter materiam: tum carminis genus, tùm modum agendi, quod arguunt etiam appellationes utriuſq; communes. Ode, Strophe, Antiſtrophe, &c,


Hodie Chori loco celebrantur, abſolutis actibus, Harmonia Muſica, tùm Inſtrumentales, tùm Vocales, itemque elegantes Saltationes; quibus recreantur ſpectatores ad ſequentes actus attentius cognoſcendos.]

4. MIMUS ridicula erat geſticulatio, perſtringens aliorum mores, quæ loco Chori, abſoluto Comœdiæ actu, abſque ſocco inducebatur extra argumentum, ad reficiendos animos ſpectatorum.

[Hoc in Attellana dicebatur ἐξόδιον quaſi ἔξω ὁδῦ. In eo luſu cùm Pantomimi ſeu geſticulatores impenſiùs populo placuiſſent, auſi ſunt ſeorſum ſuis auſpiciis laudem inde quærere, & artificum nomen ſibi vendicare, Scal. lib. 1. cap. 10. *Natum igitur eſt ex Comœdia novum fabulæ genus, Mimi nomine, cùm extractum è Comœdia aſſertâ ſervitute juſtum ſe ſibi poëma fecit, ut inquit* Scal. *Sicut Feſcennina carmina ex Attellanâ prodière, & Satura è Tragœdia.* Scal loco d.]

Definitur ille MIMUS poëma Dramaticum, & imitans ita, ut ridiculum faciat. *Scalig dict. loco.*

[Id eſt, conſtituit ſpeciem quandam Comœdiæ, quæ abſque ſocco nudis pedibus geſticulatur, unde Latinis planipes dicta fuit. Unde etiam Plautus quaſi Plotus à pedum planicie dictus fuit. Translata ea in Italiam, argumenta Mimica adeò dicacitate & ſalibus auxit, ut unus Publius univerſam Græciam eâ laude ſpoliârit, Laberius autem elegantiâ ſermonis etiam omne Latium provocârit, Scal. l. 1. Poët. cap. 10. *Cæterùm μῖμος, (id eſt, imitatio, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι) generatim etiam pro dramate, & pro Hiſtrione Mimica, uſurpatur. Hodiè in noſtris Comœdiis aliquid ſimile Mimi habemus, quando ab-*



do absolutis singulis actibus mores rusticorum repræsentantur, aliáve ridicula παίγνια insperguntur]

5. SATURA est pars Tragœdiæ adventitia, quæ actu absoluto ad leniendam atrocitatem introducebatur cum Scommatibus & jocorum petulantia. *Vide Scal.l.6.p.867. & lib.1. cap.12.& 11. Polyd Virg.lib.1 invent.*

[*Differt à Mimo nihil ferè, nisi quòd ille est Comicus, hæc Tragica: deinde quòd Mimus neq; socco, neq; cothurno utebatur. Quare rectius Satura vel Satira scribatur (ut Maximus & Maxumus indifferenter scribitur.) Vide Taubmannum ad v.129. Culicis Virgil. Ne quis miretur, quòd supra Saturam Comœdiæ speciem fecimus, sciat, nos hic de origine Saturæ agere, quæ primitùs, ut Scalig. docet, pars fuit Tragœdiæ, postea verò extra Scenam excoli cœpta in peculiare poëma excrevit, adeoq; cum Chorus è Comœdiâ sublatus esset, in ejus locum adscita fuit: Seu ut alii volunt, Satura è Tragœdia sublata in illud Comœdiæ genus migravit.* Pontan. *Quanquam videtur Scal. hanc Saturam Comicam appellare Mimum,* lib.1.Poët.c.10. *Quicquid sit, Tragica certè Satura potiùs est, quam Comica: vicissim Mimus Comicus magis quam Tragicus, cùm Satira severitatem & amarulentiam seu asperitatem, Mimus verò ridiculam gesticulationem in jocis ferè usurpet. In Latinis Tragœdiis Satura non fuit, sed in novum planè poëmatis genus migravit, (authore Lucilio, majore avunculo Pompeii Magni,) quod Græci ignorarunt, ut Quintil. te[s]tatur. Mutatum est metrum etiam: cùm enim Lucilius primò usus esset Iambis, eos postea in hexametros mutavit, & primus nasi stylum acuisse à Plinio dicitur propter virulentiam. Et cùm antè Agricolæ genio indulgentes alternis versibus opprobria rustica fudissent, ut docet* Horat. Epistola 1.lib.1. *postea ea consuetudo in pompas & solennes Deorum ludos abiit, ut etiam ἐξ ἁμάξης, id est, è plaustris (unde proverbium, plaustra convitiorum) convitia & Scommata in quosvis obvios liberè dicerentur.* Confer Horat. Sat.4.1. serm.& Epistola 1.lib.2.]

Hanc

Hanc Saturam ita definire licebit:

SATURA nova Latina, est poëma multiforme, mordax & salsum, ad corrigendos corruptos hominum mores accommodatum.

[*Multiforme, quia modò ἐξηγηματικὸν, modò δραματικὸν, modò μικτὸν, ut ad certum genus referri non possit. Nos conjunctim hic tractare maluimus, quæ de Satura sunt. Exempla istius varietatis in Satuiricis sunt obvia. Materia igitur, vel objectum Saturæ est, sicut & Prisca Comedia, turpitudo risu & odio digna. Postulat versutum & sagax ingenium. Amat varietatem materiæ, ob quam causam Satura dicta est à quodam genere lancis, quo primitiæ ad sacra Cereris inferebantur: quoniam ut in ea lance diversorum generum fructus disponebantur: Sic in Satura variæ res & diversæ tractarentur, quibus Satura expleatur, ut tanquam saturetur: Et eandem ob causam Varro & Festus dictum volunt à Satura, quodam farciminis genere, quod diversis rebus infarciebatur. Imò vetus interpres Persii Sabius lanens Saturam lancis genus appellat, id est, discum vel clarnum, multis ac variis frugum generibus plenum, quæ sacrificiis Veneris consuevit inferri, dicta à saturitate, id est, abundantia, vel eò, quòd sit plena convitiis & reprehensionibus hominum & nulli parcat. Vide G. E. Symbolas in Petronium. Amat etiam Satura crebras & acutas sententias, numeros humiles & idcircò neglectiores: quin illum neglectum pro cultu habere sibi videtur: nescio enim, quid irrisionis præ se ferunt claudicantes versiculi Horatiani. Veteres fictis utebantur nominibus, ne potentiores in se irritarent: aut vera nomina ex histeriis sumebant similibus. Neoterici nomina sceleratorum è veteribus mutuò petunt; aut è Græcis nova effingunt. Partes certas nullas habet, neque unam certam dispositionem: qualibet autem debet esse elegans. Aliquando abruptum est exordium. Stylum vulgarem, purum tamen vult, & præsentibus negotiis accommodatum: Quis enim ferat, inquit Quintilian. lib. 9. contrapositis & consimilibus irascentem flentem, rogantem, deprecantem, ubi atrocitate, invidia, miseratione opus est: cùm jam*

cura

cura verborum deroget affectibus fidem, & ubicunque ars ostentatur, veritas abesse videatur. Floruerunt post Lucilium Satyrici, Terentius, Varro, Horatius, Iuvenalis. Horatius festivus derisor, censetur salsior & iocosior: Persius tetricus censor, severior & tristior: Iuvenalis petulcus exagitator, petulantior & obscœnior, vide Scal. lib. Poët. c. 98. *Horatius etiam occultius, quàm reliqui, vitia taxat, quod videtur esse artificii. A Scaligero propter elegantiam versus & acrimoniam sententiarum Iuvenalis princeps Satyrorum dicitur, ab Heinsio Horatius reliquis omnibus, antepcnitur. Verba non decet esse obscœna, ne, dum vitia insectamur, eas ponamus voces, è quibus, qui legunt, evadant deteriores. Ideoq; Ausonius, Lucretius & Iuvenalis prudentissimè alicubi Græca vocabula interserunt, quod flagitia & quædam arcana neutiquam Latinè dicenda putarent.* Vide Scalig. lib. 3. Poët c. 48. *Aliis affectatio Græci sermonis in carmine Latino, ut sup dictum, vitiosa est. Lege Dan. Heinsii dissertationem Horatianam, & librum eius doctissimum de Satyra Horatianâ*]

6. EPILOGUS est pars adventitia dramatis à fine adjecta, ut ejus usum indicet, vel aliud quippiam nomine Poëtæ moneat.

[*Olim duobus ad summum verbis absolvebatur,* Valete & Plaudite. *Hodie iustum sæpe carmen explet. Interdum per Chorum fit Epilogus, ut in Aristophanis Ranis, & omnibus Tragœdiis Græcis, una Seneca Latina. Ita autem comparatus esse debet, ut cum delectatione spectatores dimittat.*]

III.

ACCIDENTIA interna seu Affectiones sunt, è quibus dramata dicuntur Motoria vel Stataria.

Motorium, drama est turbulentum, quod plus in agendo consistit, quam loquendo.

[*Tales sunt Terentii Adelphi, Heautontimorumenus, Phormio: Plauti Amphitruo, &c. Senecæ Hercules furens, Thyestes, &c.*]

Stata-

Statarium, est drama sedatum, quod plus in loquendo versatur, quàm agendo.

[Tales sunt Terentii Hecyra. Plauti Cistellaria, Pseudolus, &c Aristophanus Plautus, &c. Seneca Octava, Hercules Oetaus, &c.]

Quædam etiam medio modo se habent, & dicuntur Mixta, quæ ab utroque genere partem trahunt.

[Vt Terentii Eunuchus, Andria. Plauti Aulularia, Aristophanis Nubes, Ranæ, &c.]

IV.

Accidentia externa sunt *Titulus*, *Modi*, *Cantus*, *Saltatio*, *Apparatus*, ut Scaliger recenset; sub quo licet comprehendere *Theatrum*, *Amphitheatrum*, *Scenam*, *Proscenium*.

TITULUS est nomen fabulæ.

Variè imponitur, vel à loco, eventu, primaria persona, &c. Sed tamen ab ea parte, facto vel persona inscribendus est, quæ est celeberrima, dignitate vel infelicitate, aut quæ plurimum in toto argumento versatur. Interdum nomine proprio discriminis gratiâ additur Epitheton; ut apud Senecam Hercules furens, & Hercules Oetæus. Apud Sophoclem Aiax flagellifer, & Aiax Locrensis, alia Tragœdia, apud Euripidem Iphigenia in Aulide, & Iphigenia in Tauris, &c. Hinc quidam aiunt, recentiores peccare, qui, cùm nihil opus sit, duplicatis nominibus Comœdias suas inscribant, ut Saulus conversus, &c. Pontanus in Poët. *Solebant Tituli in Proscenio proponi unà cùm Poëtarum nominibus, antequam fabulæ agerentur. Vide plura apud Scalig. l. 3. c. 123.]*

MODI sunt mensuræ certæ cantus, quas Thymelici, seu Musici Choris præscribebant.

[Aristoteles μελοποιίαν nominat, Hinc in Titulis Terentianis: Modos fecit N.N. tibiis paribus, dextris & sinistris, &c. Apud veteres melodia fuit simplex, ut Tibia tantùm 4. τρυπήματα, id est, foramina habuerit. Πολύτρητον, id

est, multiforem fecit Theodorus Thebanus, ut Pollux testatur. Quod docet etiam Horat.

Tibia non ut nunc Orichalco vincta tubæq;
Æmula, sed tenuis, simplexq; foramine pauco
Aspirare & adesse Choris erat utilis, *&c. in arte Poët.*]

CANTUS & SALTATIO per se nota sunt. Differentias varias videre licet apud *Scal. lib. 1. Poët. cap. 18.*

[*Locus cantuum & saltationum erat juxta scenam, & dicebatur Orchestra & Thymele, unde Thymelici, id est, cantores vel præfecti cantus atq; modorum, Orchestræ saltantes, dicti fuerunt.* Ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖν, *saltando, quòd Chorus antiquus ferè cum saltatione & canticis suas partes perageret.*]

APPARATUS sunt omnis generis ornamenta, Syrma, Cothurnus, Soccus, introitus, aulæa, tapetia, machinæ versatiles, Scenæ pictæ, habitus vestium, &c.

[*Apud antiquos* Cothurnus *proprius erat Tragœdiæ, quod erat genus calceamenti sublime, subere sublevatum. Inde cothurnatus pro sublimi & magnifico. Et Cothurnatus vates, id est, Tragœdus. Erat autem* τετράγωνος *&* ἀμφοτερόδεξιος, *quadrangulus & utriq; pedi aptus dextro & sinistro, unde Proverb. Cothurno versatilior. Vide Erasmi Chiliad.* Syrma *est vestimenti genus prolixum & magnificum, Tragœdiæ solenne, alias mulieribus frequens.* Soccus *erat proprius Comœdiæ, humile calceamenti genus, & mulierib. usitatum.*]

THEATRUM est locus, quo fabula agitur & spectatur.

AMPHITHEATRUM est locus circumstantium spectatorum circularis, ita ut undiquaque spectari possit.

[*De theatro & scena, (id est, loco fabulæ agendæ, suprà enim Scenam alio significatu, tanquam partem consideravimus,) ita scribit Freigius: Principio subitariis quibusdam gradibus*

dibus & scena in tempus extructa ludi edebantur, & populus stans spectabat. Postea magno sumptu theatra & amphitheatra *ubi sederent, extructa sunt, quorum cavea* 700000. *caperet, autore Plinio. Vide etiam* J. *Lipsii librum de Amphitheatro. Erat autem theatrum in modum hemicycli, cujus ab utroq; cornu scena erant cum singulis aris, quarum una Bacchi, altera ejus Dei erat, in cujus honorem ludi fiebant. In ipso autem theatro triplex ordo sedilium fuit. Primus plebeiorum, secundus equestrum, tertius patriciorum. In primis autem quatuordecim ordinibus, postea nemo sedebat per legem Rosciam, nisi equites qui possiderent XM. coronatos.*]

SCENA verò umbraculum erat, quò se histriones conferebant, idq; ex arboribus primò fuit, posteà *siparia*, id est, tapetia eum usum præstiterunt.

[*Fuit autem duplex scena: Una versatilis, qua subitò tota machinis quibusdam convertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Altera ductilis, qua tractis iis huc atq; illuc interiorem picturæ speciem nudabat.*]

PROSCENIUM denique locus erat ante scenam (unde & nomen habet,) in quam evocabantur mimi seu histriones ad fabulas agendas, quod aliâs Pulpitum dicitur.

[*Proscenium igitur ipse locus medius est, in quo fabula agitur. Vide de his Scal. l. 1. c. 21. Caterùm hac ad accidentia externa retulimus, quia Locus etiam, testibus Philosophis, rationem Adjuncti habet, quatenus rem circumstat, neq; essentiam ejus ingreditur.*

V.

GENUS CARMINIS.

Hoc vel in Actibus spectatur, vel in Choris. In actibus utraque tùm Comœdia, tùm Tragœdia Jambico carmine constat. *Hunc socci cepêre pedem, grandesq; cothurni.* Horat. Et Trochaico.

Tragœdia ferè Jambis Senariis, Comœdia octonariis, septenariis, senariis, quin & dimetris. *Tragœdiam vetant recipere puros Iambos, videlicet, ne quid Tragicæ gravitati decedat. Vnde apud Senec. nulli extant. Sed Græci hanc legem non tam strictè servarunt, apud quos reperiuntur complures.* Chorus carmine Lyrico fit. Genera varia & nullis legibus devincta. *Videas etiam hexametros, ut in Ranis. Apud Senecam sunt Sapphici, Choriambici, &c. de quibus legi potest Micyllus, & Hier. Avantius.*

Observationes seu præcepta quædam Tragœdiæ & Comœdiæ.

[De dispositione generali dramatum, *sic pulchrè* Viperanus. *Tragici & Comici non ea omnia, quæ argumento commemorant, per agentes personas imitantur, verum inde agendo inchoant, unde res ad certam temporu legem venire potest: quæ verò antecedunt, ea explicant in Prologo. (vel protasi. seu primâ parte fabulæ, in quâ res præterita ab actore aliquo edicuntur.) Quod in actu primo maximè fit, ut spectator ex præteritarum rerum commemoratione intelligat, quæ aguntur.*

DE MATERIA *utriusq; dramatis suprà in discrimine dictum est: res scilicet in Tragœdiâ esse terribiles, atroces, luctuosas, unde terror & commiseratio, quæ est nota peculiaris Tragœdiæ. Erunt igitur jussa regum, cædes, suspendia, exilia, orbitates, parricidia, incendia, fletus; ululatus, querimoniæ, funera, epicedia, &c. Deniq; res gravitatis & atrocitatis plenæ, quarum vim magnopere vel minuit, personarum conditio, Tragœdiæ materies.*

Personæ *igitur materiæ conformes sint: Iucunda est in illis comparatio, qua sæpè utitur Terentius, ut in omnibus, (præter Eunuchum) habeat binos senes, & in omnibus, (præter Hecyram) binos adolescentes. Spectra etiam alicubi adsciscuntur, ut* in Hecubâ. *Monent etiam, pauciores convenire Tragœdiæ personas: ac diu tum concedi locum, cum vel præterita mortalibus ignota referenda, vel futura ἀπὸ μηχα-*

nis referanda sunt, aut omninò, si quid humano ingenio & industria confici nequit. Unde Horat.

Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit. ——————

Porrò cædes, suspendia, &c. non convenit oculis spectanda subjici propter immanitatem obnoxiam offensioni, juxta præceptum Horat.

—— ——— ——non tamen intus
Digna geri promes in Scenam, multaq; tolles
Ex oculis, quæ mox narret facundia præsens,
Nec pueros coram populo Medéa trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefarius Atreus,
Aut in avem Progne vertatur, Cadmus in anguem,
Quodcunque ostendis mihi, sic incredulus odi.

Æschylum Aristoteles tradit cædes à Scenâ remotas per nuntios narrari instituisse. Sapè etiam Chorus ei rei adhibetur. Nonnulli tamen è Græcorum & Latinorum aliquot exemplis aliud sentiunt. Pontan. in Poët.

Actio Tragœdia unius ad summum bidui spatio circumscribatur. Itaq;, qua antecesserunt, narranda sunt, quando inde pendet actio. Nec prudentis Poëta est efficere, ut Delphis Athenas, aut Athenis Thebas momento quispiam proficiscatur. Res enim ipsa ita deducenda disponendaq; sunt, ut quàm proximè accedant ad veritatem. Neque enim eò tantum spectandum est, ut spectatores vel admirentur, vel percellantur, sed & docendi, & movendi, & delectandi, vide Scalig. lib. 3. cap. 97. *pulcherrimè de his disserentem.* SENTENTIIS *præterea Tragœdia tanquam columnis universa fabrica fulcienda est, quarum duo genera: simplices & præcisa, aut diducta & amplificata, Scal. ibid. Vtrunq; genus idoneum est.*

Contrà Comœdia res latas easq; civiles ac privatas tantum, qua ad sublimitatem Tragicam non assurgunt, sibi vendicat. Hîc lusus, comessationes, nuptia, servorum actus, senes decepti, emuncti argento, &c. Vnde & persona viliores: & dictio etiam mediocris, non tamen ad Mimicam levitatem descendens: sed facilis, aperta, suavis, pura, elegans, cum mediocri ornatu personarum, varietati se attemperans. Quia tamē

ſæpè res læta regibus aut alioquin illuſtrib. perſonis obtingunt: hinc hodiernis etiā Comœdiis regiæ & illuſtres perſonæ repræſentantur, earumq; negotia exhibentur, quia iſto materiarū diſcrimine potiſſimū Comœdia & Tragœdia inter ſe diſtant.

Summo autem ſtudio in perſonis τὸ πρέπον obſervandum eſt, ut cuiq; ætati, ſexui, &c. ſua conveniens oratio, actio & mores tribuantur, ut ſuprà etiam attigimus. Alii quippe mores ſunt adoleſcentis, alii viri, alii ſenis, ut Horatius monet:

Ætatis cujuſq; notandi ſunt tibi mores,
Mobilibusq; decor naturis dandus & annis.

Reliqua apud ipſum poëtam legantur, & præterea Ariſtotelem in Rhetor. Húc pertinet, ut è communi opinione aut hiſtoria mores in perſonis exprimantur: v.g.

——honoratum ſi fortè reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, excors, &c. *Hor.*

Quin & hoc præcipiunt, ut qualem perſonam initiò introduxeris, talem deducas ad Dramatis finem. Quâ de causâ Euripidem damnant, quòd Iphigeniam primò abjectam finxerit animi, poſt id animoſam. Hoc vocant, τὸ ὁμαλὸν, id eſt, æquabile. Pontan. inſtit. Poët.

Actio Comœdiæ itidem unius diei ſpatio aut paulò majori comprehendatur. Et quoniam exitus lætus eſſe exactè non poteſt, niſi è periculis liberatus eſſe intelligatur; unicum hoc diſpoſitionis artificium ſit, ut mirabiles eventus inter ſe implicentur, intricentur, perturbentur, modò ſpes, modò metus, lætitia, dolor, admiratio, inſidiæ, ſuſpenſi animi, quò res inclinatura, quémve eventum ſortitura ſit, donec tandem inſperata cataſtrophe omnia læto fine componantur. Interim ubi commodè fieri poteſt, ſales lepidi & joci inſpergantur. Et hoc quidem in fictis argumentis faciliùs fit, in veris autem ſeu geſtis πάρεργα cognata adſciſcenda ſunt, & defectus illis reſarciendus. Sic Friſchlinus egregius Poëta in Rebeccam ſuam introducit Iſmaëlem, cum ſuo Satellitio, qui Comœdiæ humilitatem corrigit, & facetis ſalibus condit. Ita Ægid. Hunnius D. in ſua Ioſepho exaltato Mercatores virtutem & probitatem docet, dum fraudes & technas ipſorum detegit. In Ioſepho verò recuperato profuſionem & prodigalitatem Ruſticorum,

&

& mendicantium vafritiem castigat. Quamvis sint qui πάρεργα reprehendant, si videlicet prorsus à præsente materiâ aliena sint: Loquor autem de essentialibus Comœdia, non de ἐπεισοδίοις inter actum & actum: illa quippe sunt arbitraria Dramatis ornamenta.

Ioci non sint scurriles seu Mimici, quales Plauto ascribit Horatius. Terentium, quòd natura tristiorem finxerat, arbitrantur, jocari magis non potuisse quã noluisse. Aristophanes quid hac in parte valuerit, ex ejus scriptis patet. Nihil ferè à quoquam dicitur, unde non capiatur occasio ad aliquid subsannãdum. Omnia apud ipsum nova sunt & repentina, quod venustatem auget. Neq; illud prætereundum, propterea quòd fabulæ scribuntur, non tantùm ut agantur, verùm etiam ut legãtur, multa poni à Poëtâ, ut à lectoribus faciliùs intelligãtur, exempli gratia: In Amphitruone, ubi Iupiter & Amphitruo cicatricem detegit. Etenim cùm in Scenâ essent, satis erat, si detegerent. Scriptum est tamen Deteximus; vide; ut lector etiam intelligere possit, quid actum sit. Scal. lib. 3 cap. 97.

DE POETIS COMICIS ET TRAGICIS.

Dicendum est etiam aliquid de collatione præcipuorum Comicorum & Tragicorum. Tragici apud Græcos potissimùm tres excelluerunt: Æschylus, Sophocles, Euripides. Æschylus antiquior Sophocle novem annis, Euripide 24 A Quintil. lib. 10. c. 1. sublimis vocatur, gravis & grandiloquus, sæpè usq; ad vitium: sed rudis in plerisq; & incompositus. Propter quod correctas ejus fabulas in certamen deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisêre. Inter Sophoclem & Euripidem sic statuunt. Sophoclem μεγαλοφωνότερον, (unde cothurnus Sophocléus, Eclog. 8.) graviorem & simpliciorem. Euripidem disertiorem, argutiorem & omninò doctiorem, quippe qui Rhetoras & Philosophos diu audierit. Vnde Crantorem Laërtius scribit, Homerum & Euripidem præ cæteris Poëtis mirari solitum fuisse propter reconditam doctrinam & sapientiam. In partium tamen fabulæ οἰκονομίᾳ, & decenti coagmentatione Sophocle est inferior, ut testatur Aristoteles. Euripides ait, tametsi alioqui μὴ εὖ οἰκονομεῖ, tamen τραγικώτατος τῶν ποιητῶν esse videtur, seu in eo, quod Tragœdiæ proprium est,

præstare cæteris; quoniã acerbos casus plures, quàm alii, Tragœdiis suis inserere studuit. Breviter, Euripides est τραγικώτατος in rebus, ille in verbis; Euripides doctior in rebus, ille in dispositione. Senecam Tragicum Latinum, nullo Græcorũ, majestate inferiorem existimat Scaliger, quin Euripide etiam nitidiorem, lib. 6. cap. 6. Olim Tragœdiæ ipsius tantæ fuerunt autoritatis, ut quò quisq; plures versus ex eis recitare posset, eò haberetur doctior, quanquam styli discrepantia facit, ut non unius auctoris omnes Tragœdiæ æstimentur, quæ sub Senecæ nomine circumferuntur: qua de re vide Lipsium in antelogio Animadversionum ipsius in Tragœdias, quæ L. Annæo Senecæ tribuuntur.]

De Latinis verò Plauto & Terentio, qui præ reliquis teruntur, non conveniunt. Plautus sanè est lepidior, sed interdum Horatii judicio scurrilis, sibi nunquam similis, semper novus & varietate materiæ amabilis. Contra Terentius nimis æquabilis & unius ferè styli, puri tamen, tersi & lectissimi: quem propter pluris eum faciunt, quam Plautum. Lipsius tamen l. 2. Quæst. Epl. 18. ægrè fert, Terentium Plauto præferri; & Scaliger, nostrum non esse de Latinitate Plauti judicare ait, cùm unusquisque Comicorum suis temporibus, quod ad loquendi rationem pertinet, satisfecisse putandus sit. Et sanè non deest Plauto sermonis elegantia. Vnde Varro scribit, Musas Epii Stelonis sententiâ Plautino sermone locuturas fuisse, si Latinè loqui voluissent. Res etiam in Terentio languidiores sunt. Breviter: Terentius in puritate styli excellit. Plautus in varietate materiæ & salibus, seu, Plautus est Comicus magis, Terentius magis locutor. Plura vide apud Scalig. l. 6. c. 2. & 3

E Græcis Comicis solus extat Aristophanes, salibus, & styli libertate, leporeque Attico insignis, ut non temerè eum cum Plauto comparandum esse Frischlinus censeat, (in ipsius vita) Scaliger autem Horatio, lib. 3. cap. 97. Extat apud Plutarchum comparatio Aristophanis & Menandri, contra quam eruditè scripsit idem Frischlinus, in prolegom. Aristoph. Latini: ubi vide.

CAPUT X.

DE DRAMATE BUCOLICO.

H*Vcusque de Dramate Scenico, sequitur Bucolicum.*
BUCOLICUM est drama pastorale: *seu*, poëma dramaticum, continens colloquia pastoralia.

Seu: Drama repræsentans actiones pastorum. *Ab aliis definitur*, actionum rusticarum imitatio. Dictum ἀπὸ τῶν βουκόλων, id est, pastoribus. Differt à Scenico dramate, quia extra Scenam consistit.

[*Hoc genus carminis antiquissimum autumat* Scaliger, *ex vetustissimo vivendi more, nempè pastorum, qui fallendi temporis grati â vel natura instinctu, vel aviculárum imitatione, vel arborum sibilis ad cantilenas excitati fuerint, qua deinceps in leges metri redacta*, lib. 1. c. 4. *Quamvis autem varia pastorum genera sint: αἰπόλοι, caprarii, ποιμένες opiliones συβῶται, subulci, βουκόλοι, bubulci: Tamen κατ' ἐξοχὴν τοῦ ζώου ἀριστεύοντος, ut Scholiastes Theocriti, inquit, propter excellentiam pecoris. Bucolico nomine omnia inscribuntur. Quin & villica, piscatoria, holitoria, sylvestria. &c. hoc genus recipit*, Scal l. 3. Poët. c. 99. *Est etiam apud Theocr. Oeconomicum*, Idyll. 28. *Sciendum autem, quadam Bucolica non ad dramata, sed exegetica pertinere: Quadam etiam ex utrisq; mista esse: ut patet ex* ecloga 7. 6. 10 Idyllio 24. &c. *Quæ propter stylum rustico sermoni accommodatum, ad μιμητικὰ poëmata referri possunt.*]

Singula carmina Bucolica vocantur εἰδύλλια, vel ἐκλογαί.

Εἰδύλλια, vel ut Scal. ἰδύλλια, diminut. ab εἶδος vel ἰδέα species: quòd imitatione aliquid repræsentarent. Sic appellantur Theocritéa, itémque Moschi & Bionis ἐκλογαί, electa, quòd de reliqua turba eorum, quæ subito calore excidissent,

ſent, ſelecta & exactiùs elaborata eſſent. Tales ſunt Virgiliana. Sunt & aliæ appellationes, ut ἴυλος, λυτιέρσης, carmina meſſorum, ſicut & Borcos, Adonia, Maneros, *de quibus & præcedentibus, Scal. l. 1. cap. 4.*]

Perſonæ ſunt agreſtes, paſtores, agricolæ, &c. Ita: Res etiam ſimplicitatem ruſticam & paſtoralem præ ſe ferunt.

[*Hinc Virg. ſub agreſti Sileni Dei ſylvatici perſonâ, myſteria de ortu Mundi è libris Sibyllinis profert, eaq; ſemper ad agrum & ſylvas retrahit, eclog. 6.*]

Stylus eſt humilis & vacat ſplendore aut gravitate.

[*Qua in re præponunt Theocritum Virgilio. Acumen quoque eſt in multis Virgilianis, ut:*

Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mœvi. *Scal. l. 4. c. 14.*]

Carmen Bucolicum eſt vel Μονοπρόσωπον vel Ἀμοιβαῖον. Μονοπρόσωπον, quo inducitur perſona tantum una, unde & nomen habet. Ἀμοιβαῖον, quo plures perſonæ alternis cantantes introducuntur. *Illius exemplum eſt in eclog. 2 4. 6. 10. Idyll. Theocrit. 2. 3. 11. &c. Hujus in eclogis & Idylliis reliquis.*

[*Quod ad* Materiam *attinet, varia in Bucolicis tractantur. Vota, Gratulationes, Obtrectationes, Laudationes, Cohortationes, Gratiarum actiones, Querimoniæ, Threni, loca, &c. omnia tamen ſtylo humili, ut dictum eſt, qui agrum & paſcua oleat, ut cujuſcunque generis negotium ad agrorum naturam retrahatur. Iccircò præter nemora & agros ſi quid ex urbe oblatum bucolica canat, ita tractetur, ut quaſi in agro ortum, aut inventum, aut actum dicatur. Comparationes etiam ex agro & paſcuis ducantur, Scalig. lib. 3. c. 99. Bubulcis attribuuntur paulo grandiuſcula, minora Opilionibus & Caprariis, tenuior ſtylus holitoribus. Frondator, Vindemiator, Meſſor, Lignator, Fœniſeca, Arator, nunquam in opere loquuntur.*

quuntur. Viatores autem colloquuntur aut concinunt, ut Scalig. d. l tradit. Verum contrà videmus, apud Theocrit. toto Idyll. 10. Messores colloqui. Idyllio item 21. Piscatores. Sapè allegorica sunt ecloga, ut cum Virgil. in primâ inducit Tityrum & Melibœum, per Tityrum semet intelligit, qui arva sua ab Augusto receperat, militi jam addicta peregrino: per Melibœum, reliquos vicinos suos, qui sua prædia militi relinquere cogebantur. Gratias igitur Augusto Eclogâ istâ agit, dum beneficium ipsius ex collatione amplificat & commendat. Verùm non necesse est semper esse allegoricam, cum sæpè directa sit, ut Idyll. 17. Theocriti, quod inscribitur Ptolemæi encomium: & sic reliqua pleraque. Nomina tum eclogarum tum pastorum rebus apta finguntur, aut ex auctoribus desumuntur, ut μελίβοι⊗ à μέλεσθαι curam agere & βῦς, bos. Κορυδὼν à κορυδ⊗, Galerita, Avicula, Agrestis, &c. Regnat in Bucolicis versus Hexameter, *qui narrationibus aptissimus & cantilenis rusticis satis idoneus, visus fuit. Apud Theocr. Id. 8. videmus etiam elegiacum hexametro mistum. Et Id. 28. Choriambicum Idyl. 29. Heroicum brachycatalecticum Idyll. 30. Anacreonticum, sive illud Idyll. malis ad Lyrica referre. Laudatur Bucolicus hexameter, si quartus pes integra voce dactylum constituat, ut:*

Tityre pascentes à flumine rejice capellas.

Quam nonnulli vocant Cæsuram Bucolicam, Pontan. Scaliger ita nominat pedem Quintum, ut:

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi, *lib. 2. c. 37.*

Quidam in primo pede requirunt idem Sed nihil opus est curiose observari. De Scriptoribus Bucolicis. *Apud Græcos excellit Theocritus. Pauca enim restant de Moscho & Bione, è quibus nonnulla Theocrito ascripta fuerunt. Apud Latinos palmam obtinet Virgilius. Sed adhuc controvertitur, Num Theocritum superaverit, an ab illo superatus fuerit. Equidem Scaliger Virgilio palmam tribuit, eosq; pauci corruptiq; judicii Grammaticos vocat (intelligit Servium, &c.) qui contrarium sentiant, lib. 5. c. 5. Verum audiamus, quid ea de re scribat H. Stephanus in proœmio Theocriti, ex ipso Theocrito,*



Νίκα μὰν οὐδ' ἄλλος, ἀνάσσατοι δ' ἐγένοντο, *inquit, id est:*

Neuter victor erat, namq; est invictus uterque.

Cum enim nihil personæ, quas induxerant, nihil tempora, quibus vixerunt, nihil linguæ, quibus usi fuerunt, commune inter se habeant, neutri palmam posse quenquam concedere existimo, quin de altero malè mereatur. Et paulò pòst. Sed negari non potest, quin nonnulli sint apud hunc Poëtam (Theocritum) idiotismi, quibus nihil elegantius, nihil venustius, inveniri apud ullum Poëtam Græcum possit. Hæc quum ita sint, censeo de duobus his Poetis dicendum esse, utrunque in suo dicendi genere excelluisse. Hæc Stephanus. Ex recentioribus complures Bucolica scripsere, Mantuan. Sannazar. Politian. Vida, Eoban. &c. de quibus judicium vide Scalig. lib. 6. Poët.]

CAPUT XI.

DE CARMINE MIXTO, NEMPE *Epico.*

HActenus de carmine dramatico, Restat Mixtum.

Mixtum carmen est, quod ex utroque exegetico & dramatico constat, *id est, quòd modò rem simpliciter exponit, modò personis sermonem attribuit.*

Tale præcipuè est Epicum.

[*Præcipuè, quia & quædam Bucolica, Epigrammata, Satyrica, &c. mixta reperiuntur.*]

CARMEN EPICUM.

EPOS est carmen mixtum de illustribus illustrium personarum actionibus.

Scaliger ita: *Carmen, quo heroum genus, vita, gesta, describuntur, l. 3. cap 96.* Aliter: *quod varia rerum vicissitudine sublimium personarum res gestas describit. Unde* Heroicum *cognominatur. Huic adhibetur carmen* Hexametrum. Ἔπος, *id est, verbum, de Poëmate* κατ' ἐξοχὴν *dicitur trifarium. 1. de omni cujuscunque generis. 2. de hexametro tantum exegetico 3. de hexametro mixto, quæ significatio hujus loci.*

loci est. Hoc Scal. omnium princeps esse affirmat, quia scilicet materias continet universas, lib. 1. c. 3. Hujus structuram & leges traditur, I. Materiam. II. Dispositionem generalem & specialem. III. Stylum. IV. Carminis genus. V. Scriptores, *considerabimus.*

I. Materia est. Res gestæ regumque ducumque & tristia bella: quæ gravitate & vicissitudine eventuum constant. *Vnde personas etiam magnificas introduci convenit. Argumentum petitur ab historicis, neque enim decet prorsus fictum esse.*

II. Dispositio Generalis *has habet leges, juxta Scal. l. 3. c. 96.* Una est, *ut narratio non à gemino ovo, ut Horat. pulcrè monet, inchoetur, sed ab illustri aliquo facto intermedio, ut auditor suspensus detineatur (quæ præcipua Poëtæ virtus est.) Reliqua quæ præcesserunt per occasionem deinceps enarrantur à personâ inductâ. Sic Homerus non ordine à primo belli Troiani anno, sed medio, vel ut alii volunt extremo, in quem scilicet ira Achillis incidit; & per anticipationem deinceps anteacta describit. Sic Æneis in Sicilia Æneam excipit, & antegressa, per occasionem colloquii cum Didone lib. 2 & 3. exponit, ad imitationem Odyss. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Ovidii Metamorphosis directam seriem sequitur, initio facto ab initio Mundi, quare à nonnullis inter Epica non numeratur: sed historica fabulosa. Reprehenditur & eo nomine Apollinius in Argonaut. Pontan lib. 2. cap. 5. Aristotelicum est illud, à medio incipere tanquam notissimo.* Altera lex huic confinis, *ut narratio non recto tramite ducatur, ne pariatur tædium. Cujus rei ideam perfectam exhibet* Æthiopica Historia Heliodori, *quampropterea epico Poëtæ accuratissimè legendam Scaliger censet, loco cit.* Tertia, *ut dilatetur ἐπεισοδίοις seu digressionibus, quarum novitas & varietas ornatum atque majestatem carmini conciliat, animumq; auditoris quasi captivum ad finem usque perducit. Sed videndum, ut omnia cum poëmatis totius systemate aptè cohæreant, in quo Lucanum peccasse Scalig. docet lib. 6. pag. 846.* Denique *finis poëmatis in memorabili aliquo eventu statuatur. Quo in genere commendatur Homeri & Virgilii prudentia,*

tia, quorum ille cùm Achillis Encomicum instituisset, nō pervenit ad turpem ipsius interitum, sed Iliada concludit cade Hectoris ab Achille facta: Ita in Æneide, aliisq; pluribus. Errant enim qui putant Æneida esse opus nondum absolutum.

DISPOSITIO SPECIALIS Exordium ne sit tumidum. *Quemadmodum Oratores initiò temperamentum quoddam dictionis observant, ut verecunda sint, non tumida, non elatis intensa verbis, sed acuta sententiis principia: Itâ poëmatum quoq; epicorum initia comparata esse debent: quod & Horat. monuit, notans cujusdam Poëta ambitionem:*

Non sic incipias, ut scriptor Cyclicus olim,
Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum.
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

De hoc vitio accusatur etiam Lucanus & Statius in Achilleide. Exordium idem hic est cum Propositione. Propositio plana sit & brevis, nec ultra quàm opus complectitur, se extendat. *Sic Homerus Iliadis initio tantùm ira Achillea mentionem facit, quia ultra cadem Hectoris non erat progressurus. Odyssea & Æneis quamvis personas propositas non nominent, perspicuè tamen illa describunt.*

Invocatio *ab Ethnicis ad Musas vel illustres viros, propositioni elim subjungebatur, quod faciunt Latini Poëta, cùm nimirum viderunt & ostenderunt rei quam descripturi sunt, difficultatem & periculum: Sic* Virgil us *Augustum & Mecœnatem,* Ovidius *in Fastis Germanicum,* Lucanus *Neronem,* Flaccus *Vespasianum,* Statius *Domitianum,* Oppianus *Antonium appellant. Interdum & in medio, quoties rei difficultas postulare videbatur, ut Iliad. β. ante Catalogum navium, Æn. 6. ante descensum ad inferos. Christianos Poëtas decet à Deo solo auxilium flagitare, nisi sit dedicatio tantum operis. Laudabile exemplum est apud Frischlinum, in nuptiis* Wirtemberg. *Fuit invocatio apud priscos, & Poetarum & Oratorum, posteà verò ab Oratoribus neglecta. Quare Cicer. Verrem ob morem istum obsoletum irridet. Exemplum vetusti illius moris est, Æn. 10.*

Præfatus divos solito rex (*Latinus*) infit ab alto.

Ab historicis prorsus erat aliena, ut patet ex Livio, in præfat.

sui. Quare Val. Maximus notatur, quod Tiberium Cæsarem invocare ausus est.

Narratio ne sit prorsus ficta. Circumstantiæ verò fingi possunt. *Sic non omnia Maro de Ænea finxit. Certum est enim, illum exciso Ilio cum sociis in Italiam navigasse, ibique regnum condidisse. Quibus autem circumstantiis id evenerit, cùm ex historiis certum non esset, Virgilius de suo confinxit: etiam contra veritatem historiæ, ut in Didone, quæ multis seculis vixit post Æneam, ut patet è Iustino. Tales sunt fabulæ illæ mirabiles in Homer. Odyssea & Iliade, quæ semper aliquid veri habent falsò mixtum. Eas Scaliger putat è vulgi rumore communi acceptas, lib. 1. cap. 5. velut si quis apud nos describeret, quæ de Theodorico Veronensi, S. Elizabetha, Fortunato, &c. vulgo circumferuntur. Commendatur narratio, 1. si* inopinatos casus & eventus mirabiles, *quibus moveatur animus lectoris, producat. Ita enim conciliat operi varietatem, voluptatem, & lectorem attentum servat. Sic scripta est historia expugnationis Troianæ, Æneid 2. Græci Achemanidis, Æn. 3. Didonis, Æn. 4. Palinuri, Æn. 5. Descensus ad inferos, Æn. 6. &c. Odyssea his rebus scatet. Nisi enim expectationibus, spe, metu, admirationibus, doloribus cæterisq; animi motibus poëma animetur, frigebit. Atq; narrationes istæ sæpè rerum futurarum semina spargunt, ut: Patrocli cædes Achillem excitat ad Hectoris cædem: Baltheus Pallantis cædem Turni, &c.* Narratio debet esse verisimilis, *ideoq; personæ accommodata, quemadmodum in dramate dicebamus. In eo enim discrepat inter cætera Poëta ab Historico, quòd hic, quid hac vel illa persona egerit in individuo commemorat; ille, quid talis persona, quam describit, debeat vel soleat agere, tãquam in idea exponit. Vnde Aristoteles poësin dicit esse φιλοσοφώτερον. Sic Virgil. in Ænea exprimit pium & magnanimum heroa, Homerus in Vlysse fortem & prudentem seu politicum, ad quem scopum omnia dicta, facta & eventus accommodat.* 3. Narratio sit perspicua, *ne lectorem offendat. Quare crebræ & longiusculæ parentheses sunt fugiendæ, item hyperbata, nisi singularem emphasin habeant, ut supra diximus, cap. 2. In principio narrationis, Poëta causas, histo-*

historicorum more, interdum præmittunt, ut in Iliade causam iræ Achilleæ, in Æneide iræ Iunoniæ. Ex Scaligero quoq; notari potest, quàm aptè Virg. Æneidos libros distribuerit, ut singuli terminos illos sibi quæsisse videantur. Quilibet enim memorabili aliquo eventu clauduntur, l. 3. c. 96.

III. STYLUS *quomodo personis accommodandus sit, supra diximus, & copiosè Scal. ea de re initio lib. 3. agit. Vitanda sunt vocabula barbara & obsoleta, atq; peregrina, quæ intelligi nequeant, quocirca Persius irridet hos Poëtæ cujusdam affectatos versus.*

Torva Mimalloneis implêrunt cornua bombis, &c. *Vide supr. c. 2. Nisi fortè decorum ita requirat, velut apud Virg. rex Albai longai, pro Albæ longæ, &c.* Olli *sedato respondit, &c. pro* illi *antiquè. Hic igitur notandum* 1. Ut verba respondeant rebus, *sive breves seu longæ; latæ vel tristes, antiquæ seu novæ, celeres vel tardæ, &c. illa fuerint, ita verba quoq; convenit attemperare.* 2. Etiam numeri & pedes eò quadrare debent. *Quæ certè longe maxima virtus carminis est, si ipso verborum sono ac numero rem quam tractat exprimere possit. Huc scilicet faciunt observationes,* de usu literarum. *Quæ sane utcunq; videantur otiosæ nugæ, tamen nisi à Poëta & Oratore accuratè observentur: necesse est affectus frigere omnes, & gratiam deperire, Exempla in Poëtis passim sunt obvia. Et supr. c. 2 satis multa fuerunt allata, quæ hîc repetita volumus.* 3. Insigne carminis hujus ornamentum creditur, quoties sententia suspenditur, *nec nisi post quartum, quintum vel octavum quandoq; versum absolvitur. Exemplum est in limine Æneidos.* Ille ego qui quondam, &c. *si modò istud exordium Virgilii est ac non potiùs Modestini. Ita initio Georg.* Quid faciat lætas segetes, &c. *Item,* Vos ô clarissima Mundi Sidera, &c *qua continuatione potissimùm in Exordiis, Amplificationibus, Conclusionibus, opus est.* Geor. Sabin. *qui & hoc addit: In acribus & ardentib. rebus ac versibus, brevissimas periodos requiri, velut: Pone animos & pulsus abi. Sat funera fusi Vidimus, &c.* Æn. 11. *Cavendum tamen ne in vitium affectatæ grandiloquentiæ cum Lucano incidamus, cujus Scal. ipsum non abs re insimulat, li. 6. pag.*

6 pag. 844. 849. & lib. 3 p. 294. Sepè autem periodus in medio versus deponitur aut initio, ut diversitate sententiarum tanquam catena quadã versus inter se devinciantur, ut: Æn. 2.

Quanquam animus meminisse horret, luctuq; refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatisq; repulsi
Ductores Danaûm tot jam labentibus annis
Instar montis equum divina Palladis arte
Ædificant, sectaque intexunt abjete costas:
Votum pro reditu simulant. Ea fama vagatur, &c.

Apud Virg. & Ovid. (inquit Sabinus,) cùm periodus unius membri ultra binos versus excurrit, sæpe parenthesis intexitur, ne longior continuatio obtundat aures, ut:

Non jaculum, (neq; enim jaculo vitam ille dedisset.)
Sed magnum stridens contorta phalarica venit.

4. Neq; caret venustate, si unico versu tota sententia insignis perficitur aut Epiphonemate, *ut:*

Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis! *Æn. 2.* Sententias enim crebras interjicere & decorum est, & carmini conciliat gravitatem. *De reliquis elegantiis Hexametri, quantum ad pedes, vide sup.* 5. Peculiare *est apud Virgilium, in plena affectibus narratione versum abrumpere, id quod carmini ipsius majestatem singularem conciliat. Neque enim existimandum est, ex operis imperfectione relictos istos defectus, cùm materia conditio, & circumstantia, satis ostendant, summo cum judicio & deliberato animo versus istos in suspenso relictos, ut lector quasi in medio cursu desertus, ipse quoq; affectus rei memorabilis altiùs animo infigat. & velut interquiescat ad pleniorem considerationem. Tale est Æn. 6. Anchisa ad Cæsarem ex posteris suis oriturum. Tuq; prior tu parce, genus qui ducis Olympo Projice tela manu, sanguis meus.* 6 Similia *quoq; singularia ornamenta hujus præsertim carminis esse manifestum est, si in loco afferantur, id est, ubi rem aliquam amplificari animoq; infigi necesse est. Exempla in autoribus sunt innumera, ut Æn. 1. non satis erat Poëta dixisse, quòd Neptunus tempestatem motam composuerit, sed addit simile à seditione, ejusq; cohibitione.*

Ac veluti magno in populo cùm sæpè coorta est
Seditio, sævitq; animis ignobile vulgus, &c.

7. Omninò sublimem stylum, figuris amplificationum, interrogationum, exclamationum cæterisq; affectibus plenum, (tempestivè tamen & adhibito iudicio,) carmen Epicum requirit, perinde ut in Tragœdia. Sed ita omnia contemperanda sunt, ut varietate iucunda, perpetui tenoris similitudo diligentissimè evitetur. Hæc enim tædium parit. Quale vitium notatur in Calphurnio. Scal. l.6 p. 813. Tale quid etiam in Lucano observare est. Contra idem Scal. de Virgilio: Quum semper sit ille sublimi spiritu, inquit, & generosa oratione, nusquam tamen est sui similis. Et paulò post: Hac est varietas, quæ hiscentem perducit auditorem ad finem usq;, lib. 3. c. 28. Et ibid. Hanc tantam virtutem consequi ut possimus, fugienda est eiusdem rei facies iterata, quoad fieri potest.

IV. GENUS CARMINIS *est hexametrum, augustum & magnificum, cùm numeri concinnitate, tùm quòd omnibus rebus aptum sit vel attollendis vel deprimendis, vel quovis affectu animandis præsertim verò inservit gravitati, quæ de re heroicum appellari meruit. Primum Ovidium censet in Fastis Pentametrum ad sublimem materiam ascivisse, in quibus tamen non semel de carminis imbecillitate queritur, ut cùm inquit:*

Quid volui demens elegis imponere tantum
Ponderis? Heroi res erat ista pedis.

De Stesichoro, qui usus fuit Lyrico carmine, suprà diximus.

V. POËTÆ, *Homerus & Virgilius Epici carminis sunt principes. Ille scripsit Iliada & Odysseam 48. lib. Hic utrumque opus in Æneide, 12. lib. felicissimè imitatus est. Ovidius Metamorphosin, Apollonius Argonautica, Lucanus Pharsaliam, Statius Thebaida & Achilleida, Claudianus raptum Proserpinæ, aliiq; alia, hoc carmine conscripserunt. Inter quos qualis dignitatis ordo sit, prolixè differentem vide Scal. lib. 5. & 6. speciatim de Homero & Virgilio Macrobium, l. 5, Saturnal. cuius tamen iudicio Scaliger paulò est iniquior: siquidem omnia Homerica deprimit, ut Virgiliana tantùm extollat sicut ille contra Homerum extulerat studiosiùs: cùm suas utriq; laudes relinquere æquũ sit, ob circumstantiarum diversitatẽ.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

IN-

INDEX CAPITUM.

LIBRI PRIMI,

DE PARTE POETICES ELEMENTARIA, id est, Principiis Carminum; Quantitate & Pede.

CAP. I. Definitio Poëtices & Partitio. p.1.
II. de Quantitatis cognoscendæ Regulis generalibus. p.6.
III. de Regulis specialibus primarum syllabarum, (p.28.
IV. de Regulis specialibus mediarum syllabarum. p.37. (p.92.
V. de Regulis specialibus ultimarum syllabarum.
VI. de Autoritate vel Exemplo. p.106.
VII. de Pedibus. p.135.

LIBRI SECUNDI,


DE VERSIFICATORIA, ID EST, IPSA Carminis compositione.

CAP. I. de Versus Scansione, item Regione & Cæsura: ejusq; affectionibus p.146.
II. de Carminis conficiendi præceptis generalibus. p.184.
III. de prima Carminis distributione ex constitutione Pedum: & primùm de simplici seu Monocôlo. p.236.
IV. de Multiplici seu Polycôlo. p.273.
V. de secunda Carminis distributione ex Materia. p.290.
VI. de Epigrammate, & Ode seu carmine Lyrico. p.320.
VII. de tertia Carminis distributione ex Modo tractandi: & primùm de Exegetico. p.327.
VIII. Secundò de dramate Scenico, seu Tragœdia & Comœdia in genere. p.329.
IX. de Tragœdia & Comœdia in specie; ubi etiam de Satyra & Mimo. p.337.
X. de Dramate Bucolico. p.359.
XI. Tertiò, de carmine Epico, seu Heroico. p.362.

SEQUUNTUR TABULÆ SYNOPTICÆ, totius Poëtices systema exhibentes numeris paginarum notatæ, ut Indicis loco esse possint.

TABULA I.

PARS PRIMA POETICES, DE principiis carminum, duabus tabulis comprehenditur: Quantitatis & Pedis.



TABU-

371


Pedes vel

- *Bisyllabus p. 136.*
  - *Simplex.*
    - Pyrrichius, uu *Deus.*
    - Spondæus, -- *Clemens.*
  - *Mixtus.*
    - Jambus, u- *Amans.*
    - Trochæus vel *Choreus*, -u *Omnis.*
- *Trisyllabus p. 137.*
  - *Simplex.*
    - Tribrachus, uuu *Canite.*
    - Molossus, --- *Currentes.*
  - *Mixtus.*
    - Anapæstus, uu- *Miserans.*
    - Dactylus, -uu *Carmina.*
    - Bacchius, u-- *Gubernans.*
    - Palimbacchius, --u *Percussus.*
    - Amphibrach. u-u *Latinus.*
    - Amphimacer, -u- *Cogitans.*
- *Quadrisyllabus p. 139.*
  - *Simplex.*
    - Proceleusmat. uuuu *Celeriter.*
    - Dispondæus. ---- *Interrumpens.*
  - *Mixtus.*
    - Antispastus, u--u *Inardescit.*
    - Choriambus, -uu- *Historica.*
    - Dijambus, u-u- *Amœnitas.*
    - Ditrochæus, -u-u *Principalis.*
    - Jonicusá
      - Minore uu-- *Generosi.*
      - Majore --uu *Enormiter.*
    - Epitrius
      - Primus, u--- *Salutabunt.*
      - Secundus, -u-- *Comprobabant.*
      - Tertius, --u- *Nutricii.*
      - Quartus, ---u *Circumspexit.*
    - Pæon.
      - Primus, -uuu *Virgineus.*
      - Secundus, u-uu *Poëticus.*
      - Tertius, uu-u *Manifestus.*
      - Quartus, uuu- *Misericors.*

Quibus accesserunt, Pentasyllabi. pag. 142. & Hexasyllabi pag. 143.

TABULA III.

PARS SECVNDA DE SCANSIONE Versus & Carminis distributione, quatuor tabulis absolvitur. 1. Scansionis & 3 triplicis carminum distributionis.



TABULA IV.

CARMEN (PRÆMISSIS GENERALIBUS præceptis, (distribuitur 1. vel ex Pedum qualitate, 2. vel ex Materia, 3. vel ex Modo tractandi.

1. Carminis distributio ex constitutione pedum				Pag.
Simplex seu Monocolon p. 238.		Heroicum.		240.
		Phaleucium.		247.
		Jambicum. *Sub quo*	Anacreonticum.	257.
			Scazonticum.	260.
		Trochaicum.		264.
		Choriambicum	Asclepiadeum,	266.
			Alcaicum.	267.
		Adonicum.		268.
		Anapæsticum.		269.
		Galliambicum.		271.
		Jonicum à majore.		272.
Multiplex seu Polycol p. 276.	*Dicolon*	*Distropha*	Elegiacum, &c.	275.
			Jambic. Senar. & Dimet.	279.
			Jambic. Dimet & Anacr.	280.
			Archilochium.	280.
			Hipponacticum.	281.
			Glyconicum & Asclep.	282.
			Epichoriambicum.	282.
		Tristrophon.	Jonicum à minore.	283.
		Tetrastropha.	Sapphicum.	284.
			Asclep. & Glycon.	286.
		Pentastroph.	Glycon. & Ityphall.	286.
	Tricolon.		Alcaicum.	287.
			Choriamb. cũ Pherecratico.	288.

TABULA V.

DE CARMINVM DISTRIB-
tione ex Materia.

Carminis distributio ex Objectis seu Materia est

			Pag.
Ex rebus lætis, ut sunt	1. Genethliaca.		291.
	2. Epithalamia.		292.
	3. Propempt ca.		292.
	4. Apobateria.		293.
	5. Epibateria.		294.
	6. Epinicia.		295.
	7. Scolia.		295.
In rei laudem	8. Hymni.		296.
	9. Soteria.		297.
	10. Encomiastica. (297.	11. Panegyrica.	
		12. Pædeuteria. (298.	
Ex rebus tristibus.	13. Elegia. (298.	14. Threni.	299.
		15. Epicedia.	300.
		16 Epitaphia.	300.
Ex mediis.	17. Emblemata.		301.
	18. Ænigmata.		302.
	19. Logogriphi.		302.
	20. Anagrammatismi.		304.
	21. Eteosticha.		308.
	22. Acrosticha.		311.
	23. Echones.		314.
	24. Palindroma.		317.

TABULA VI.

DE CARMINVM DISTRI-
tione ex modo tractandi.